This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

3 3433 07438263 5

George Bancroft

P. VIRGILII MARONIS

OPERA

IN TIRONUM GRATIAM

PERPETUA ANNOTATIONE

ILLUSTRATA

A

CHR. GOTTL. HEYNE

EDIDIT ET SUAS ANIMADVERSIONES ADIECIT

ERN. CAR. FRIDER. WUNDERLICH.

VOL. I.

LIPSIAE

SUMTIBUS LIBRARIAE HAHNIANAE

MDCCCXXII.

NEW YORK

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

EPISTOLA

EDITORIS

AD

A. H. L. HEERENIUM

PROF. HIST. PUBL. ORD. GOTTING.

M. BRITANN. ET HANN. R. A. CONS. AUL.

VIRUM CELEBERRIMUM.

Intelligens Tuum iudicium, quo studia antiquitatis optime aestimas, summaque, quae Tibi cum Heynio intercessit, necessitudo, Heereni, vir celeberrime, fecit, ut Virgilii in tironum gratiam ter editi volumen primum denuo editurus, qua ratione in Heyniano opere augendo versatus sim, Tibi in primis notum esse atque placere, vehementer exoptarem. Etenim Tibi cura et diligentia, quam operi adhibui, probata, communis nostri praeceptoris, quam mors eius praeripuit, approbationem retulisse mihi videbor. Cuius quidem ad mentem et voluntatem negotium totum Manibus magnis me obstrictum administrare studuisse, Tibi ipse pro singulari Tuo in me favore persuadebis. Sed ut fidei servatae laude me dignari possis iucundissima, quae de hac editione quarta Heynio petenti receperim, quaeque mihi imposuerim, paucis cognoscere velis. Vir immortalis, ultima velut manu Virgilio 1801 imposita, novis curis opus suum aucturus non erat, quod ipse professus est in prooemio Georgicon editionis maioris p. 222, eiusdemque praefatione p. X. Cum igitur vere ineunte anni 1812, librarius, exemplaribus editionis minoris divenditis, editionem novam expetiisset, tenax ille propositi, simulque taedio rerum publicarum fatigatus, negotium ad me detulit, professus, me sibi gratum esse facturum, si, ut ante Tibulli curam, ita hunc laborem susciperem; se nolle, ut vera, quam ipse proposuisset, poëtas Latinos illustrandi ratio aut imperitia corrumperetur, aut per malevolorum et invidorum studia detrimentum ca-

peret. Itaque mihi, ipsius disciplina imbuto, id officii iniungere, ut contra virorum aliter sentientium caecos impetus saluberrimam illam iuvenes instituendi rationem tuerer ac propagarem. Viri benigni voluntati me libenter obsecuturum, officiumque honorifice impositum pro virili parte sustenturum pollicitus, ut. quemadmodum editionem novam parari vellet, mihi monstraret, rogabam. Tum ille, qua fuit humanitate, nihil aliud se mihi praescribere respondit, nisi ut hanc Maronis editionem ad novissimam maiorem veluti normam componerem ita, ut, quae mihi viderentur, mutarem et adderem. Haec vir in paucis praeclare de antiquitate meritus de opere suo novis curis emendando; neque haec illum ficte et simulate iactasse, si qui forte sint, qui in hanc temere incidant suspicionem, fidem facere possunt cum alia, quibus iudicium de editionibus suis sincere declaravit, tum locus insignis praefationis editionis tertiae p. V. „Iam in praefatione prioris editionis professus eram, me inchoatum tantum et descriptum opus publice proponere, quod tamen pro fundo esse posset studiis virorum doctorum coniunctis in perficiendo eo, quod designatum a me erat; multo enim utilius fore, si una aliqua editio plurium studiis et curis emendaretur et locupletaretur, quam si plures iteratis itidem vicibus eadem recoquerent, aut *veterem querelam*, ut cum nostro loquar, iterum iterumque *canerent.*“ Hac voluntatis declaratione modestissima ad rem suscipiendam firmatus, ad opus Heynii retractandum me accingebam; idque eo promtius feci, quod confidebam, si negotium ad alienum arbitrium administrandum maioribus implicitum esset difficultatibus, ipsius de iis vincendis me exquirere posse sententiam. Sed hoc subsidium fortuna mihi invidit iniqua. Paucis diebus interiectis, mors Heynium occupat omnibus bonis luctuosa, et spem meam destituit. Neque in scriptis eius aut libris ullum notarum in Virgilium factarum additamentum repertum

esse, Tu ipse in vita viri immortalis p. 204. testatus es. Quam igitur personam susceperim, vides, vir praestantissime. Nunc quo studio illam sustinuerim, officiique mei partes impleverim, demonstrabo, non veritus, ne me illa, quae ad rationem reddendam pertinent, ostentationis causa commemorasse putes.

Ac textum quidem Virgilii quum ad exemplum editionis maioris constituere esset propositum, id non, nisi rationibus lectionum et distinctionum utriusque editionis perpensis, faciendum esse putavi, Aen. IV, 498, 490. Aen. III, 413. Ge. I, 390; Ge. III, 435. *ne* incuria pro *nec* relictum, sero animadverti. In qua veri investigatione factum est subinde, ut vestigia editionis maioris deseruerim, vel iudicio Heynii in varietate lectionis apposito obsecutus, ut Aen. III, 360, vel editionis minoris lectionem scripturamve aut distinctionem retinens, argumentisque breviter defendens, ut Aen. I, 427. ubi, pluralem *scenis*, qui sequitur, reiectam lectionem *theatris* non tueri, concedes, cum perpenderis, *scenae* pro *scena* Aen. IV, 471. usurpatum esse. Neque vero me ita utrique editioni quasi in servitutem addixi, ut auctoritate ambarum ubique me regi passus sim. Nam cum in utraque Ge. III, 439. Aen. II, 475. idem legeretur versus, *Arduus ad solem et linguis micat ore trisulcis*, singularis utrobique offendebat discrepantia, posteriore loco casu sexto *ore* in textum recepto, priore autem *ora*. Neque animum inducere potui Ecl. X, 44. *Nunc insanus amor duri me Martis in armis* codicum omnium lectionem *me* Virgilio non reddere, aut dissimulare, Ecl. VII, 54. ex omnibus libris *Strata iacent passim sua quaeque sub arbore poma* esse restituendum. Posteriore autem loco iudicio Bentleii Heusingeri addes auctoritatem, qui usum pronominis *suo*, apud Ennium monosyllabi, ad Cic. Off. I, 16, 6. notavit, cf. Heyn. ad Aen. VI, 515. Novum exemplum afferre iuvat ex loco Ennii,

apud Macrobium VI, 2. servati, quem ita in trochaeos digerendum puto:

O lux Troiae, germane Hector,
Quid ita cum tuo lacerato
Corpore miser? Aut qui te sic
Respectantibus
Tractavere nobis?

Non minus distinctionem, de qua Heynium bene et praecepisse p. XLVIII. ed. tert. et meruisse, omnes consentiunt, emendare, constanterque eandem inducere laboravi. Itaque interpunctionem vulgarem Aen. II, 344. *Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat. Infelix, qui non sponsae praecepta furentis Audierit.* refinxi ad Aen. IX, 727. *Ast alios secum includit recipitque ruentis, Demens! qui Rutulum in medio non agmine regem Viderit inrumpentem.* et Aen. VI, 589, 590. Non immorabor Ge. I, 247, 248; sed non alienum videbitur breviter explanare, cur ad eandem legem revocaverim versus Aen. II, 23.

Nunc tantum sinus, et statio male fida carinis. Aen. III, 507.

Unde iter Italiam, cursusque brevissimus undis. Nam commate ita, ut vulgo factum est, interposito, nullum sensum inesse apparet verbis *Tenedos insula est sinus*; at, sublato illo, et appositione *male fida* ad *sinus* retracta, iunges: *insula est sinus male fidus*, h. e. habet, praebet sinum male fidum. Non raro enim *esse* id dicitur, quod habet tantum; unde explicabis appositionem paulo audaciorem Ge. II, 97. *Sunt et Aminaeae vites, firmissima vina*, h. e. praebentes vina firmissima. Congruit Graecorum syntaxis. Apud Aeschylum in Pers. 148.

Ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς
Φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως.

Atossa vocatur *φάος ἴσον ὀφθαλμοῖς θεῶν*, h. e. *insignis lumine, quale ex oculis deorum affulget.* Neque inauditum est, adiectivum, duobus substanti-

Virgilium *atque — atque* pro *et — et* vere usurpasse, quod H. Vossius p. 585. ut indubitatum, ponit. Locus quidem Ecl. V, 22, 23. *quum complexa sui corpus miserabile gnati, Atque deos atque astra vocat crudelia mater*, ubi idem p. 245. *atque — atque* pro *et — et* dictum esse contendit, numero eorum mihi eximendus videtur, quae ad illum usum firmandum afferuntur, Qualis enim, quaeso, si H. Vossii opinionem amplecteris, haec est oppositio *et dii et astra!* Et alia patet via expedita. Nam, commate post coniunctionem *quum* sublato, iunges: *quum complexa* est *atque vocat*. Etenim sententiis duabus per coniunctionem *et* vel *atque* vel *ac* sive *que* iunctis, verbum substantivum in priore cum alibi crebro omittitur, tum apud Virgilium, vid. not. ad Aen. II, 545. Deinde Latini, ubi participio posito copulam *et* evitare potuissent, illam non semper vitarunt; quod cum satis apud omnes pervulgatum esse credas, sufficiet locus Taciti c. 4. *namque M. Silanum accusare iussus*, et, *quia abnuerat, interfectus est*, atque Ernestii, qui rem ibi illustravit, auctoritas. Denique talis compositio perfecti et praesentis *complexa*, est, h. c. complexa tenet, *atque vocat* frequentissima est apud Virgilium, vid. Aen. II, 724. Aen. I, 84. Add. Persii locum maxime insignem II, 31 — 34. Itaque Aen. X, 803 — 6. *Ac velut effusa si quando grandine nimbi Praecipitant, omnis campis* diffugit *arator*, *Omnis et agricola, et tuta latet arce viator — — — ut possint, sole reducto, Exercere diem*, non assentiar interpretanti: *diffugit* aoristo modo, ut toties. Nam *diffugientem aratorem* exhibere noluit Virgilius, sed eum, qui, postquam *diffugit*, *tutus est* a nimbis, quod et sequentia *tuta latet arce viator* demonstrant. Atque ab hac perfecti ratione aoristi vis prorsus discrepat. Hac igitur via si Virgilii locus Ecl. V, 22 — 23 recte explicitus est, nusquam in toto Virgilio *atque — atque* particulas disiunctivas esse, recte mih

affirmare videor. Neque Silii Italici usum dicendi I, 93, 94. *Hic crine effuso*, atque *Hennaae numina divae* Atque *Acheronta vocat — sacerdos.* Virgilio admovendum esse censeo. En primam causam dubitationis, vulgarisne distinctio loco Ge. III, 257. adhibenda sit. Altera haec est. Non facile quisquam monstrabit, Latinos verba *hinc hinc* vel *hinc illinc* particulis disiunctivis *et — et* separasse; ego quidem illa semper coniunctione aliqua *et* vel *atque* copulata vidi; ut Aen. I, 162, 500. *hinc atque hinc.* In eam igitur me partem proclivem esse fateor, ut distinctionem praeferam: *fricat arbore costas, Atque hinc atque illinc humeros ad volnera durat,* quae in Heinsianis editionibus an. 1676, 1684. exstat — in Burmanniana enim ita expressum et iunctum: *fricat — illinc, humeros ad volnera durat.* — Nam notio *hinc atque illinc* verbis etiam *humeros durat* congruit; atque lectionem *humeros* sine particula *que* cum aliis habet codex Mediceus, de cuius vetustate et auctoritate inter viros doctos satis constat.

Recte autem Heynius, quum duo essent velut fontes textus Virgiliani constituendi, alter liber Mediceus, alter Vaticanus II. sive Romanus, quumque illi, magnopere sibi discrepantes, suam quisque ducerent codicum familiam, ut contextus Maronis, qui, qualis nunc est, plerumque lectionem Apronianam ex Mediceo exhiberet, sibi constaret, alteram codicum sectam deserendam esse, in varietate Aen. V, 89. indicavit. Itaque librum illum complures lectiones bonas praebere, dignas quae textui restituantur, cum mihi et varietatem Heynii studio congestam examinanti et ipsum denuo comparanti, qualis typis est descriptus cura Fogginii, satis apparuerit, ei, qui novam Virgilii recensionem in se suscepturus est, auctor sim, ut iudicio Heynii obtemperet, neve laborem Fogginianam editionem diligenter conferendi defugiat. Mihi quidem etiam in meo consilio exsequendo comparationem illam

profuisse, paucis declarare iuvat. Nam cum saepe in disceptatione verae lectionis, ut exemplo supr proposito ostenditur, pondus haud parvum ad dubitationem tollendam accessit libri illius auctoritas, tum scripturas ex illo plures recepi. Dedi autem Aen. I, 581. *Aenean* pro *Aeneam*, quae scriptura iam in Burmanniana exhibita est, cf. Heins. ad Ovid. Heroid. VII, 26.: Aen. 1, 358. *veteris* pro *veteres:* I, 388. *vitalis* pro *vitales*, nihil orationis curans ambiguitatem, quam Burmannus frustra quaesivit, quasi vero Latini ambiguitatem terminationum tam sedulo vitassent, aut nobis de pronuntiatione terminationis *is* pro *es* constaret. Adde quod non ubique in Virgilio tali diligentia perspicuitati prospexit Burmannus. Num Aen. VI, 501. *Quis tam crudelis optavit sumere poenas?* ubi nihil ille movit, ambiguitas minor est, quam Aen. I, 709. *mirantur Iulum Flagrantisque dei voltus*, ubi *flagrantis* pro *flagrantes* e Med. aliisque recepi? Pariter Aen. II, 442. *postisque* pro *postesque* scripsi, et Ge. I, 337. *orbis* pro *orbes* scribendum esse censeo. Dedi praeterea Ge. I, 341. *Tum* bis pro *tunc;* Aen. II, 551. *lapsantem* pro *labsantem:* Aen. I, 117. *vertex* pro *vortex*, quam codicis Medicei constantem scripturam Heynius in toto Virgilio reducendam esse ad Ge. III, 241. censet; Aen. II, 318. *Achivom* pro *Achivum* libri Med. auctoritate retinui. Nec vero causam video, cum *coniunx* servatum sit, cur non et *quotiens* e Mediceo Aen. IV, 351. edatur, vel Ecl. III, 72. e codicibus Pierii. Neque tamen illud affirmare ausim, e libro Mediceo constantem scripturam ubique posse induci, aut id a me factum esse. Nam ille quoque in scripturis *Penatis* et *Penates*, *quotiens* et *quoties*, *quom* et *quum*, *maxumus* et *maximus*, centenis aliis ita sibi discrepat, ut certam aliquam verae Virgilii orthographiae restituendae viam iniri et teneri difficillimum esse appareat; qua de re Heynium in praefatione edit. sec. p. XLIII — XLVII multa praeclare

monuisse recordaberis. Si quis vero novam Virgilii recensionem curaturus, in orthographia constituenda certas, ad quas se constanter adstringat, leges sibi ponere velit, gratum omnibus faciet, dum illae rationibus suis nitantur, dumque, ubi scriptura ab ipso exhibita a codicis illius scriptura recesserit, cum fide notare ne fastidiat. In varietate quidem lectionis, ab Heynio concinnata, qui Heinsium, Burmannum alios secutus est, scripturae et lectiones exstant, quae a libro Fogginiano discrepant; desiderantur etiam nonnullae, quas liber Fogginianus praebet; ut Aen. I, 467. 530. *Grai:* Aen. VI, 529 *Grais:* Aen. IV, 632. *Sychaei est:* VI, 193. *agniovit:* I, 357. *Tunc celerare.* Ad Aen. III, 76. *Errantem Gyaro celsa Myconoque revinxit* Heynius: „ordo verborum ab Heinsio Medicei aliorumque, etiam Pierianorum, codd. auctoritate est restitutus.“ At Mediceus: *Errantem Mycono celsa Gyaroque* revinxit; et Heinsius ipse a Pierianis nonnullis ordinem suum profectum esse testatur. Item Aen. I, 368. vera lectio *possent,* non *possint*, in Med. exstat: Aen. IV, 428. notatum legis: *neget* Medic. a pr. m.; at ille *negat* a pr. m., et *e* superscriptum est. In notis ad Aen. I, 629. Burmannus scripserat: *hac* deest Mediceo; sequitur Heynius; at liber ille *ac* praebet, quod aliquoties in eo, ut Aen. I, 467. p. 109, pro *hac* scriptum exstat.

Paucis his exemplis perspicis, vir celeberrime, qua fide et quo studio textum Virgilii ad Heynii voluntatem exhibere tentaverim. Sequitur nunc id, quod caput est, commentarium quomodo emendando et augendo — nam utrumque mihi mandatum est — ad viri summi rationem magis perficere conatus sim. Quam quidem rem maioribus implicitam fuisse difficultatibus, vel non affirmanti credes. Ac primum quidem interpretationes singulas ad commentarium editionis maioris exegi ita, ut raro tantum sententias vel verba minoris praelata reliquerim. Sunt etiam interpretationes,

quas e varietate, ubi cum notis criticis iunctae erant, transtuli. Ad Aen. IV, 633. *Namque suam* (nutricem) *patria antiqua cinis ater habebat* in editione maiore atque in minore notatum erat: „Ut alias *tumulo, sepulcro, urna haberi, teneri* dicuntur, sic nunc *cinis patria* (terra) habetur." At in varietate inter ea, quae Heynio in hoc versu displicent, et hoc propositum vides: „*cinis* in *patria* nutricem habebat;" unde constructionem illum perspexisse apparet. Num igitur nota intacta relinquenda fuit? Ceterum quae hic in *oratione* Virgilii reprehendentur, ea non recte reprehensa mihi videntur. Nam si dicitur: *redactus sum in cinerem, cinis sum,* cur improbatur: *cinis me habet?* Si quem adiectivum pronominale *suam* pro *nutricem eius* offendit, is Forcellinium adeat, a quo similia e Cicerone, Nepote Ovidioque allata sunt. Quod denique in *patria antiqua* (Didus) sepulta illa narratur, non Carthagine, eius rei arbitrium erat penes Maronem. Similiter loca Ge. II, 98 et 300 excutere nec vacat nec libet. Ubi vero ab Heynio dissentiendum aut rei non notatae illustratione tironum intelligentia iuvanda mihi esse videretur, sententiam meam qualemcunque adieci. Ex his autem, quae de meo addidi, non pauca ad grammaticam spectant, in primis ad insolitam vel modorum rationem vel consecutionem temporum declarandam; quae mihi tironum, in quorum gratiam haec est parata editio, rationes aeque postulare visae sunt, ac praecepta de verborum delectu et discrimine poëticae et pedestris orationis, quaeque alia ad poëtam illustrandum necessaria sunt. Neque vero negari poterit, Heynium, ab interpretatione mere grammatica, quali et ipse olim magno cum taedio exercitus erat et in scholis multis pueros etiamnum non recte institui dolebat, abhorrentem, in minore editione res grammaticas non satis curasse. Invenies etiam criticas notas adiectas. Primum enim plures versus, Heynio spurii visi, quum asteriscis ple-

nibus istis minus studii et luminis attulisse. Vid. Praef. p. IV. et V. Sunt etiam, quae exemplis commodis illustravi, ita tamen, ut in his afferendis parcus essem, memor, quam intelligenter de exemplis congerendis praeceperit Heynius Praef. T. 3. ed. pr. p. XXII. XXIII. cf. Not. ad Aen. IV, 522., quamque constanter ipse normam ibi propositam servaverit. Neque, si forte in uno alterove exemplo inventionis laudem praeripuerit Cerda, vel Burmannus, aliive editores, id ita accipi velim, ac si alienae eruditioni illa et copiae debeam. Nam nusquam priores me editores eo consilio, ut exemplum aliquod inde repeterem, inspexisse, iuratus dicere possum. Haec tamen omnia, quae mihi addere visum est, signis parentheseos vel literis H — W a notis Heynianis accurate secrevi. At in loca incides, quae tacite correxi ita, ut ipse in editione nova correcturus fuisse mihi visus est. Nam quibus notis Tibullum ille aliosque ornavit auctores, in iis nonnullas explicationes accuratiori cura positas animadverteram, quas in commentarium Virgilii recipi par erat. Ut unum tantum exemplum commemorem, ad Ge. III, 106. *verbere torto* annotatum legebatur: *torti flagelli* aut *verber* pro flagello, ut saepissime. Idem tamen recte et sine haesitatione in commentario Tibulli I, 6, 46. posuerat: *verbera torta* h. flagella; quem usum et in verbis Aen. VI, 557. *Saeva sonare verbera* animadverti; unde notam in Virgilium correxi. Neque his finibus me continui, qui novas de meo in locum alienarum substituerem interpretationes, aut in notis relictis aliquid mutarem. Prius correctionum genus paucis quidem locis adhibendum fuisse contendenti omnes facile fidem habebunt. In eorum, qui exempla desiderent, gratiam nonnulla loca Tecum hic perlustrare iuvat. Ge. III, 543. *insolitae fugiunt in flumina phocae* notatum erat: *insolitae,* insolito more. Diversas esse notiones *insolitus locum peto* et *insolito more l. peto*, vides.

Nam qui *insolitus* locum petit, facit, quod non consuevit, qui *insolito more*, sexcenties locum illum petere potuit, sed nunc adit eo, quo numquam fecit, modo. — Aen. II, 199. *Hic aliud maius miseris multoque tremendum Obiicitur magis, atque inprovida pectora turbat.* — Heynius *improvida pectora* interpretatur; „Troianos, qui tale quid non praeviderant." At quodvis prodigium natura sua inopinatum, neque praevideri potest. Ipse *improvida pectora* Troianorum intelligo, qui *capti dolis lacrimisque coactis* Sinonis fuisse in prioribus versibus dicti erant. Sed in his similibusque locis quemadmodum versatus sim, satis expositum videtur. Alterum autem correctionum genus, quod notis Heynii adhibui, ad ea pertinuit loca, ubi veris nonnulla falsa vel superflua admixta essent, aut in adolescentium gratiam perspicuitati intelligendique facilitati prospiciendum putavi. Ad Aen. IV, 471 — 473. *Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes* haec erant adiecta: „Orestes Agamemnonis f. Clytaemnestrae matris Furiis agitatus, dum matrem faces sibi et serpentes intentantem fugiens tecto prosilit, in foribus tecti Furias sibi occurrere, seque adeo undique terroribus mentis, parricidii in matrem commissi consciae, exagitari videt." In qua nota verba *seque adeo — exagitari* aut mutanda aut resecanda erant. Nam Orestes, insania correptus, *vere* matrem et Furias se videre credidit; neque de terroribus mentis malae et impiae cogitare potuit, quod ii faciunt, qui fabulae originem et causas investigant. — Aen. II, 96. *verbis odia aspera movi* Heynius ita: „exquisite pro, Ulyssis odium exasperavi, exacerbavi." Inerat, quod offenderet. *Exasperare vel asperare odium alicuius* is recte dicatur, qui odium, quod homini inest, augeat; ut ostendunt vel verba Othonis apud Tacitum Hist. II, 48. *neu remanendo iram victoris asperarent.* At *movere odium, iram* Latine is dicitur, qui odium, iram concitat. Ovid. Amor. III,

XI, 43. *Facta movent odium.* — Pariter interpretationem Ge. III, 9. *acer equis* h. e. arte equestri, mutavi. Nam cum *acer* pro *peritus* dictum non sit, haud facile approbaveris compositionem: *acer arte equestri.* — Versui Aen. III, 317. haec apposita nota: „Excipiunt nos ea, quae nobis alia post alia accidunt et eveniunt.“ Usum si consulis, hic Te, formula *alia post alia* multitudinem et copiam significari, docebit. Sall. Iugurth. c. 63. *Ab eo magistratu* (Marius) *alium post alium sibi peperit, semperque in potestate eo modo agitabat, ut maiore, quam gerebat, dignus videretur.* Similiter positum est *alius ex alio* apud Livium VII, 39. *quam multitudinem consul — alias ex aliis fingendo moras, retinebat.* Illa vero notio quum aliena sit a loco Maronis: *Heu, quis te casus deiectam coniuge tanto Excipit?* orationem correximus. — Notas optimarum vaccarum enumerans Virgilius Ge. III. et hanc ponit v. 54. *Tum longo nullus lateri modus.* Ibi Heynius: „lateribus porrectis, *βαθυπλεύρους*, esse vult eas vaccas.“ Haec probata: at quae addita: „Latus autem pro toto corpore, perpetuo usu,“ delevi, cum *latus* et illo loco proprie positum esset, neque usquam Latine pro toto corpore usurpari meminissem. Exemplis certe comparatis, qualia haec sunt: Horat. Od. II, 7, 18. *fessum militia latus depone*, et Virg. Aen. VII, 108. *Corpora sub ramis deponunt arboris altae*, significationem illam nequaquam comprobari, intelligis. — Ge. I, 141. *Pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit* in commentario erat scriptum: „Iam principio rerum ita constitutum est, ut labore omnia paranda sint.“ Verba *iam principio rerum* aliena putavi. Nam de Iovis imperio Maronem loqui, sequentia ostendunt 125. *Ante Iovem nulli subigebant arva coloni.* Similiter in notis in Ge. I, 382. II, 458. 414 — 416. Aen. II, 441 sqq., ut alia omittam, nonnulla arbitratu meo refingere ausus sum. Neque vero illud si-

praetermittendum puto, me et id mihi impo-
oneris, ut exempla, quae ad sententias et verba
nda congessit Heynius, locis suis inspicerem,
osque et quae alia complura, editione ter excusa,
um in primis incuria, vitiata essent, tacite cor-
n, atque etiam nonnulla haud apta delerem.
quod cavere studui, ne eiusdem rei explicatio
dem verbis concepta exstaret: ut videre licet ex
III, 444. et Aen. VI, 75. Aen. I, 244. et
III, 6.

eliquum est, ut iam de Latinitate Heynii dicam,
cum saepe in varias incurrerit reprehensiones,
uperrime vituperatorem nacta est iniquiorem;
i dico, qui in ephemeridibus Ienensibus vitae
conscriptae censuram fecit. Heynius quidem,
sciam, facultatem perbene Latine scribendi nus-
iactavit, neque in tanta laborum et occupa-
i mole satis otii sibi dari vidit, ut etiam ad
e Latinae lauream merendam pulchri decorique
n, quem a natura acceperat acerrimum, con-
et applicaret. Nam nisi diligentissima eadem-
ontinua auctorum vere classicorum lectio facul-
scribendi aleret, frustra hanc laudem quaeri,
rofecto, qua erat in his rebus sagacitate, quin
animadverterit, non dubitamus. Altiora igitur
ie et erectum eius ingenium quum appeteret, in
ia scribendi celeritate in primis perspicuum et
dicendi genus sequebatur. Neque tamen aequi
estimatores negabunt, orationem Heynii multis
is ornatam esse et floridam, gravem et vehemen-
Et simul illud reputent velim, scripta eius non
i omnia metienda esse modulo, sed, quae ultimo
i decursu composuit, iis priora antecellere, nec
iotis in auctores conscriptis orationes commenta-
que opusculorum longe esse anteferendas. Ita-
icet, Ruhnkenio Ernestioque in arte Latine scri-
primas concedendas esse, manifesto appareat,

quantum Gesner quidem, vir ceteroquin summis l
dibus ornandus, hac laude Heynium in oration
ceterisque scriptis academicis superet, ego quidem
telligere non possum. Neque in commentariis au
rum veterum orationem Gesneri multo emendatio
castioremque notavi, nisi forte sententiam illam,
Quinctilianum p. 128. illustravit, vitio carere iudi
„*Petierat* Aeschines, ut vel plane non *audiatur*
mosthenes, vel, si omnino audire illum *placeat*
certe *cogatur* intra formulam quasi manere.“ Ne
vero illi eloquentiae professores supra Heynium ex
lentur, qui talia scribere non erubuerunt: *Hic ve*
legi vult ut dactylicus, non ut anapaesticus. Se
Latini sermonis scientia et usu, qualem aetas no
habet, in peculiari aliquando libello uberius apert
que explanabo; nunc id agitur, ut, illi sermoni,
notas conscripsit Heynius, cur et quam adhibue
correctionem, paucis exponatur. Usu igitur cogn
nihil in animis tironum teneris et mollibus ad su
piendam qualemcunque formam altiores agere r
ces, firmiusque inhaerere, quam vitiosam et ma
Latinitatem. Quamobrem in studiis iuvenum reg
dis a nulla re vehementius dehortari soleo, quan
libros sordida et horrida oratione Latina insignes
ctent, quorum heu! magnum proventum recen
aetas tulit, et quotidie affert, cum et disciplinar
liberalium professores fere Latine nesciant, et cr
ipsi maximam partem in malae Latinitatis forma ex
benda, aut tamquam vilem nulliusque pretii rem fa
dientes, aut pigritiae oscitantiaeque dediti, naviter
borent. Itaque tironum ingeniis formandis quum h
destinata esset editio, eoque nomine opus suum m
perfici optasset Heynius, illud etiam mihi agend
esse intellexi, ut, si quid vitii traxisset Latinitas, au
quid obscurius esset enuntiatum, mutarem et co
gerem. Emendatae igitur et purae orationis studio
intactas relinquere non potui notas, quales su

„Aen. IV, 646. *ensemque relictum*, sc. dono ac munere.“ „Aen. IV, 483. Quod vero ex Mauretania excitatam anum tamen Massylae gentis facit — ita potius videtur accipiendum, ut anum Massylam solito more poëta omnino pro Libyca dixerit.“ Cum quo componas velim locum e vita Virgilii per annos digesta an. 735. „Ab iis tamen, iussu Caesaris, Aeneidem emendatam esse, in eadem farragine memoratur, quod ita intelligas, ut emendarint quidem tollendo, non autem addendo.“ Quam vim particulae *sic* et *ita*, quamque verba, quibus adiunctae illae sunt, in constructionem habeant, docetur optime loco Ciceronis de Offic. I, 27. §. 11, 12. *Atque illud superius* sic *fere* definiri *solet*: decorum id esse, *quod consentaneum sit hominis excellentiae in eo, in quo natura eius a reliquis animantibus differat. Quae autem pars subiecta generi est, eam* sic definiunt, ut *id decorum* velint *esse, quod ita naturae consentaneum sit, ut in eo moderatio et temperantia appareat cum specie quadam liberali.* Qui autem criticam exercuerunt, aut commentarios scripserunt, plures formulas dicendi et constructiones invexerunt, quas, quamquam usu iam velut sancitas et nobis omnibus obrepentes, tamen ut alienas e Latinitate eiiciendas esse censeo, et tollere studui. Ad id genus pertinet, quod emendandum erat: Ge. II, 346. „tum *serere, semina, segetem*, iam saepe de vineis vidimus.“ Cui constructioni in compositionibus *adhibere de, usurpare de* patrocinium profecto non quaeres. Non magis verbis peperci, ex Latinitate labente vel medii aevi petitis, ut *frumentosus, intempestuosus, luxuriantia, racemulus, recriminor, vitisatio*, quaeque Scholiastis et Grammaticis Latinis debemus. Et quamquam a vitio philologorum multorum, qui sine ratione et iudicio pedestrem et poëticam orationem in unum confuderunt, atque ad pessimorum Latinitatis auctorum, ut Flori, exempla se composuerunt, diligenter sibi cavit Hey-

nius; erant tamen, quae sublata velles, ut formas *amantum, venantum.* Quamquam omnia huius generis ad vivum resecare non fuit consilium. Quam vero etiam perspicuitati diligentiam me adhibuisse professus sum, eam ad loca contuli, qualia haec sunt: Aen. I, 367. „Sed recte *βόειον βύρσαν*, fabulam, a Graecis haud dubie ortam, poëta sequitur." Aen. II, 248. „*Velare* proprium hac in re, suspensis super templorum postibus coronis ac sertis, etiam frondibus infulisque. Traduxit aliis locis poëta ad quodcunque coronandi genus, etiam victimarum vel sacerdotum, supplicum quoque, sola corona vel infula ac vitta."

Habes, vir celeberrime, explicationem plenam operae et studii Virgilio, quem Heynius edidit, impensi; in quo si forte voluntati Tuae ac iudicio minus satisfeci, nonnihil vero, quae Tua est humanitas et aequitas, conditioni meae tribues. Nam cum et ante sors mihi obtigerit haud invidenda, tum hoc triennio nulla fere intercapedo fuit molestiarum et curarum, ut ne nunc quidem ex illis animus satis conquieverit. Quibus telis fortunae perpetuo vita mea petita, fieri non potuit, quin in studiis, quae amplexus sum, persequendis et promovendis casus incommodorum meorum me retardarint.

His ego literis si id effecissem, ut Tu, vir eruditissime, iudicares, me et fidei pietatisque in Heynium officia sancte servare et de studiis iuventutis bene mereri laborasse, existimabam, optandum quiddam me esse assecutum. Persuasum enim Tibi habeto, nihil me habuisse antiquius, quam ut Tuae existimationi satisfacerem, cuius et praeclaram in studiis antiquitatis intelligentiam admirarer, et summam erga me benevolentiam grato prosequerer animo. Vale, vir optime et integerrime, meque amantissimum Tui et fuisse semper existimes velim et futurum esse confidas.

Scrib. Gottingae d. X. Cal. Sept. cIↃIↃCCCXV.

HEYNII

PRAEFATIONES.

Cum Virgilii editionem minorem, parvo parabilem, et puerorum adolescentiumque usibus accommodatam, expeti et flagitari mihi significatum esset a librario, ne aliquando consilium illud exsequendum in se reciperet aliquis, cui satis esset excerpere ex maiore editione ea, quae in oculos calamumque incurrerent, malui, etsi invito animo, huic labori ipse succedere, eumque ita peragere, ut adolescentibus, non libri fronte ac professione tituli, sed ipsa re esset consultum, utque illa aetas haberet epicum poëtam principem ea interpretatione instructum, qua et ipsum poëtam, omnis aetatis politissimum et ornatissimum, accuratius cognoscere, et omnino interpretandi rationem meliorem exemplo et usu addiscere posset. Quod ut consequerer, non poteram in eo acquiescere, ut de locis singulis, aut difficilioribus et obscurioribus aliquid monerem; verum advertendus et intendendus erat adolescentium animus cum*

* Metum non vanum fuisse, Britanni cuiusdam probat temeritas, qui hac viri sapientissimi cura et admonitione non deterritus, Virgilium uno complexus volumine edidit: *P. Virgilius Maro in usum scholarum ad Londinensem Heynii editionem exactus, excisis disquisitionibus, excursibus et notarum iis, quae ad juniorum commoditatem minus pertinere videbantur.* Londinis, impensis T. Payne B. et I. White R. Faulder et I. Edwards. 1803. Sine iudicio scilicet illa plerumque de annotatione Heynii resecta animadvertes, quae iuvenum ingenia fruge bona alerent. W.

ad summam rerum et argumenti, eiusque pertractandi modum, tum ad habitum orationis, inprimisque ad ea, quae poëticae orationi propria sunt; itaque pro consilii ratione observare multa necesse erat, quorum notionem circumferre quidem vulgo solemus aliquam, sed confusam et obscuram, ita ut sensum fere verborum reddere possimus simili sententia in nostro sermone, verba verbis fere similibus, nec tamen notiones teneamus explicitas, definitas et constantes, multo minus caussas sermonis et rationes. Inprimis adolescentes promto acrique ingenio instructi sententiarum qualemcunque notionem celeriter assequuntur, verbisque vernaculis satis commode reddunt; quomodo tamen ipsis verbis eorumque vi ac proprietate haec, quae ariolati sunt, efficiantur aut contineantur, docere nequeunt: quod multo magis accidere solet, si versionem scriptoris vernaculo sermone factam antea iam legerunt, aut in manibus habent. Sunt alia, quae, ubi moniti erimus, statim perspecta habeamus; quae tamen, minus exercitatis, praesertim iuvenilibus, animis vix sponte se offerre solent: atqui, nisi ea obversentur animo, lectio iucunditatem et fructum non habet satis uberem, nec tantum, quantum habere potest. Hoc igitur intento studio curatum esse volui, ut assuefacerem teneros animos subtiliori et accuratiori rerum intelligentiae, orationisque eos, ornatae inprimis, sensu imbuerem acriore. Id autem consilium assequi non poteram illustrando tantum ea, in quibus viri docti haerere solerent, cumulando animadversiones criticas, excitando loca, quibus exquisita aliqua dicendi forma posset illustrari, dum relinquerem cetera obscuritate sua oppressa et sententias difficultatibus suis obvolutas. Magnae artis res est sententias et verba interpretando efficere, ut alii legendo tacite admoneantur, ad quae animus sit attendendus, utque veras rerum et iustas notiones ita teneant, ut sibi in eas ipsi

incidisse videantur; poëtica autem ornamenta et rerum et verborum ita sentiant, ut, quanam in re poëtica illa laus insit, cum ipso sensu assequantur: denique ut verborum proprietatem et elegantiam inscriptore docto animadvertant: quod ut consequar, verba vulgaria et pedestria apponere soleo. Hoc quidem consilium, haec ratio quantum a Minelliana aliqua et Farnabiana absit, facile intelligitur. Itaque ex notis quidem maioris editionis omissae sunt eae, quae ad criticas rationes spectant, extrivi etiam ac delevi illa, quae potius disputata super poëta erant, quam ad eum enarrandum apposita. At emendavi, refinxi, supplevi, addidi innumera, in Bucolicis inprimis ac Georgicis. Cum enim primum, Ernestio auctore et conciliatore, ad Virgilium enarrandum me accingerem, alieni potius arbitrii, quam mei consilii, res erat. Postulabatur enim a me, ut allinerem passim notulas pro librarii, qui sibi Virgilium prelo excudendum sumserat, consilio et instituto. Mox cum inter ipsa commentandi exordia mihi non satisfacerem, et sentirem, quam parum iuvenum optatis ac rationibus tali opera consultum foret, diu haerebam incertus et fluctuabam, quid in labore, quem ipse damnabam, sequerer aut mutarem. Retinebant me etiam doctorum hominum iudicia de toto hoc commentandi genere, quod Minelliis et Farnabiis relinquendum, atque etiam ad retardanda adolescentium studia et instillandam animis socordiam et inertiam idoneum clamare solebant. Absterso tandem pudore, consilio meo rem exsequi constitui, et in Aeneïde adornanda meo ingenio ac mori obtemperavi. Nolim tamen quenquam consilium meum ita calumniari, ac si ego hanc rationem interpretandi aut unicam et praestantissimam, aut omnibus scriptoribus classicis accommodatam, necessariam et utilem existimem. Mihi id saltem optabile videbatur, ut semel eiusmodi exemplum propositum haberetur, quod ingenium eo-

rum, qui his se litteris addicerent, acueret, quodque ad alios scriptores intelligendos et interpretandos, iudicio adhibito, transferri posset. Quae nunc in notis me emendasse supra professus sum, spectant maxime ad ea, in quibus ipsa res, ratio et iudicium veriorem interpretationem suppeditabat: ubi non nisi ingeniosum aliquod opinionis commentum vel mihi occurrisset, vel a viris doctis esset propositum, religioni duxi, iuvenilia ingenia dubiis rerum momentis suspendere, aut vanis, etsi fortasse speciosis, onerare. In ipsa poëtae lectione nolui quidquam mutare, sed curavi modo, ut orthographia melius sibi constaret, quam in Burmanniana editione, quam me sequi professus sum; deinde interpunctionem multis in locis mutavi; quo quidem emendandi genere eo libentius uti soleo, quo magis illud acumen et sagacitatem non in singulis modo voculis ac syllabis aucupandis, verum in universo orationis argumento, habitu et colore, sententiarum nexu et ordine, rebus ipsis, subtilius perspiciendis, requirere videtur. Scr. Gottingae M. Aprili CIↃIↃCCLXXIX.

* * *

Cum post alteram Virgilii recensionem, quatuor voluminibus instructam, desiderarentur exempla minoris editionis, committendum sane a me non erat, ut nihil illa fructus ferret ex melioribus copiis, quibus novam recensionem locupletaveram. Qua quidem in re, manu operi admota, angustiam ingenii humani, et litterarum, etiam harum tenuiorum, incredibilem ambitum saepe moleste tuli. Hem, stomachabar mecum, in uno hoc poëta toties collocato studio, quoties ad illum redis, occurrunt iterum iterumque alia neglecta, aut minus recte antea explicita, alia sollertiore interpretatione expedienda, alia

verbis opportunioribus enuntianda! Ita vero nihil est humanae curae et operae, quod ita absolutum putes, ut novis subinde curis nihil sit, quod aut addi aut demi aut emendari possit! Ita vero placuit summo numini, ut vires ingenii animique non tam consumamus, quam exerceamus ac perficiamus in his seu levioribus seu gravioribus litteris, fluctusque excitemus strenue in simpulo. Hac enim aliquando rerum vanitate dudum discussa ac dispulsa manebit saltem hoc, ut vires animus habeat auctas ac firmatas; quemadmodum tot inanibus rerum humanarum curis ac consiliis vexatus eum saltem fructum feres, ut habitum indueris sensumque recti ac veri constantem et obfirmatum. Mutavi igitur et emendavi, quaecunque et animadversa a me sunt, et sine longa disputatione absolvi posse videbantur. Supererunt monenda aliis alia, modo, quotquot his litteris operam dare videri volumus, illud teneamus omnes, non tam referre, ut in singulis syllabarum apicibus nihil aut transmittatur aut peccetur, quam ut totius operis summa, compositio, inventio et elocutio ante oculos sit posita; etsi sensum et iudicium habere satis limatum et politum non potest is, cui non minutissima quaeque sint usu cognita ac trita. In utramque rem saltem diligentia et subtilitas conferenda est illis, qui bonorum scriptorum interpretes eo consilio esse volunt, ut aliorum ingenia acuant, studia moderentur. Scr. Gottingae M. Iul. CIↃIↃCCLXXXVIII.

* * *

Decem, et quod excurrit, annis elapsis inde a secunda Virgilii editione minore, quam vocant, ad tertiam curandam evocatus, nolui ne nunc quidem curae et operae parcere, etsi eo aetatis gradu con-

stitutus, quo iuvenilia studia plerumque displicent; aut, si retinentur, morosa aliqua subtilitate tractantur: id quod cum et alias refugerim, ne ei tanquam scopulo in extremo cursu adhaerescerem, diligenter cavi, saltem cavere volui. Nihil enim bonae interpretationi infestius est, quam, summa rerum posthabita, haerere in singulis, inprimis in minutis et tenuibus, quae si nimium terantur manibus, in pulverem dilapsa diffluunt, aut animum ad aliam, similem quidem, rem abducunt, qua dum distinetur ille, mox in alia incidit, aut cum prioribus diversa copulat, ita ut interpretationes etiam in medium afferat a re et consilio auctoris alienas. Quae eadem fortuna esse solet eorum, qui, animi affectu ac studio et cupiditate abrepti, cum ne bona quidem alterius probare velint, in ea se insinuant, quae ne ipsis quidem satis probabilia videri possunt. Verum per me ingenio quisque indulgeat suo; ego illud mihi cavendum esse video, ut emendem meum. Quae itaque, relecto et diligenter excusso commentario meo in Virgilium, putavi nova cura tractata nitescere posse, aut consilio melius respondere, retractavi et emendavi, adhibitis etiam in consilium iis, qui meliora me docere aut possent aut vellent. Neque enim, quamdiu vivam, ab hoc proposito recedam, memor aureae Solonis sententiae: Γηρασκω δ' αιει πολλα διδασκομενος. Scr. Gottingae M. Aprili CIↃIↃCCXCIX.

P. VIRGILII MARONIS VITA
PER ANNOS DIGESTA.

U. C. Varr. 684. Cat. 682.

M. Licinius Crassus. Cn. Pompeius Magnus Coss. ante C. N. 70. *Virgilii* 1.

His Coss., et quidem Idibus Octobribus, natum esse Virgilium, tradunt ad unum omnes. Consentiunt et in hoc, Andes, agri Mantuani vicum, ei natale solum fuisse. De patre eiusque nomine, item de matre, multa inepte disserunt Grammatici. Patrem Virgilium Maronem, matrem Maiam fuisse, dubitari nequit. Nomen et Virgilius et Vergilius scribitur.

Parentes Virgilius honestos quidem; quales nobiles nostri villatici, sed tamen obscuros et in agro suo colendo vitam agentes habuit. Unde ductum illud ap. Macrob. V, 2. *Unde enim Veneto, rusticis parentibus nato, inter silvas et frutices educto, vel levis Graecarum notitia litterarum?* Quod autem *figulum patrem* esse narrant, id vereor ne inepti monachi *a filio carmina fingente* duxerint; uti altera narratio de *patre mercenario* non aliunde nata, quam quod Tityrum in prima Ecloga Virgilii patrem nonnulli tradiderant.

U. C. 689.

L. Aurelius Cotta. L. Manlius Torquatus.

a. C. 6 *Virgilii* 5 — 6.

Q. Horatius Fl[illegible]s nascitur VI. Id. Decemb. Sueton. in ei. Vita.

U. C. 696.

L. Calpurnius Piso. A. Gabinius.

a. C. 58. *Virgilii* 12 — 13.

Hieronymus in Chron. Euseb. p. 151 ad Olymp. 180, 3, adeoque h. a., *Virgilius Cremonae studiis eruditur.* Aliter Donatus §. 6.

Ceterum etsi de magistris Virgilii et disciplina non satis constet, atque eum obscuro loco natum esse satis appareat, liberali tamen institutione eum usum et cum viris doctis et elegantibus versatum esse, ingenii eius in carminibus expressa venustas satis prodit. Ex humili enim et sordida vita et sordidorum hominum consuetudine nemo facile generosi poëtae spiritus sumit; nisi forte elegantiorum litterarum humanitas meliorumque hominum contubernium exemplumque natalium sordes primaeque pueritiae robiginem absterserit.

U. C. 699.

Cn. Pompeius Magnus II. M. Licinius Crassus II.

a. C. 55. *Virgilii* 15 — 16.

Hoc anno togam virilem sumsit Virgilius, si verum est, quod a Donato in Vita Virgilii §. 6 memoratur, iisdem, quibus natus erat, Coss. id factum esse. Et anno fere XV vel XVI ea sumebatur. v. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 115 sq. et passim alios, ut Masson. in Vita Horatii et Ovidii.

U. C. 701.

Cn. Domitius Calvinus. M. Valerius Messala.

a. C. 53. *Virgilii* 17 — 18.

Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 181, 4: *Virgilius, sumta toga, Mediolanum transgreditur, et post breve tempus Romam pergit.* At Donatus § 7: *Sed Virgilius Cremona Mediolanum, et inde paulo post Neapolin transiit — se in Urbem contulit.* Uter verius dixerit, quis definire ausit! Fortasse ne Romam

U. C. 711.

C. Vibius Pansa. A. Hirtius.
C. Iulius Caesar Octavianus. Q. Pedius suffecti.
a. C. 43. *Virgilii* 27 — 28.

Habiti in Iulii Caesaris honorem ludi in dedicando Veneris Genetricis templo; nec tamen ante medium Ianuarium, cum sol in Capricorno esset, quod idem signum Augusti natale erat. His ludis stella crinita apparuit. v. Ecl. IX, 47 et ibi not.

Bellum Mutinense, quo cum totam Galliam Cisalpinam, tum agrum Mantuanum, adeoque Virgilii possessiones valde afflictas fuisse, necesse est. Ex V. Kal. Decemb. M. Lepidus, M. Antonius, C. Caesar Octavianus Triumviros reip. constituendae in quinque annos se renuntiant, proscriptorum tabulas proponunt, inter quos a. d. VII. Id. Dec. Cicero occiditur.

In provinciarum distributione, quum Africam, Siciliam, Sardiniam reliquasque eius maris insulas Caesar Octavianus, Hispanias cum Gallia Narbonensi Lepidus, reliquas Gallias Antonius accepisset, v. Appian. Civil. IV p. 953. 954., ager Mantuanus M. Antonii sorti accesserat. Is misit in has terras Asinium Pollionem, qui usque ad a. 714 Galliam Cisalpinam in Antonii fide continuit. cf. inf. ad 713.

Ad hunc annum *Palaemonem*, Eclogam III, refert Martinus (*Life of Virgil*) p. XLIV et ad Ecl. V, 86., quoniam in ea Pollio et primus et solus poëtae laudibus ornatur. Ex iis, quae modo dicta sunt, certe hoc efficere possis, mature in Asinii Pollionis notitiam venisse poëtam, cum ille per eos annos in istis Italiae partibus degeret. Cur mihi inter prima poëtae tentamina referenda videatur Ecloga III, ea est causa, quod iuvenilem meditationem et exercitationem non obscure prodit; est enim ex Theocriteis Idylliis IV et V conversa aut adumbrata.

Iulio Caesari Virgilium innotuisse et carum fuisse, ex Ecl. V, 52. *amavit nos quoque Daphnis*, efficiunt;

Daphnidem enim Iulium Caesarem esse contendunt; cf. ibid. argum., item Martinum in Vit. Virg. p. XXXIV et ad Ecl. V, 52. Idem vir doctus versum illum ad studium Caesaris in Mantuanos referebat, quibus cum ceteris Galliae Transpadanae urbibus civitatem illum dedisse, memorat Dio XLI, 36.

Lepida Grammaticorum fabula est de Ecloga sexta *in theatro a Cytheride mimâ cantata*, quam cum Cicero audiret, magnam Virgilii famam praesagiisse fertur. v. Donat. §. 41. Servius ad Ecl. VI, 11.

Hoc anno ad XIII. Kal. April. (XX. Martii) Ovidius natus est; nec multo ante Propertius; Tibullus autem iam ante 705 natus erat; quamquam alii eius natales ad a. 690, Propertii autem ad a. 697 referre volunt. Catullus iam circa 705 obierat.

U. C. 712.

M. Aemilius Lepidus II. L. Munatius Plancus. a. C. 42. Virgilii 28 — 29.

Triumviri Caesari divinos honores decernunt: Kal. Ianuariis in eius acta iurant: sacellum ei tanquam heroi in foro faciunt, et quae id genus plura apud Dionem XLVII, 18. 19. memorantur. A quo inde tempore *Divi filius* Octavianus dici coepit, de quo nomine satis copiose agit Heins. ad Aen. VI, 793. Anno fere exeunte, pugnatur ad Philippos, in ea Macedoniae parte sitos, quae olim ad Thraciam pertinuerat. Brutus et Cassius se sua manu interficiunt. De pugna ad Philippos v. Ge. I, 489 sqq. M. Antonius ad res Asiae constituendas discedit: Octavianus in Italiam redit ad agros et praemia inter veteranos distribuenda.

Ad Caesaris consecrationem, quam diximus, nobiles illi versus spectant, Aen. I, 286 — 290. *Nascetur pulcra Troianus origine Caesar* etc. et VI, 790. *hic Caesar, et omnis Iuli Progenies magnum coeli ventura sub axem.* De eadem consecratione seu apotheosi agere vulgo existimatur *Daphnis*, Ecloga

V.; Martinus hoc ipso anno eam scriptam esse putabat, ut adeo Octaviano Caesari iam tum Maro commendatus esse videretur; idque hoc ipso carmine esse factum. Si mihi haec coniectura, quae per se admodum levis est, de anno, quo scripta esset Ecloga V, firmanda esset: aliud aliquanto firmius argumentum afferrem. In IX Ecl. v. 19. 20. *Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?* haud dubie ad Ecl. V, 20. 40. respicitur; eam itaque nona, quam a. 718 scriptam esse liquido constat, priorem esse necesse est.

U. C. 713.

Q. Servilius Vatia Isauricus II. L. Antonius.
a. C. 41. *Virgilii* 29 — 30.

Octavianus Caesar, Romam reversus, dum veteranis praemia persolvere, eosque in agros municipales Italiae, a Triumviris promissos, deducere instituit, ingentes per Italiam turbas, partim eorum, qui possessionibus suis eiiciebantur, indignatione, partim militum effreni cupiditate et audacia (de qua v. Appian. p. 1082 sqq. Dionem Cass. XLVII, 17. Vellei. II, 74) excitari videt. Latissime autem calamitas illa et ad quam plurimos pertinuisse videtur ita, ut maximas fortunarum conversiones consequerentur; unde et Antonius apud Appianum p. 1075 dicere potuit, Octavianum Italiam isse, si res dicenda sit, tamquam omnem Italiam sedibus suis emoturum, *ἀναστήσοντα τὴν Ἰταλίαν*. Vix enim reperitur ex ea aetate poëta, qui non communi clade afflictum se memoret. Hinc Tibulli *felix quondam, nunc pauper ager*, I, 1, 19 — 23. cf. IV, 1, 183 — 190. Propertius de se IV, 1, 129. *Nam tua quum multi versarent rura iuvenci, Abstulit exultas pertica tristis opes.* Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica, quae nostros metata est impia agellos.* Dum Fulvia, M. Antonii uxor, coloniarum

V.; Martinus hoc ipso anno eam scriptam esse putabat, ut adeo Octaviano Caesari iam tum Maro commendatus esse videretur; idque hoc ipso carmine esse factum. Si mihi haec coniectura, quae per se admodum levis est, de anno, quo scripta esset Ecloga V, firmanda esset: aliud aliquanto firmius argumentum afferrem. In IX Ecl. v. 19. 20. *Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis Spargeret? aut viridi fontes induceret umbra?* haud dubie ad Ecl. V, 20. 40. respicitur; eam itaque nona, quam a. 718 scriptam esse liquido constat, priorem esse necesse est.

U. C. 713.

Q. Servilius Vatia Isauricus II. L. Antonius.
a. C. 41. *Virgilii* 29 — 30.

Octavianus Caesar, Romam reversus, dum veteranis praemia persolvere, eosque in agros municipales Italiae, a Triumviris promissos, deducere instituit, ingentes per Italiam turbas, partim eorum, qui possessionibus suis eiiciebantur, indignatione, partim militum effreni cupiditate et audacia (de qua v. Appian. p. 1082 sqq. Dionem Cass. XLVII, 17. Vellei. II, 74) excitari videt. Latissime autem calamitas illa et ad quam plurimos pertinuisse videtur ita, ut maximae fortunarum conversiones consequerentur; unde et Antonius apud Appianum p. 1075 dicere potuit, Octavianum Italiam isse, si res dicenda sit, tamquam omnem Italiam sedibus suis emoturum, *ἀναστήσοντα τὴν Ἰταλίαν*. Vix enim reperitur ex ea aetate poëta, qui non communi clade afflictum se memoret. Hinc Tibulli *felix quondam, nunc pauper ager*, I, 1, 19 — 23. cf. IV, 1, 183 — 190. Propertius de se IV, 1, 129. *Nam tua quum multi versarent rura iuvenci, Abstulit exultas pertica tristis opes.* Valerius Cato in Diris v. 45 *Pertica, quae nostros metata est impia agellos.* Dum Fulvia, M. Antonii uxor, coloniarum

Recuperato agro, *Eclogam* loco, non tem
primam, si supra memorata recte se habent,
ptam esse, dubitari nequit. Obtinet tamen vul
opinio, anno hoc 713 aetatis 29 eum *Bucolica* scri
aggressum esse. Quam quidem rem poëtam Polli
maxime auctoritate et hortatu suscepisse, inter Gr
maticos fama tenet. v. Donat. Vit. §. 36. Iiden
loco primo, quem Ecloga Tityrus tenet, omniun
iam tempore primam scriptam, et calamitate a
agri adductum Virgilium primum poëticen aggre
(v. Phocas v. 67 sqq. Donatus §. 91 etc.) esse p
runt; scilicet ut communi poëtarum fortuna ute
Maro, ut eum fames et miseria ad versus scribe
perpelleret.

Cum Virgilius, Mantuam redux, agros suos a
teranis, qui eos occuparant, vindicaret, novam i
riam accepit, ut fuga vitae consulere necesse hab
Patet id ex *Ecloga* IX, quam tum, Romam, ut a
regressus, ut denuo Octaviani opem imploraret,
obtulisse videri potest; quamquam in ipso carmin
hil ea de re praeter honorificam Vari mentionem v
35. occurrit. Non male hoc Ruaeus ipsa carminis
ma, quae subitariam operam satis prodit, confir
putat. *Menalcan* in eo carmine Virgilium ipsum
iam Quinctilianus monuit Inst. VIII, 6, 47. Ve
nus, cuius audaciae et furori Virgilius fuga se sul
cere vix potuit, ab aliis Arrius centurio, ab aliis
dius, a Probo Milenus seu Milienus Toro primipi
fuisse traditur. Hanc iniuriam poëta non, nisi A
Pollione fugato, expertus esse narratur in Serv
Eclog. IX, 11. *quo*, Pollione, *fugato, rursus de p
diis suis fuerat Virgilius expulsus.*

Si quaeras, qua ratione poëta in agros suos r
ctus fuerit, Servium habes Comment. in Bucol.
§. 14 narrantem: *Postea, ab Augusto missis tri
viris, et ipsi integer ager est redditus, et Mantu
pro parte.* In quam sententiam idem ibid. interpr

ir versus 11. sqq. Ecl. IX. Vix tamen illud hoc
so anno fieri potuit, quo bellum Perusinum exarsit,
ius incendio late Italia conflagravit; itaque rebus
emum pactione Brundisina a. 714 compositis factum
se videtur. Mantuanis autem simul in Virgilii gra-
am agrorum partem restitutam esse, satis probabile
t ex Ecl. IX, 7 — 10; cf. Serv. ad v. 10.

U. C. 714.

n. Domitius Calvinus II. C. Asinius Pollio.

Suffecti sub exitum anni:

L. Cornelius Balbus. P. Canidius.

a. C. 40. *Virgilii* 30 — 31.

Bellum Perusinum. Octavianus L. Antonium Pe-
siamque urbem deditione recipit. Sub huius anni
itium Scriboniam in matrimonium ducit; fecit ta-
en cum ea divortium anno sequenti, suscepta ex ea
lia. Dio XLVII, 16 et 34. Cum, M. Antonii in
aliam adventu, maxima omnium, ne bellum recru-
esceret, sollicitudo esset, L. Cocceio, communi ami-
, cum utroque agente, et Maecenate et Pollione ad-
bitis (Appian. p. 1126. Dio XLVII, 28), pace Brun-
sina amicitia inter Octavianum et Antonium iterum
aluit; ad quam magis firmandam M. Antonius Octa-
am, Octaviani sororem, cuius maritus nuper obie-
t, uxorem duxit. Mox cum Sext. Pompeius, qui
assibus mare tenebat, commeatu urbem intercludе-
t, fame urgente, de pace cum Sexto agi coeptum,
ia proscriptis, qui ad eum confugerant, reditus et
columitas parta est. Iam quae ex his huius anni
tis ad Virgilium pertineant, paullo curatius videa-
us.

Perusia capta, tota simul Gallia Cisalpina cum re-
quis Galliis et Hispaniis in Caesaris ditionem venit. v.
ppian. p. 1114 extr. Itaque tum demum Virgilio
ros suos, quos iterum amiserat, restitutos esse,

credere licet. Testificandae laetitiae suae grataeque voluntatis causa in Vari honorem, cuius opera secundum Ecl. IX, 27 sqq. illa res perfecta fuerat, *Eclogam sextam* tum scriptam esse, opinatur Martinus. Fuisse, qui sextam omnium primo loco scriptam esse dicerent, Donatus in Vita §. 102 narrat; sed eos mala primi versus: *Prima Syracosio dignata est ludere versu* — interpretatione inductos fuisse, vix dubites.

Ad firmandam pacem Brundisii inter Caesarem et M. Antonium factam Octaviam Antonio in matrimonium datam esse diximus. v. Dio XLVIII, 31. Appian. Civ. V, 65, p. 1126 sqq. Erat autem Octavia e priore marito, C. Claudio Marcello, gravida, ut Dio. l. l. memorat. Cuius laudatissimae feminae consilio et prudentia cum omnes boni pacem et concordiam tandem stabilitam et firmissimo vinculo coagmentatam crederent, cumque eius cum Antonio coniugium magna populi laetitia et acclamatione exceptum esset, visa est multis viris doctis *Ecl. IV.* ad h. a. referenda esse, ut infans ille nasciturus, cuius in isto carmine tam praeclara fata ominatur poëta, is ipse sit, quem Octavia tum utero gerebat. Difficile tamen est dicere, quomodo de Marcelli postumo tot et tantas ad summam reip. spectantes res augurari tum aliquis potuerit. Melius itaque ad prolem, quam ex Scribonia tollendam sperabat hoc tempore Octavianus, iam tum ad summas in rep. opes evectus, referri Eclogam, putes. vid. Argum. Ecl. IV, p. 44 et 45. Hoc certe anno, pace iam confecta, eam scriptam esse, dubitari nequit, cum Pollioni consuli inscripta sit v. 3. 11. 12, orbe iam pacato v. 17. Multi male arbitrati sunt, Pollioni filium natum eo carmine poëtam gratulari. Secundum hos Hieronymus Chron. Euseb. MMXXX dixit: *C. Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis filius*, cuius etiam Virgilius meminit, *diris a Tiberio suppliciis exsecatur.* Parum probabilitatis huic opinioni inesse,

facile sentias, si ad hanc tanquam hypothesin carmen exigas.

Non modo Brundisinam, verum etiam Puteolanam pacem iam confectam fuisse, cum ea Ecloga scriberetur, Ruaeus cum aliis memorat, ut vere totus orbis pacatus videri possit. Enimvero non nisi ineunte anno sequenti, postquam Pollio iam dudum consulatu abierat, pax illa est composita, cum Caesar et Antonius Pompeium apud Misenum convenissent, v. Dio XLVIII, 31 extr. 36. Nam Appianus temporum ordinem non satis accurate sequitur, quum etiam post ista p. 1135 extr. ea commemoret, quae anno superiore peracta sunt. cf. Vellei. II, 76. 77.

Antequam Antonius adversus Parthos proficiscebatur, exercitus in hiberna deducendi partem adversus Parthinos, populum Illyricum, qui loca circa Epidamnum insidebat, et Bruti caussae eximie faverat, mittit. v. Appian. Civ. V, 75. p. 1135. Praefecerat iis copiis Pollionem; qui rem in his terris egregie gessit, et anno sequente triumphum de Parthinis egit. v. Dio XLVIII, 41 et ib. nota Fabric.

Quo in itinere adversus Parthinos cum Pollio esset, *Pharmaceutria*, quae est *Ecloga VIII*, ei a Virgilio missa esse videtur. Namque v. 6 *Tu mihi seu magni superas iam saxa Timavi, Sive oram Illyrici legis aequoris.* cf. ibi notas. Ruaeus in reditu Pollionis scriptum carmen esse putabat, id quod verborum et sententiarum ordini repugnat. Qui enim a Timavo ad Illyricum procedit, eum profectionem in Illyricum facere perspicuum est, non in Italiam redire. Pollionis etiam iussu Eclogam perscriptam esse, ex v. 11. 12 apparet: *iussis Carmina coepta tuis.*

U. C. 715.

L. Marcius Censorinus. C. Calvisius Sabinus. a. C. 39. *Virgilii* 31 — 32.

A. d. VIII. Kal. Novembr. C. Asinius Pollio ex

Parthinis triumphat. Fasti Capitol. Chronic. Euseb. etc. Est is *triumphus Dalmaticus*. cf. Flor. IV, 12. 11: Horat. Carm. II, 1, 15. 16. De captis a Pollione Salonis, Dalmatiae urbe, v. Porphyr. ad e. l. cf. Pighii Annal. h. a. De Pollione ipso vid. Martin. ad Ecl. III, 84. V, 86. idemque in Vit. Virg. p. XLIV. Exposuit de illo et de universa gente Asinia Lucius Camara de Teate antiquo lib. III, 4 (Thes. Ital. T. IX. P. V.) De filio Pollionis, Salonino, seu Salonico, qui tamen nullus fuit, sed nepos eo nomine, egit Ruaeus ad Ecl. IV. pr.

Dum Pollio in apparatu triumphi cum maxime esset, tertiam Eclogam a Virgilio factam ex v. 84 sqq. *Pollio amat nostram* ingeniose colligit Ruaeus, ut de victimis triumphalibus in iis versibus agi statuat. Sed vid. supr. ad U. C. 711.

Hoc anno Horatium Maecenati a Virgilio et Vario commendatum esse, Sanadonius de coniectura ponit, secutus Horat. Sat. I, 6, 55. Quod tamen maturius factum, si quidem vere huius anni Antonius Athenis Brundisium appulit, ut condicta die cum Caesare colloquium haberet. Tum autem factum videtur, quod narratum est (cf. Wesseling. Obss. II, 15), ab Agrippa et Maecenate, qui eo accurrebant, *Horatium, Virgilium, Plotium ac Varium* adductos esse. Qua de re v. Horat. Sat. I, 5 *Egressum magna* etc. inprimis v. 40. Ita vero iam ante inter familiares Maecenatis adscitus videtur Horatius. Alii iter illud ad colloquii Tarenti habiti tempus a. 717 referunt (v. Masson. vita Horatii ad 716); quod et ipsum *verno tempore* incidit. v. Appian. Civ. V, 93. p. 1149. Aderat tum (717) Octavia pacis interpres cum Maecenate, non autem Cocceius Nerva, quem Horat. I. Serm. 5, 27 memorat, quique Brundisino congressui interfuit a. 715. Hoc itinere Maro solum fertile Tarentinum ad Galaesum fl. cognoverat; unde ductum episodium Ge. IV, 125 sqq.

U. C. 716.

App. Claudius Pulcher. C. Norbanus Flavus.
a. C. 38. *Virgilii* 32 — 33.

Bucolicis hoc anno finem impositam, et Eclogam adeo X conscriptam esse, Ruaeus cum aliis existimat, ea caussa inductus, quod Grammatici, intra triennium Bucolica absoluta esse, memorant, v. Donat. Vita §. 36. Phocas v. 95. Sed hominum illorum vanitas cum rerum argumentis, tum iis ipsis, quae aliis locis repugnantia tradunt, facile arguitur. Nihil igitur illi commento iam Martinus tribuit p. LXIV, g.

At idem vir doctus ad hunc annum *Meliboeum VII Eclogam*, cuius alioquin incertum plane tempus est, refert, hoc uno argumento usus, ne is annus prorsus aliquo Virgiliani ingenii monumento vacet.

U. C. 717.

M. Vipsanius Agrippa. L. Caninius Gallus.
a. C. 37. *Virgilii* 33 — 34.

Ad hunc annum *Eclogam decimam* referendam esse, censet Martinus hac de caussa, quod in eo carmine, *Gallo* inscripto v. 23 et 47 Lycoris in Gallias abiisse, et alium amatorem, qui in exercitu aliquo ad Rhenum militaverit, secuta esse memoratur. — *Tua cura, Lycoris, Perque nives alium perque horrida castra secuta est — Tu procul a patria, nec sit mihi credere tantum! Alpinas, ah dura! nives et frigora Rheni Me sine sola vides.* A Iulio inde Caesare M. Agrippa primus fuit e Romanis, qui Rhenum traiecit, idque initio huius anni factum, quo Agrippa cos. erat. v. Dio XLVIII, 49. Vellei. II, 79. Ubii tum, a Suevis vexati, ab Agrippa in fidem recepti in Coloniam Agrippinensem sunt deportati; Tacit. Ann. XII, 27. Germ. 28. Mox autem hoc ipso anno a Caesare in Italiam evocatus Agrippa, classique adversus Sext. Pompeium fabricandae exercendaeque praefectus est.

Possit quidem aliquis putare, haec alio Dionis loco labefactari, ubi anno 715 ineunte Octavianus Caesar in Gallias, ut excitatos in iis motus sedaret, profectus esse dicitur, lib. XLVIII, 20. cf. c. 28 pr. Appian. p. 1135. Sed primum, an exercitum secum duxerit, nou memoratum invenias, tum nec, Rhenum transiisse aut ad Rhenum quidquam rerum eum gessisse, doceas. Quidquid est, probabilior haec est sententia, quam illa Scaligeri ad Hieronym. n. 1960, qui ante caedem Caesaris Eclogam decimam editam statuendum esse arbitratur, illam opinionem amplexus, quiotam in Caesaris necem esse scriptam, intra triennium autem Bucolica esse absoluta. Iam vero *si*, quantum sive ex temporum notatione definire sive coniectura assequi possis, ordinem Eclogarum ac tempora constituere velis, ante eam, quae nunc primo loco posita est, *secundam*, *tertiam* et *quintam* scriptam esse, probabile fit; tum *primam* et *nonam* anno 713. Collocat post hanc *sextam* coniectura Martini. Denique anno 714 *quartam*, 715 *octavam* vulgatam esse, in confesso est; intra idem fortasse tempus *nona*, et anno 717 *decima* ultimo loco scripta fuit; ut adeo ad temporis rationem ordo hic constitui fortasse possit:

1	Ecloga	II.	6	Ecloga	VI.
2	—	III.	7	—	IV. 714.
3	—	V.	8	—	VIII. 715.
4	—	I. 713.	9	—	VII.
5	—	IX. eod.	10	—	X. 717.

Laudata et commendata sunt Virgilii Bucolica iam a poëtis, qui eadem aetate vivebant. Propertius ad eorum argumenta, quamquam paullo licentius, alludit El. II, 34, 67 sqq. ubi: *Tu canis umbrosi subter pineta Galaesi* (ingeniose spectans locum Ge. IV, 125) *Thyrsin et attritis Daphnin arundinibus*; (Ecl. VII) *Utque decem possint corrumpere mala puellam* (Ecl. III, 71), *Missus et impressis haedus ab uberibus.*

(IX, 6.) *Felix, qui viles pomis mercaris amores, huic licet ingratae Tityrus ipse canat,* h. huic puellae, licet ea ingrata sit, cum tamen amores eius tam parvo emantur, ipse Tityrus canat, qui Galateam amabat, nullo ad peculium fructu, ut Ecl. I, 31 sqq. *Felix intactum Corydon qui tentat Alexin Agricolae domini carpere delicias* (Ecl. II). *Quamvis ille suam lassus requiescat avenam* (igitur tum desierat scribere Bucolica) *Laudatur faciles inter Hamadryadas.* Ovidius autem Am. I, 15. 25 *Tityrum* laudat, et Trist. II, 537 *Phyllidis hic idem tenerosque Amaryllidis ignes Bucolicis iuvenis luserat ante modis.*

Hoc etiam anno Maecenatis iussu Virgilium Georgica exorsum esse, vulgaris est opinio, quam tamen, si molestior sis, non facile nisi Grammaticorum auctoritate probes.

De tempore absoluti operis paullo certior nobis fides fit ex Georgicorum extr. vers., vid. ad 724; modo exploratum satis esset, profectos vere esse illos versus a Marone. Eo consilio poëtam de re rustica carmen condidisse, ut hominum animos ad agrorum cultum, per bella civilia neglectum, revocaret, viri docti coniiciunt, non probant.

Eodem anno ab Agrippa, ut recens aedificatae classes tutum receptum haberent, lacubus Averno et Lucrino cum mari commissis, portus Iulius factus est, de quo v. inprimis Dionem XLVIII, 50. 51. Huius operis Virgilius meminit Ge. II, 161 — 164. *An memorem portus Lucrinoque addita claustra* etc.

Antonius, classe Athenis profectus, Tarentum appulit. Tandem, Octavia arbitra, Octavius, ut eum conveniret, adducitur. Nova inter eos pactio fit. v. Dio XLVIII. extr. Appian. B. C. V. c. 93. p. 1149 sqq. Eodem, ex vulgari opinione, Maecenas properans Horatium, Virgilium, Plotium ac Varium secum

adduxerat; verum probabilius videtur, Brundisium illud iter factum anno 715., vid. supr. h. a.

U. C. 718.

L. Gellius Poplicola. M. Cocceius Nerva.
a. C. 36. *Virgilii* 34 — 35.

Octavianus Caesar, Sext. Pompeio pugna navali inter Mylas et Naulochum, ad Siciliae littus, victo, et Lepido in deditionem recepto, Romam reversus, immodicis honoribus affectus est. Anno aetatis XXVIII, inquit Appian. p. 1178, oppidatim inter deos tutelares coli coepit. Haec prima divini honoris in eum collati mentio. v. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 51 sqq. Quod igitur iam ante hoc tempus a Virgilio *deus* appellatur, Ecl. I, id sine dubio eo pertinet, quod *Divum Iulium* patrem habebat; unde ille *Divi genus* audit Aen. VI, 793. cf. sup. ad 712. Summi tamen illi et exquisiti honores, Romae quidem et publice, non nisi annis 724 et 725 fuere decreti. v. Dio LI, 19. 20.

U. C. 720.

L. Scribonius Libo. M. Antonius.
a. C. 34. *Virgilii* 36 — 37.

M. Bavius poëta, quem Virgilius Bucolicis notat, in Cappadocia moritur. Hieronym. Chron. Euseb. Olymp. 186, 3. Trahi ad eum solet versus Ecl. III, 90. *Qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi.* ubi vid. Philargyr. et Domitii versus, quos ille laudat. Cf. Anthol. T. I, p. 436.

U. C. 722.

Cn. Domitius Ahenobarbus. C. Sosius.
a. C. 32. *Virgilii* 38 — 39.

Inimicitiae inter Caesarem et M. Antonium ad bellum spectant. Magni utrinque apparatus, de quibus versus Ge. I, 509 sqq. agere videntur: *Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum; Vicinae*

ruptis inter se legibus urbes Arma ferunt; saevit toto Mars impius orbe. Alii eos versus ad a. 717 referunt.

U. C. 723.

Caesar Octavianus III. M. Valerius Messala.

a. C. 31. *Virgilii* 39 — 40.

Pugna apud Actium, Epiri promontorium, a. d. IV. Non. Septembr., cuius magnifica illa est in scuto Aeneae descriptio Aen. VIII, 671 sqq., ubi v. notas. M. Antonius victus in Aegyptum fugit.

Virgilium sequi voluisse Augustum, contra Antonium ad Actiaca bella properantem, ait aliquis in Servianis ad Ecl. III, 74.; scilicet, quemadmodum Horatius Maecenati comes esse volebat Epod. I.

U. C. 724.

Caesar Octavianus IV. M. Licinius Crassus.

a. C. 30. *Virgilii* 40 — 41.

Caesar post pugnam Actiacam cum Samum insulam in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione militum, quos, confecta victoria, Brundisium praemiserat, media hieme repetit Italiam, tempestate in traiectu bis conflictatus. Nec amplius quam XXVII dies Brundisii commoratus, in Asiam revertitur. Inde, spretis Antonii et Cleopatrae legationibus, Aegyptum petit, obsessaque Alexandria, quo Antonius et Cleopatra confugerant, brevi potitus est.

Itaque narratio illa Donati, Vita Virgilii §. 42, de praelectis Caesari, Atellae decumbenti, Georgicis nullam fidem habet.

Aegypto in provinciae formam redactae Cornelium Gallum, equitem R., praefectum dedit; de quo v. ad Ecl. X et VI, 64. 72. Fontanini hist. litt. Aquilei. p. 14. 15. Fuerat huius Galli insignis opera in Aegypto recipienda. v. Dio LI, 9: Plutarch. Anton. p. 952.

Caesar, rebus Aegypti constitutis, *per Syriam in Asiam provinciam profectus hiberna ibi egit, simulque et provincialium omnia negotia et Parthica composuit.* Ita Dio LI, 18. Haec alio ordine Suetonius Aug. c. 26 f. *quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo — iniit.* Tiridates regno a Phraate pulsus in Syriam confugerat, et, ut Caesar se Romanis copiis restitueret, supplicabat, cum interea legati, a Phraate missi, et Tiridatem sibi reddi postularent et amicitiam cum Caesare iungerent. Caesar utrique comiter respondit, et Phraatis filium, sive a Phraate sive a Tiridate acceptum, Romam secum abduxit, et pro obside habuit. v. Dio l. l.

Hoc anno ultimam Georgicis manum adhibitam esse, vulgaris est opinio, in eamque sententiam versus lib. IV. extr. interpretantur viri docti, vid. Masson. in Iano reserato III, 5, 6, nec tamen sic, ut omnia satis expediant. *Caesar dum magnus ad altum Fulminat Euphraten bello, victorque volentis Per populos dat iura, viamque adfectat Olympo.* Est quidem perpetuus poëtarum saeculi Augustei mos, ut, quamvis nihil, quod admodum memorabile esset, adversus Parthos Augustus gesserit, magnifice tamen de rebus eius Parthicis loquantur. Constat etiam e Dione, LI, 20., litteras, de rebus Parthicis initio anni sequentis Romam allatas, tantum ad publicam gratulationem momenti habuisse, ut reliquam omnem Caesaris fortunam illustrare viderentur. Videtur tamen illud: *dum fulminat ad Euphraten*, pro re tam tenui et legatis auditis, nimis fastuosum esse. Itaque Martinus in annum 731 illos versus et finem Georgicorum referre maluit. Id tamen a ceteris temporum et carminis rationibus nimis abhorret, si Georgica non nisi anno ante poëtae mortem ad finem perducta esse statuas; mirumque est, si 731 Georgica exierunt, non Augusti nomen, iam 727 inditum, sed Caesaris in iis occurrere. Verum concidit omnis disputatio, si memineris, versus

illos, Georg. IV ad f. subiectos, a poëta vix profectos esse. Quamquam illam narrationem, septennio Georgica absoluta esse a Marone, vid. Donat. §. 40, undecim autem annos Aeneidi esse impensos, ita ut ab hieme huius anni illum ad Aeneidem animum appulisse necessario statuendum sit, inter grammaticorum commenta referendum esse putem. A Tristano *Histo. generale des Empereurs* T. I, p. 137. conclusionem Georgicorum in annum expeditionis Cari Caesaris in Parthos, quae in annum 754 incidit, male referri, iam Norisius Cenotaph. Pisan. Dissert. II, p. 249 notavit. Contra Catroeum disputat d'Aubezit Oeuvres divers T. II.

Hunc rerum gestarum fundum habent praeclari versus Ge. II, 170 sqq. *Et te, maxime Caesar, qui nunc extremis Asiae iam victor in oris Inbellem avertis Romanis arcibus Indum*, ad a. 724 referendi, et III, 26 sqq. *In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini; Atque hic — Nilum — litore gentes.* Tam magnifice poëtae de rebus an. 723. 724. gestis tradunt, nonnulla tamquam vaticinantium spiritu; saltem illud Ge. III, 26 sqq., quo loco futuras Caesaris laudes vaticinatur Maro; add. Aen. VII, 724 sqq.; ita ut nihil inde in horum annorum historiis constitui possit. Atque eadem ratione versus Ge. IV, 559 sqq. interpretarer, nisi aliae obstarent suspiciones.

Virgilium Neapoli Georgicorum partem certe extremam pertexuisse, ex Lib. IV extr. manifestum esset, si versus illos ab eius manu esse satis constaret. Erat ea urbs illustrium et doctorum virorum secessu, se otio ac levioribus studiis ibi committentium, illa aetate inprimis celebris. *In otia natam Parthenopen* Ovidius appellat Met. XV, 711. v. Horat. Epod. V, 43 ibique Baxter.: Statium Silv. III, 5, 85: Silium XII, 31: inprimisque Strabonem V. p. 378. cf. Camilli

Peregrini Campaniam felic. Diss. II. §. 21. et not. in Ge. IV, 564.

Etiam Aeneidis condendae paullo altius petitum fuisse consilium, nimis, puto, acute autumant viri docti; arbitrantes, summum unius imperium et gentem Iuliam fatis ei imperio destinatam Romanis commendare voluisse Maronem, cf. Disqui. in Aen. I, §. 15.

Iam tum, cum Georgica scriberet, de Aeneide poëtam cogitasse, colligunt alii ex Ge. III, 46 sq. *mox tamen ardentes accingar dicere pugnas Caesaris.* Ita vero Augusti, non Aeneae, res carmine se ornaturum esse pollicetur.

U. C. 725.

Caesar Octavianus V. Sext. Apuleius.
a. C. 29. Virgilii 41 — 42.

Caesar, Romam reversus, a. d. VIII. VII et VI Id. Sext. triumphavit de Macedonia, Dalmatia et Aegypto trinis diebus. v. Dio LI, 21. Huc referendi versus de Aeneae clipeo Aen. VIII, 714 sq. *At Caesar triplici invectus Romana triumpho Moenia* etc. Decreto Senatus Ianus clausus est usque ad a. 727. v. Masson. p. 74. et Dio LI, 20. ibiq. not. Quo Virgilius respexisse creditur Aen. I, 291 — 296 *Aspera tum positis mitescent saecula bellis — dirae; Claudentur belli portae;* atque I, v. 292 *Cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt,* ad censuram hoc anno a Caesare, assumto M. Agrippa collega, actam, vid. Dio LII, 42. Nec tamen, hoc ipso anno versus illos scriptos esse, necesse est, ut arbitratur Masson. in Iano reserato p. 64. Non magis id statuendum Aen. IX, 642. *Iure omnia bella Gente sub Assaraci fato ventura resident.*

Ad hunc annum Caesaris de imperio deponendo habita cum Agrippa et Maecenate consultatio pertinet. v. Dio LII. pr. Quas Virgilio ea in re partes dederint inepti Grammatici, vid. in Donato §. 78.

Hoc aut superiore anno, certe ante Ianum clausum, Dacos trans Istrum cum Bastarnis, Moesis et aliis populis bello adortus erat M. Crassus, de qua expeditione v. Dio LI, 22. 23. sqq. Unde versus Virgilii ductus Ge. II, 497 *Aut coniurato descendens Dacus ab Istro.* A M. Antonio ad societatem et auxilia ferenda pellecti fuerant isti populi, quo factum esse videtur, ut in fines Romanos infestis mox armis incurrerent. Triumphum de iis egit Crassus IV. Non. Iul. 726. Pro *Dacis* magnificentius visum poëtis *Getas* nominare, ut Aen. VII, 604. Horat. Od. IV, 15, 22., et *Scythas* Carm. Saec. 55.

U. C. 726.

Caesar Octavianus VI. M. Agrippa II.
a. C. 28. Virgilii 42 — 43.

Apollinis in Palatio templum cum bibliotheca Caesar perfecit et dedicavit. Ludos Actiacos quinquennales, propter victoriam Actiacam iam ante decretos, cum Agrippa exhibuit. Tunc gymnici quoque ludi acti sunt. Dio. LIII, 1.

Hos ludos adumbravit poëta sub iis, quos Aeneam sumn facit instituere Aen. III, 280 *Actiaque Iliacis celebramus litora ludis. Exercent patrias oleo labente palaestras Nudati socii.*

U. C. 727.

Caesar Octavianus VII. M. Agrippa III.
a. C. 27. Virgilii 43 — 44.

Caesar ex ante diem XVI Kal. Februarii, sententia L. Munatii Planci, a Senatu ceterisque civibus Augustus *appellatus est, sese septimum, et M. Vipsanio Agrippa tertium consulibus.* Censorinus c. 22. v. Dio LIII, 16. ibique Fabric. *Romuli* nomen a nonnullis propositum, et ab ipso Augusto magnopere esse appetitum, satis constat. v. Dio ibid. et Sueton. Aug. 7. Itaque versum Ge. III, 27 *victorisque arma*

Quirini hinc interpretandum esse existimarunt viri docti; quod si recte facerent, quamquam nimis levis est illa suspicio, pateret, Georgica serius, quam 724 absoluta, saltem edita et vulgata fuisse. Namque illud nonnullorum commentum, versus serius et secunda aliqua recensione insertos esse, quod fortasse ex Donato §. 50 petitum est, non admodum probamus. Multo minus Harduini somnia me tenebunt, cum in reliquis, tum in iis, quae ex temporum angustia contra Aeneidis a Virgilio susceptum opus disputat in *Pseudovirgilio* (inter Opera varia p. 280). Talia refellere nostri otii non est, et viros doctos in iis refellendis otium suum consumsisse piget. Ceterum post hoc tempus etiam ille locus Aen. VI, 792 scriptus est: *Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis, Augustus Caesar, Divi genus.*

Augustus, bello in Britannos parato, sed mox seposito, ab urbe in Gallias et Hispanias proficiscitur. vid. Dio LIII, 22. Ergo Ianus tunc reseratus. Messala Corvinus ex Gallia triumphat VII Kal. Octobr. v. ad Tibull. I, 7.

Hunc eundem annum assignant viri docti Satyrae decimae libri I Horatii, in qua v. 45 *molle atque facetum Virgilio adnuerunt gaudentes rure Camoenae.* Quod iudicium cum unice ad Bucolica et Georgica spectet, cumque ibidem 43: *forte epos acer*, Ut nemo, *Varius ducit*, legatur, nihil tum de Aeneide poëtam cogitasse, certe nihil vulgasse, probabile fit.

U. C. 728.

Caesar Augustus VIII. T. Statilius Taurus II.
a. C. 26. *Virgilii* 44 — 45.

VII. Kal. Februar. Sext. Apuleius ex Hispania triumphat. Ergo is superiore anno in Hispania res feliciter gesserat.

Cornelius Gallus, primus Aegypti praefectus Augustalis, cum propter multa flagitiose acta infamia ab

Augusto notatus, mox et Senatus iudicio damnatus esset, dolorem non ferens, poenam morte voluntaria antevertit. Dio LIII, 23. Eius laudes e quarto Georgicorum libro Augusti iussu tum sublatas Aristaei fabulae locum fecisse, narrant Grammatici. v. Donat. §. 89. Servius ad Ecl. X, 1.

U. C. 729.

Caesar Augustus IX. M. Iunius Silanus.

a. C. 25. *Virgilii* 45 — 46.

Expeditio Augusti in Cantabros. Absentem illum a Virgilio litteris Aeneidem flagitasse, Donatus memorat §. 46. ubi v. not.

Hoc et sequente anno Aelius Gallus ex Aegypto, cui praefectus erat, exercitum in Arabiam felicem duxit, v. Dio LIII, 29: Strabo XVI, p. 1126. Ad hanc expeditionem respexisse videri potest Maro, Aen. VII, 604. 605. *Sive — inferre bellum — Arabisve parant.*

U. C. 730.

Caesar Augustus X. C. Norbanus Flaccus.

a. C. 24. *Virgilii* 46 — 47.

Altera vice Ianus clausus, Augusto ex Hispania reduce. Ad h. a. spectat Hieronymus Chron Euseb. ad Olymp. 189, 1. *Quinctilius Cremonensis, Virgilii et Horatii familiaris, moritur.* De eius obitu consolatur Virgilium Horatius noto carmine Lib. I Od. 24. Verum an ille Virgilius habendus sit Maro, et quis ille Quinctilius fuerit, pariter ignoratur; nam Grammaticorum commenta audienda non sunt. v. Argum. Ecl. VI. conf. Masson. Vit. Hor. ad h. a.

U. C. 731.

Caesar Augustus XI. A. Terentius Varro Murena, suff. Cn. Calpurnius Piso,

a. C. 23. *Virgilii* 47 — 48.

Augustus e gravi morbo Antonii Musae opera convalescens, semestri spatio interiecto, M. Marcel-

lum, sororis filium, qui aedilitatem anno superiore susceperat, et Augusto vulgo imperii heres destinabatur, e morbo decedere videt. Gravis tunc totius populi luctus. v. Dio LIII, 30. Virgilius eius mortem pulcherrimis versibus ornat Aen. VI, 861 — 887. De quibus versibus lectis et lauta remuneratione honestatis v. Donat. §. 47.

Tiridates ipse, a Phraate vero legati, controversiarum suarum caussa Romam venere. Quibus in Senatum introductis, cum Augusto caussae cognitio decreta esset, Tiridatem Phraati nequaquam tradidit, filium tamen Phraatis, quem in potestate sua tenebat, patri remisit hac lege, ut pro eo captivos signaque militaria, Crassi et Antonii cladibus amissa, reciperet. Dio LIII, 33. Res tamen non perfecta ante annum 734. Ad hoc Augusti postulatum, quo negato, bellum in Parthos susceptum iri suspicio erat, respexisse creditur Virgilius Aen. VII, 604 — 606. *Sive Getis inferre manu lacrimabile bellum Hyrcaniisve Arabisve parant, seu tendere ad Indos Auroramque sequi, Parthosque reposcere signa.* Addit Ruaeus sub h. a. „Igitur annis minus quatuor sex fere ultimos operis libros poëta perfecit; nec vero tanta in iis elucet, quanta in superioribus, cura.“ Vix curae defectum ac diligentiae in novissimis libris odoratus esset Ruaeus, nisi id aliunde sic narratum accepisset. vid. monit. ad lib. VII pr.

U. C. 732.

M. Claudius Marcellus Aeserninus. L. Aruntius.
a. C. 22. Virgilii 48 — 49.

Augustus in Siciliam profectus est, ut eam atque ceteras omnes ad Syriam usque provincias constitueret. Dio LIV, 6. Factum id sub finem anni videtur. Egit de hoc itinere Noris. Cenotaph. Pisan. p. 292 — 294. Ianum iterum reseratum ante eius discessum probabile est. Nec tamen ideo ponere ve-

imperium. Itaque magnopere a poëtis inprimis ea r extollitur et magnificis verbis ornatur, ut de profligat Parthis, everso eorum imperio, victo Oriente, Ind debellata eos loqui videas. cf. loca apud Cerdam Aen. VII, 606. Ad hunc igitur annum versus Maron Ge. IV, extr.: II, 170 — 173.: III, 26 — 33 a noi nullis referuntur, quos supra ad a. 724 attuli. Insign ter auctum est hoc idem Aen. VI, 799. *Huius in ac ventum iam nunc et Caspia regna Responsis horre divom, et Maeotia tellus, Et septemgemini turba trepida ostia Nili.*

Occiso Artaxia, qui aliis Artabazes, sive Art vasdes, *per dolum propinquorum, datus a Caesa Armeniis* (maiori Armeniae) *Tigranes, deductusq in regnum a Tiberio Nerone*, Tacit. Annal. II, 3; Dio LIV, 9., et ibi Fabric.; add. Vellei. II, 94, ubi vid. Ruhnk. Hinc vulgo illustrant Virgilii ill Ge. III. 30 *pulsumque Niphaten*; qui Armeniae mo est, male a poëtis nonnullis pro flumine habitus, qu rum loca v. apud Masson. Vit. Horat. p. 306 sqq. S ad res cum Parthis 724 transactas verba referre pra stat. Ominatur poëta tanquam vaticinans eventus f turos, non res vere gestas enarrat.

E Syria Augustus in Samum reversus, ibi iterc hiemavit. Frequentes huc ad eum legationes conv nerunt, et Iudi pacem, quam antea per oratores p tierant, tunc, interposito foedere, sanxerunt, et d na miserunt. Dio LIV, 9. cf. dict. ad 724.

Garamantes hoc anno victi a L. Balbo Proco qui sequente anno a. VI Kal. April. ex Africa trium phavit. v. Plin. V, 5. cf. Solin. 29. add. Intpp. in Ruhnken. ad Vellei. II. 51 p. 249. Fortasse et Na mones deleti, vid. Priscian. Perieg. 194., ubi cf. E curs. X. Wernsd. Recte igitur Maro cecinit VI, 7 *Super et* Garamantas *et Indos Proferet imperium.*

U. C. 735.

C. *Sentius Saturninus. Q. Lucretius Vespillo.*
a. C. 19. *Virgilii* 51 — 52.

Donatus in Vita §. 51. *Anno quinquagesimo secundo, ut ultimam manum Aeneidi imponeret, statuit in Graeciam et Asiam decedere, triennioque continuo omnem operam limationi dare, ut reliqua vita tantum philosophiae vacaret. Sed cum ingressus iter Athenis occurrisset Augusto, ab Oriente Romam revertenti* (quod verum est. v. Dio LIV, 10), *una cum Caesare redire statuit. Ac cum Megara, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est, quem non intermissa navigatio auxit ita, ut gravior in dies tandem Brundisium* (alios Tarentum memorare, in notis monitum) *adventarit, ubi diebus paucis obiit, X Kal. Octobr. C. Sentio, Q. Lucretio Coss.*

Celebrabantur hoc anno Eleusinia XIX Cal. Septemb., quibus Augustus initiatus est; an et ipse Maro, sine rerum argumentis confici non potest.

Annum obitus confirmat Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 190, 2. *Virgilius Brundisii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinna* (hoc nullum Lucretiorum cognomen) *Coss.* Plin. XIV, 1 *Haec* (vitis per se in vino picem resipiens) *Virgilii vatis aetate incognita; a cuius obitu XC aguntur anni:* numero rotundo, cum XCV essent. vid. Baylium Diction. *Virgile*, et Harduin. ad Plin. ibi et XIV, sect. 5.

Cum in Graeciam proficiscoretur Virgilius, scriptum fuisse creditur ab Horatio carmen III libri I *Sic te Diva potens Cypri.*

Dum in Graecia fuit, tertio Georgicorum libro splendidum illud exordium v. 12: *Primus Idumaeas*

referam tibi, Mantua, palmas, additum ab eo esse cum Catroeo Wartonus putabat Life of Virgil, p. 27 ex interpretatione scilicet parum subtili.

Fuere, qui eum in itinere Tarenti vita excessisse traderent. Sive tamen Tarenti, sive Brundisii diem obiit, utraque urbs cum ad Calabriam referatur, rectius scriptus est versus epitaphii: *Mantua me genuit, Calabri rapuere*, h. in Calabria morte functum se esse significat. cf. Phocas v. 105. *ut Calabros tetigit — vehemens luxavit corpora morbus.*

Ossa Virgilii Neapolin translata: et ibi in via Puteolana sepulta. v. Donat. §. 55, 56. Apud Hieronymum l. l. *Ossa eius Neapolin translata in secundo ab urbe milliario sepeliuntur, titulo istiusmodi supra scripta, quem moriens ipse dictaverat:* MANTUA ME GENUIT: quod apud Donatum §. 55 legas, et in Eusebianum Chronicon haud dubie ab interpolatore venit; repetitum inde a Vincent. Bellovac. Specul. hist. VII, 60.

De testamento Virgilii v. Donatum §. 56.

Eum paullo ante mortem scrinia adeoque omnia sua scripta, (ut etiam Grammaticus in Antholog. Lat. II, 184, 10 — 14 accepit) comburere voluisse, mox ut Aeneis saltem, ut imperfectum opus, combureretur, testamento scripsisse; tandem, amicorum precibus victum, Vario ac Tuccae scripta sua legasse ea sub conditione, ne emendarent, narrat Donatus §. 52 53.; ab iis tamen, iussu Caesaris, Aeneidem emendatam esse, in eadem farragine memoratur §. 56, quod ita intelligendum, emendasse illos tollendo, non autem addendo. Ita fere Hieronymus Chron. Euseb. ad Olymp. 190, 4. *Varius et Tucca, Virgilii et Horatii contubernales, poëtae habentur illustres, qui Aeneidum postea libros emendarunt sub ea lege, ut nihil adderent.* Nescio an inter sublata referendum

sit illud, quod apud Senecam Suas. 3. e Virgilio excitatur *plena deo*. Locum quidem id habere potuit in Aen. lib. VI. Nullibi tamen, ex Aeneide aliquid intercidisse, memoratur. Ceterum Guyetus acumine suo perspexit, quatuor extremos Aeneidos libros Virgilio abiudicandos esse. Io. Harduini somnium vel verbo attingere piget, qui totam Aeneidem fetum saeculi XIII. esse voluit. Refellit illum Saxius in disput. Lipsiae 1737 habita.

Reliqui Grammatici modo hoc modo illud sequuntur. At veteres scriptores, Plin. VII, 30. s. 31. D. *Augustus carmina Virgilii cremari contra testamenti eius verecundiam vetuit; maiusque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua probasset.* Gell. XVII, 10. — *sed quae procrastinata sunt ab eo, ut post recenserentur, et absolvi, quoniam mors praeverterat, nequiverunt, nequaquam poëtarum elegantissimi nomine atque iudicio digna sunt. Itaque, quum, morbo oppressus, adventare mortem videret, petivit oravitque a suis amicissimis impense, ut Aeneida, quam nondum satis elimavisset, abolerent.* Macrob. Sat. I, 24. *qui enim moriens poema suum legavit igni, quid nisi famae suae vulnera posteritati subtrahenda curavit? nec immerito.* Multa in eam rem variorum Epigrammata v. in Catalectis Scaligeri et Burmanni Anthologia. Adde Donat. §. 57. 58. Est etiam disputatio hac de re hominis Itali (Sperone Speroni T. IV. p. 421 — 442) verbosa et variis argutiis inanibusque quaestiunculis plena, ut lectio vix tolerari possit, non magis quam reliquarum eius de Virgilio disputationum. Gravis satis est vel una Plinii auctoritas, ex quo constat, Virgilium poenituisse Aeneidis, ut operis imperfecti. Maluit tamen vir doctus L. A. Bartenstein, Prof. Math. et Poes. Coburg., in prolusione 1774 scripta de coniectura ponere, poenitentia laudum in Augustum cumulatarum, item indu-

etorum adversus Epicureorum disciplinam deorum permotum esse Maronem, ut testamento carmen aboleri iuberet.

Ceteram Virgilio mox *comitem ad Elysios campos mors misit* Tibullum iuvenem. v. Domitii Marsi Epigramma ad calcem Tibulli. Ovidius tum annum XXV agebat, itaque Virgilium *tantum se vidisse* testatur Trist. IV, 10, 51. Horatius annum ingressus erat XLVII.

Aeneidem cum vivo Virgilio multis hominum desideriis exspectatam, et ab Augusto litteris flagitatam, Donat s. 46. conf. Macrob. I, 24, tum, eo mortuo, magno favore et praedicatione acceptam fuisse, ex poëtis eius temporis colligas. Ovidius Rem. 395, 396. *Tantum se nobis Elegi debere fatentur, Quantum Virgilio nobile debet epos**. Sed idem Aeneidis iam meminit Am. I, 15, 25, quod carmen ad annum 736., proximum a Virgilii morte, Massonus retulit: *Tityrus, et segetes, Aeneïaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit.* Et in Arte 751. edita, Lib. III, 337. *Et profugum Aenean, altae primordia Romae, Quo nullum Latio clarius exstat opus.* Nondum absoluta et edita erat Aeneis, cum Propertius nobiles illos versus scripsit Lib. II Eleg. extr. 63 sqq. *Qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma* etc.

Virgilium paullo post, et adhuc aevo Augusteo, in scholis praelectum et enarratum fuisse, e Suetonio scimus de ill. Grammat. c. 16. Q. Caecilius Epirota Cornelii Galli familiaris — *primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium et alios*

* ita leg.: nam *opus nobile* esset quidem carmen epicum, non poëtis epica.

poëtas novos praelegere coepisse. Etiam Orosius Lib. I, 18. Aeneas — *qualia per triennium bella excitarit — ludi litterarii disciplina nostrae quoque memoriae inusitata est.*

Ut Virgilio Ennium ab Adriano praelatum taceam (Spartian. c. 16); Caligula Virgilii memoriae admodum infestus fuit. *Sed et Virgilii et T. Livii scripta et imagines, paullum afuit, quin ex omnibus bibliothecis amoveret, quorum alterum, ut nullius ingenii minimaeque doctrinae — carpebat,* Sueton. Calig. 34. Itaque Virgilii codices ad parvum tum numerum redactos fuisse, necesse est. An forsitan inde in tanto nunc apographorum numero mirus ille librorum etiam vetustiorum in corruptelis consensus repetendus est? ut statuatur, cum post haec Virgiliana carmina ex paucis, nec emendatissimis, exemplaribus describerentur, veram iam tum lectionem periisse; quo factum, ut frustra nunc a libris auxilium, ubi haereas, exspectetur. Exstabat tamen Virgilii manus adhuc Plinii maioris aetate, vid. H. N. XIII, 12 extr. et Quinctiliani, Inst. I, 7, 20. Nam Hyginum, qui paullo post Virgilium vixit, *librum ex domo et familia Virgilii* habuisse, quod Gell. I, 21. testatur, nil mirum. Virgilii idiographum librum inspectum, sed ab aliis, Gellius memorat N. A. IX, 14. cf. eundem II, 3. XIII, 20.

Magnam copiam versuum et lusuum in Virgilium eiusque carmina, cum bona tum mala, et vetustiorum et seriorum poëtarum, v. post Pithoeum et Ios. Scaligerum in Catalectis ap. Burmann. in Anthолog. Lat. Lib. II. ep. 173 sqq. De his Scholasticorum exercitationibus vid. Prooemium in Culicem T. IV, p. 3 — 12. Ed. mai. et Wernsdorf. Poët. Lat. Min. T. VI, p. 29.

Cum semel hominum doctorum ingenia ad inanes

lusus et nugas poëticen deflexissent, exorti etiam sunt, qui illiberali invento centones Virgilianos conderent. Ex hoc numero, saeculo quarto exeunte, inclaruit Falconia Proba, conf. Sax. Onomast. T. I, p. 438. Circa idem tempus centones suos dispescuit Ausonius. Adeo difficile est perspicere et iudicare, quid verum pulchrumque sit, si semel hominum iudicia occaecavit pravi exempli falsaeque opinionis auctoritas. Mirabantur tamen hi homines Virgilium non minus, ac Pisones vel Messalae ex saeculo Augusteo.

P. VIRGILII MARONIS

BUCOLICA.

DE CARMINE BUCOLICO

Carminis bucolici, *ἀπὸ τῶν βουκόλων, quod pastorum genus honestissimum erat, dicti*, h. pastoritii, *origo varie traditur, et a diversis fabulis repetitur. Sunt qui eius initia in aetate aurea, sunt qui in Arcadia aut in Sicilia quaerant *. Alii auctorem Diomum aliquem, alii Daphnidem, hi Stesichorum, illi Theocritum faciunt **. Sed fluctuat haec disputatio et incerta fertur, quod non animadverterunt docti homines*, aliud *esse carmen pastoritium, quo homines, qui greges pascerent, ut nostris temporibus, ita primis statim vitae humanae initiis longum diem fefellerint*, aliud, *quo homines ingeniosi vitae rusticae bona ac delicias certa ratione et arte adumbrarint. Prius illud haud dubie inter antiquissimos homines viguit, antequam in magnos coetus et civitates coirent; idemque inter omnes populos usitatum esse constat, qui sive vagis, Nomadum more, sive certis sedibus utentes dent gregibus alendis operam:*

Et zephyri cava per calamorum sibila primum
Agrestes docuere cavas inflare cicutas;
Inde minutatim dulces didicêre querelas;
Tibia quas fundit, digitis pulsata canentum,
Avia per nemora ac silvas saltusque reperta,
Per loca pastorum deserta atque otia dia ***.

Quemadmodum igitur apud Hebraeos et Arabes carmina fuere pastoritia ad veram vitam expressa, et regum principumque filii cum inter eos, tum inter

* v. Servius pr. Comment. Auctor Vitae Virgilii Donatianae c. 21. Diomedes lib. III, p. 483. Putsch. Grammaticus Graecus pr. Theocriti.

** Athenaeus XIV. p. 619. Diodor. IV. c. 84. Aelianus V. H. X, 18. ubi v. not.

*** Lucret. V, 1381 sqq.

Troianos; Phryges et Hellenes fuisse memorantur, qui greges et armenta pascerent: ita potuere Arcades *et* Siculi, *qui ut bonis pascuis abundabant, ita vitam gregum curae impendebant, invitante ipsa locorum amoenitate, caeli clementia* (cf. Diod. IV, 84), *animi a curis vacuitate et otio, carmina pastoritia condere et vulgari usu habere; potuere esse inter eos, qui cantu excellerent, qui certamine vincerent. Consecrarunt vero poëtarum fabulae nomina pastorum e vetere vita, ut Daphnidis. v. Ecl. V. Fortasse etiam festa, quae Apollini, Dianae, Cereri, Pani aliisque diis rusticis celebrabantur, uti maiorem celebritatem, ita maius studium, maiorem artem et concinnitatem carminum, nec non certandi et mutuo sibi respondendi solertiam, quae amoebaea peperit carmina, attulere; quo ipso apparet, cur initia Musae bucolicae ad festum fere Dianae aut Apollinis Nomii, alterius ve numinis agrestis referantur* *. *Multo tempore interiecto, fortasse etiam post multos alios, qui idem tentaverant, inter quos Stesichorus fuisse fertur* **, *tum* Sicelidas *Samius, seu, ut Grammatici tradunt, eius filius* Asclepiades *Samius, cum* Lycida *Cydoniata et* Phileta ***, *elegis nobilitato, exstitit* Theocritus, *qui, cum videret, quantam gratiam ista carmina rudia et indocta haberent, quantamque, si arte paullulum polirentur, venustatem et suavitatem habitura essent, hoc* genus carminis bucolici *excoluit, quod antiquam quidem illam indolem referret,* politum *tamen* magis et excultum, *numerisque ac legibus adstrictum, cuiusque ea natura esset, ut pastoritiae istius vitae, cuius species animo humano ipsius naturae quodam lenocinio iucundissima insidere solet, bona, tranquillitatem, securitatem, innocentiam, delicias et gaudia nume-*

* v. Vitam Virg. Donat. §. 84 sqq.
** Aelian. l. l.
*** Theocr. VII, 40. Meleager in Coron. V, 47. Moschus III, 97 sqq.

ris modisque adumbrando, animos hominum deliniret et grata fraude delusos teneret. Cum autem duobus id potissimum modis effici posset, aut *narratione, in qua, tamquam a pictore in tabula, agri, greges, silvae descriptae exhiberentur,* aut *actione aliqua et ad dramatis formam, per dialogum, in quo confabulantes inter se sensus suos, fortunam, facta, exponerent ac declararent, priore illo, quod vix diu placere potest, quodque peculiare carminis genus, haud tamen copiosum ac fecundum, efficeret, omisso, alterum arripuit, et pastoritium carmen ita condidit et descripsit,* ut actionem aliquam ex ista vitae simplicitate et felicitate, seu rem gestam, aut quae contingere in ista vita posset, sacrum aliquod festumve, fortasse etiam casum memorabilem, ut inter tales homines, aut etiam cultum et colorem eius vitae, sed facto aliquo expressum, quo istorum hominum studia, affectiones, officia, rationes, declararentur, per sermones istorum hominum inter se confabulantium ita exhiberet, ut animi audientium iucunda rerum imagine et vitae istius grata specie frui viderentur *. *Capi autem et demulceri istis delinimentis animi non possunt, nisi, ab urbanae vitae curis ac molestiis avocati, in agris silvisque, inter greges et armenta et pecoris magistros versantur, atque id curatur a poëta,* ut ne quid subeat animos, quod molestiam, tenuitatem ac sordes istius vitae in memoriam revocet, *atque suavissimam illam oculorum fascinationem solvat; qua ipsa de caussa factum est, ut* pastoritia *potius, quam omnino rustica vita, aut aratorum et opus rusticum facientium conditio in hoc carmine exhiberetur, cum haec quidem paullo plus offensionis haberet, nec facile ab attriti corporis defatigatione, laborum taedio et aerumnis suis liberari poëtae arte et ingenio posset. Sed haec a multis satis diligenter sunt praecepta, et*

* Hanc argumentum tractandi rationem, cum verbum Latinum accommodatum non habeamus, *dramaticam* appellare liceat.

ad prima huius generis elementa pertinere putandi sunt. Itaque

Et secura quies et nescia fallere vita,
Dives opum variarum, et latis otia fundis,
Speluncae vivique lacus, et frigida Tempe
Mugitusque boum mollesque sub arbore somni
Non absunt *,

*omninoque totum carminis pastoritii argumentum ad silvas agrosque spectare, ruris et veris amoenitas commendari, et locus facti sive dramatis ita declarandus est, ut, dum legimus, rebus ipsis interesse videamur. Quod animorum deludendorum artificium descriptione locorum ac temporis multum iuvatur, cui veteres tam parum indulsisse, mirari fortasse possis. Quamquam Theocritus hac arte Virgilio multum praestat; sunt enim inter eius descriptiones nonnullae veris ac ruris suavissimae et dulcissimae **; frequentius eo, et in multis feliciter, Gesner usus est, suavissimus poëta, quem antiqua illa Graecia aut suum esse populare m crederet, aut nobis invideret. Ex eodem fonte derivatur illa praecipiendi ratio,* ut non modo, quidquid veri fructus, otii et felicitatis vitae rusticae sive pastorali insit, *ad pastoritii carminis suavitatem adhibeatur, verum etiam,* quidquid ad amplificandam, exornandam ac cumulandam istam veram iucunditatem animi vis excogitare ac fingere possit, *ad maiorem delectationem large et copiose congeratur. Quidquid enim animum delectare et illecebris quibusdam delinire potest, in id poëta ius habet. Non tamen in omni genere omnia ad delectandum vim habere possunt, et perperam statuitur, quod multi credere videntur, satis esse ad carmen rusticum, res e vita rustica, quaecunque tandem illae sint, dignae an indignae, gratae an molestae, verbis ac versibus reddi. Sunt multae partes et casus vitae rusticae ita tenues, humiles et viles, ut*

* Ge. II, 467 sqq.
** Vide Idyll. VII.

ornatum respuant, aut ipsis ornamentis displiceant sagacioribus; sunt alia, quae in alio fortasse carmine feliciter adumbrata placere possint; sed in nostro genere ea tantum sunt admittenda, quae otiosam, securam, liberam et omnibus curis solutam negotiisque vacuam vitam exhibere et subiicere sensibus nostris possint, qualis eorum hominum et olim fuit, et adhuc in quibusdam terris est, qui nondum in civitates redacti aut imperii aliqua forma descripti sunt, aut venatione aut pastione victum quaerentes; nam cum aratione et magnos hominum coetus congregari et naturali libertate exui necesse est. Sed ut venatio multum feritatis habet, ita eorum, qui, dum greges pascunt, libere per silvas camposque vagantur, vita et minimis malis laborat et maximis plurimisque bonis cumulata est. In tractando *igitur pastoritio argumento poëtae necessario ita versandum erit, ut partim conditionem pastorum gentis suae malis, quibuscunque prematur, liberet, bona autem omnia, passim in ea obvia, et maiora efficiat et in unum congesta fingendi licentia ita exornet, ut cumulatissimam felicitate vitam adumbret; partim ad fabulas de primorum hominum vita et aetate aurea, nec non ad narrationes sive de maiorum vita, antequam per vicos et urbes habitarunt, sive de populorum nomadum pastoritiamque vitam agentium moribus et institutis confugiat, et hinc suo argumento colores petat.*

Iam non magna iudicii subtilitate indigere videtur diiudicanda quaestio, an natura huius carminis ab argumentis piscatorii, venatorii, messorii, vindemiatorii et similis generis aliena *censenda sit. Carmina etiam huius generis bene condi posse, quis neget? Erunt illa vel in descriptione et narratione, vel in actione aliqua ex vitae istius partibus ac generibus exhibenda occupata; non vero in vitae pastoritiae simplicitate. Quod per se nihil habet, quod improbes. Quid, quod pastoritii generis materies parum*

est locuples? Ipsa vitae simplicitas et tranquillitas perpauca argumenta idonea suppeditat, nec tractandi simplicitas maiorem varietatem admittit. Ita fieri non potest, ut magna copia bonorum carminum bucolicorum umquam speretur. Quidni igitur liceat quamcunque vitae conditionem ac fortunam huic generi inferre, et fabulae semper eodem tenore procedentis taedium grata variatione levare? modo iucundas rerum imagines, quae delectent, et congruas sententias adhibeas. Enimvero id ipsum difficultatis habet hoc argumenti genus, quod raro molestis iniucundarum rerum imaginibus liberari, et ad gratam illam, animo nostro inhaerentem, simplicitatis, libertatis et tranquillae felicitatis notionem revocari potest; qua ratione et infecundum ingratumque illud est, et, dum in angustiore gyro coercetur, multo plus laboris, artis et subtilitatis requirit. Quotum enim quodque ex Sannazarii idylliis iis caret vitiis, quibus tota huius poëseos ratio, ut iucundis et gratis rerum imaginibus delectet, tollitur?

Enimvero, si totam bucolici carminis rationem his quidem finibus, quibus modo eam circumscripsimus, contineri placeat, quid magnae Theocriteorum et Virgilianorum carminum parti facias, *videndum tibi est. Et* Virgilii *quidem* quinta, septima *et* octava *haud dubie, quodammodo etiam* tertia ecloga *ad bucolicum genus referri poterit, reliquas ab eo alienas esse facile apparet*. Quae quidem res animadversa, Virgilii et Theocriti carmina tam diversi generis esse, tam diversis doctorum hominum de huius generis natura et arte iudiciis locum fecit, cum aut naturam bucolici carminis ex illis exemplis constituere, aut ad notionem e natura rei institutam revocare illa exempla vellent. Scilicet uti illa notio recte eo, quem secuti sumus, modo informari videri potest, ita ingeniosorum hominum*

* Servius in prooemio in Bucol. „Sane est sciendum, VII Eclogas esse meras rusticas, quas Theocritus et habet." Exclusit, puto, IV. VI. X.

solertia alia genera *invenit, quae cum illo coniuncta, nec tamen plane eiusdem modi sunt. Et* Virgilius *quidem, nam ad hunc omnis nostra spectat disputatio,* novum genus *constituit ita,* ut *non tam notiones et species rerum ex aurea aetate repeteret, sed* ipsam auream aetatem repraesentaret, *homines, deos et heroes, qui in ea vixissent, exhiberet, iisque sententias ac mores congruos tribueret. Id genus invenire mihi videor, si* Silenum, eclogam VI, et Pollionem, eclogam IV; *reputo. Ac de illo quidem res manifesta; de hoc non magis dubia, si facultatem illam vaticinandi et poësin afflatis illis divino spiritu hominibus propriam ad antiquos homines pertinere memineris. Quod quidem cum novasset Maro, consecutus simul est hoc, ut epico carmini propius admoveret bucolicum, cum e prisca heroum vita sensus inferre liceret; id quod non modo ad excusandum, verum et ad probandum Maronis spiritum in bucolico genere valet. Facere illud non minus Maroni licuit, quam Theocrito idyllium Cyclopem scribere. Aliud adde carminis pastoritii, modo tantum variato,* genus *hoc,* ut *ad maiorem animorum voluptatem* rem, factum aut casum nostrorum hominum, nostrorum temporum, coloribus et pigmentis a vita pastoritia petitis ornemus, *et non modo ad fabulae bucolicae modum tractemus, sed etiam in* fabulam inter pastores gestam *commutemus, interdum etiam rem in antiquorum illorum temporum simplicitate et securitate agi aut evenire fingamus. Cuius generis, quod priore illo multis modis inferius habendum est, nec tamen sua laude, sua gratia ac suavitate caret, reliquae fere Virgilii sunt eclogae. Quid enim?* prima *et* nona *an quidquam aliud, quam poëtae casum et Mantuanorum fortunam, aut, si hoc magis placet, istorum certe temporum calamitatem, enarrat?* Decima *Galli amores, sub pastorali fabula, exponit.* Quarta *autem, quamquam eam ad aliud genus retulimus, cum hoc tamen commune habet illud, quod*

natales nobilis alicuius pueri celebrat. Ecloga denique secunda, *Corydon inscripta, naturae pastoritii carminis nihil aliud habet, quam quod amoris miseri in puerum aestus imaginibus, sententiis et notionibus pastoralibus exprimitur. Nam ad illud quidem genus, in quo vitae pastoritiae libertas, innocentia et simplicitas commendatur, id plane non pertinere, quis non videat? Quid? quod hoc argumentum, cum plane nullam huius generis voluptatem afferat, et a vitae pastoritiae integritate abhorreat, eo minus iucundum est, quod Corydon pastor servilis conditionis est, qui domini sui pusionem amat. Hoc tamen genus plerosque recentiores poëtas, cum bucolica carmina condere sibi videbantur, secutos esse, non opus est, ut multis doceamus.*

Materia igitur et argumentum carminis bucolici seu pastoritii quale sit, videtis. Iam mores ac sententiae, verba atque numeri *facile* ex ipsa vitae pastoritiae conditione *duci possunt. Simplicitas et naturalis aliqua venustas omnia ea continent, quae copiosius ab aliis hac in parte disputata sunt. In hoc tamen simplicitatis studio excluditur, quidquid, etsi ipsam vitae rusticae veritatem refert, ingratum tamen ad sensum ac molestum est. Non itaque admittendae sunt sordes, quae nauseam moveant, non verborum rusticitas et asperitas, non agrestis et foeda spurcities. Qua in re non pauci egregie falsi sunt, cum imitationis veritatem male iactarent. Posse sane cum arte et ingenio rem quamlibet carmine includi, quis neget? Quorsum tamen studeas imitando exprimere illa, a quibus, si casus obtulerit, oculos animumque avertamus? Et quae illa laus esse potest, imitatione ea bene reddere, quibus, cum in vita repraesentaveris, omnibus ingenue natis importunus ac molestus foedusque videaris? At vero, modo placeat ac deleotet poëta, si consilio suo respondere hoc videat, quid eum vetet interdum ad mythicam hominum vitam nos revo-*

, *et talem rerum ordinem, modum et situm exhi-*
, *qui nullus umquam nisi in hominum egregia*
inandi vi pollentium animis fuit; ea tamen cau-
adhibita, ut ne incredibilia plane et ad praesen-
vitae consuetudinem nullo modo verisimilia fingat.
dum vero quid eum negemus antiquam vitae pa-
tiae rationem elegantiis et deliciis e nostra vita
is, modo satis consentaneae sint, temperare com-
posse? Non enim natura huius carminis statim
ur, si naturalis simplicitas, paullo horridior for-
illa et incultior, venustate et elegantia nostra
eretur; quamquam prior illa ingenuis animis ma-
voluptatem afferre solet. Quae res vel Theocri-
Virgilii exemplis declarari et comprobari potest.
enim quam simplicior et verior humilitatique ar-
nti accommodatior est ratio! huius vero quanto
ntior et ornatior! Sed habebat uterque, quod se-
etur. Neque enim abhorrebant Graecorum ingenia
plicitate et nativa aliqua castuque venustate; ipsius
onis ac dialecti Doricae natura, non potest dici, sen-
facile potest, quantam simplicitatem prae se ferat,
tantopere huic rerum generi apta sit et idonea, ut
locta, nec inculta et horrida oratio sit. At Virgilius
onis et dialecti suavitate destitutus, qui politiore*
inter homines urbanos et elegantiam cum fastu se-
les viveret, multa ex vitae pastoritiae veritate aut
nere aut verbis honestare necesse habuit, quae nu-
ad rei veritatem proposita et expressa superbas
aiorum aures offendissent: quae eius elegantia
in laude fuit, ut et Horatius illum ab hac dote
*nendaverit**:* Molle atque facetum Virgilio annue-
gaudentes rure Camoenae. *Ad Eclogas enim*

lecte Probus: *Theocritum poëtam facilius* ait *Bucolica scripsisse, quia apud Graecos sermo rusticanus a civili dividi potest; ideo Latinis difficile fuisse, quia necesse est per eadem verba accommodare sensus.*
Sat. I, 10, 44. 45.

et Georgica respexisse Horatius videtur; ad Aeneidem nec Musae agrestes nec mollis et faceta oratio spectare potest; ut scriptam esse satyram statuas, antequam Aeneidis coeptae fama aliqua exiisset. Eam vero huius laudis sententiam, quamquam de ea iam veteres dubitasse videntur, esse probabile fit, ut poëtam ab aequabili aliqua elegantia commendet.* Et facetum *quidem quid sit, iam a Quinctiliano** expositum est, qui* decoris magis et excultae cuiusdam elegantiae appellationem *putat; et refertur* facetum *omnino ad id, quod placet et iucundum est, propter elegantiam maxime et urbanum aliquem leporem; sed* molle *ita accipiendum est, ut suavitatem significare putes, quae cum aequabili et remisso genere coniuncta est; opponitur enim* epos forte Varii acris; *et apud Ciceronem* mollis et remissa *oratio vehementiori et intentiori, qua animi tumultus ac motus excitantur.*

Atque his dictis vix quidquam addendum est, ut illam caussam, quae tam diversis hominum doctorum iudiciis disceptata est, diiudicemus, an Virgilius Theocrito praestet. *Qua in comparatione difficile est assequi, quid magna eorum pars secuta sit, qui Virgilium Theocrito in genere bucolico quam maxime anteferendum esse existimarunt; sed consuetudine fere, auctoritate coecoque aliquo amore et impetu eos duci videas; quamquam ne ii quidem ipsi, qui Theo-*

* Non male Boilavius expressisse videri potest in vulgato illo: L'Idylle —

Son tour simple et naif n' a rien de fastueux. —
Au contraire cet autre object en son language
Fait parler ses Bergers, comme on parle au Village —
Entre ces deux Excès la route est difficile;
Suivés, pour la trouver, Theocrite et Virgile.
Que leurs tendres Ecrits, par les Graces dictés,
Ne quittent point vos mains jour et nuit feuilletés.

** Instit. Or. VI, 3, 20.

um huius carminis verum magistrum esse conce-
, iudicii subtilitatem et acumen ubique satis no-
pprobant, quippe qui fere minutis nescio quibus
rammaticis rationibus de re decidant. Virgilio
antiae laudem, dignitatis et doctrinae *nemo invide-*
sed simplicitate et naturali aliqua venustate re-
que copia ac varietate non minus cedit Theocrito,
n ars naturae, *quam vincere quidem illa operose*
ingulari aliqua re potest, sed in summa rei iners
ma habenda est. Verum, etiamsi par laus utri-
in iis ipsis rebus, quae maximae sunt, sit, Theo-
s tamen in eo primas tuetur, quod ea invenit,
uibus retractandis alter et poliendis se continuit;
l quamvis magno plerumque ingenio factum nemo
t, interdum tamen tam sollicite Theocriti vesti-
premit, ut sublegere potius illi sua, et versus undi-
conquisitos Latine convertere, quam suo ingenio
videatur. Sed de his ita quisque, uti libitum est,
iat. Hoc unum monebo, nisi memineris, in Vir-
plus artis, in Theocrito plus nativae elegantiae
, non mirari te non posse, cum videas, etiam
stantissimos ex hoc genere poëtas recentiorum tem-
m Virgilium maluisse sequi, quam Theocritum.
s scilicet semper facilior imitatio; naturalem autem
ıstatem difficillime assequare.

Quod ad descriptionem et oeconomiam *huius car-*
is attinet, varie ea quidem potest institui, semper
en spectandum hoc, ut ea potissimum ratio ac via
tur, qua legentium animis maxima voluptas affer-
ossit; cuius quidem rei eo diligentior ratio habenda
quod huius carminis simplicitas et humilitas inter-
n in exilitatem abire, lenis et mollis tenor languere
t. Raro igitur poëta narrantis aut describentis
tes suscipit, nisi ille in argumento admodum suavi
copioso ac florido versetur; sed convertit *fere* rem
drama et actionem, *ipsosque pastores colloquentes*

ac narrantes inducit, ut res non narrari potius, sed geri, ac lectoris oculis subiici, et ipse inter silvas errare, in umbra arboris assidere, cantantes audire sibi videatur; quod non ita accipiendum, quasi omne carmen pastorale dramaticum esse debeat, ut cum Fraguerio plerique, qui hoc de carmine, nuper quoque, scripsere, existimant, verum intelligendum, hanc rationem poëtae consilio fere maxime respondere.*

Situs *ac* loci temporisque designatio, *quae cuiusque carminis argumento conveniat, uti poëtae ingeniosi non infima laus est, ita ad maiorem ex lectione suavitatem capiendam multum facit. Cuius enim animus veris ac ruris, pascuorum et armentorum suavi descriptione non vehementer delectatur? aut quis cantum pastoris multo gratiorem esse non sentit, si ille sub fagi umbra, ad rivuli murmur, in molli herba, inter gregum exsultationes, sedens otio indulgeat?*

Dicunt in tenero gramine pinguium
Custodes ovium carmina fistula,
Delectantque deum, cui pecus et nigri
Colles Arcadiae placent.**

Potest is locus interdum adeo duplex esse, ut et is designetur, in quo pastor cantet, et alter, in quo res commemorata gesta sit, ut in Ecloga decima a Virgilio factum videbimus.

Superest, ut nonnulla adiiciamus, quae ad Virgilianas Eclogas magis spectant. Iam primum, nisi alia essent, quibus Maro magni poëtae nomen mereretur, solis Bucolicis relictis vix eum in censum principum poëtarum venturum fuisse arbitror. Ingenii enim in inveniendo vix magnam habet laudem. Argumenta

* *Dissertation sur l'Eclogue par Mr. l'Abbe Fraguier, dans les Memoires de l'Academie des Inscript.* Tom. II. p. 132.

** Hor. Carmen. IV, 12, 9.

carminum, uti paulo ante vidimus, alia sunt ex Theocrito desumta et interdum ieiune satis traducta, aut e pluribus idylliorum Theocriteorum locis coagmentata, ut tertia et septima Ecloga; alia bucolicae naturae non sunt, sed tantum ad bucolicorum morem tractata, ut prima, quarta, sexta, nona et decima. Sententiae autem et verba magnam partem ex Theocrito sunt conversa, alia sunt a bucolici carminis natura aliena. Quis pastorem ferat decantantem illa: Ante, pererratis amborum finibus, exsul Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim (*I*, 62. 63.)? *et illa, quae sequuntur:* At nos hinc alii sitientis ibimus Afros, Pars Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem. *Quod infames mores pastorum vel uno loco expressit (Ecl. III pr.), erat quod vix ab eius urbanitate expectares. In nimia et servili paene Theocriti hoc imitatione mirationem facere potest, metrum bucolicum, cuius Theocritus studiosissimus fuit, plerumque neglectum esse a Marone, id quod multi notarunt; cuius rei causa potissimum in sermonis Latini indole pedumque et numerorum natura inesse videtur. In oratione vero verba agrestia et soloeca secutum esse, equidem non ausim pronuntiare. Nam diversa res est, dura nonnulla esse, quae in his Eclogis occurrunt; quae tamen corrupta potius et interpolata dixeris. Ex uno quidem illo, quod* cuium pecus *reprehensum fuisse Grammaticus narrat, vix satis tuto iudicium feras. Ceterum Virgilius ut tantam per bucolica apud populares suos laudem consequeretur, fecit inprimis rei novitas, felixque in carmine Siculo, quod ipsa sermonis Latini asperitas respuere videbatur, transferendo audacia. Nondum enim sermo ad hoc rerum genus, ad venustam hanc simplicitatem, ad hanc numerorum mollitiem expolitus erat, cum Maro primus carmen bucolicum scribere tentavit. Adde quod multa magni poëtae in his ipsis carminibus insunt vestigia, in primis doctrina copio-*

sa, orationis dignitas et elaborata limataque in plerisque elegantia.

Eclogae *quidem nomen non minus quam Idyllii Grammaticis deberi valde verisimile fit. Cum illud primo latius pateret, et ad quodvis carminis sive operis genus pertineret, quod e pluribus* delectum *esset, aut e pluribus* eiusdem formae *constaret, ut Horatii Sermones in nonnullis codicibus eodem nomine insigniri narrant viri docti, cum plura carmina minora, licet eiusdem generis, duobus libris comprehensa et collecta sint, adhaesit id nomen, e Grammaticorum doctrina, generi bucolico. Constat enim eiusmodi liber e pluribus carminibus; quae quidem ut et statuas ex aliis selecta esse, qui proprius vocabuli significatus est, minime necesse esse arbitror. Quo nomine Virgilius ea in vulgus emiserit, non constat;* Bucolicorum *tamen nomen verius et antiquius est. Poëtam ipsum, postquam singula ea carmina vulgaverat, uno volumine cuncta esse complexum, probabile est, cum Tityrus in initio Bucolicorum constitutus fuisse feratur iam inter Maronis aequales:* Tityrus et fruges Aeneïaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit; *ipseque Maro Ecl. X. pr. finem Bucolicis se imponere velle profiteatur.*

De tempore *et* ordine Eclogarum *ad Vitam Virgilii, maxime ad a. 717, satis copiose disputatum esse arbitramur. Monenda sunt pauca de* allegoria *Eclogarum Virgilii, in qua dici non potest, quam vanam et inanem operam a Servio inde viri docti posuerint. Et Servius quidem, cum minima commentariorum pars antiquo illi Servio debeatur, tot tamque variis et ab omni historiae fide alienis commentis et nugis consarcinatus est, ut unicuique argutias captanti magna satis copia materiae ad manum sit. Catroeus autem, cuius vanitatem ut feras, magna animi acquitate et*

patientia opus est, quasi in Romanensi fabula versaretur, adeo multa nova et tam confidenter mentitus magis, quam commentus est, ut interdum, quorsum evasura res sit, plane haereas. Verum ex reliquis etiam interpretibus, qui maiore cum pudore, iudicii acumine et veritate Eclogas enarrarunt, vix quisquam est, qui ab eo morbo intactus manserit. Adeo confuderunt viri docti et nomen et naturam allegoriae, quae eo continetur, ut cum sensa animi propriis verbis eloqui aut nolis aut nequeas, ea studiose aliis signis reddas, ita tamen, ut tecte indices, non proprie ea dicta esse accipienda, sed in alium sensum interpretanda: quae ratio utique diversa est ab ea, ex qua poëtica phantasmata a simili aliquo rerum genere petuntur, aut novitatis caussa ex aliquo genere in aliud transferuntur. Quod si in nonnullis, ut in I. IX. X. allegoriae locus relinquendus est, eius tamen natura eiusmodi est, ut poëta universam tantum rem *fabula arcessita involvisse,* singulas *vero* partes proprie *tractasse, suisque ornamentis honestasse videatur. Nihil itaque nec odiosius, nec a rei ratione magis alienum, quam singulas sententias ad allegoriae subtilitatem revocare velle*. Sufficit v. c. in prima Virgilii Ecloga tenere, communem omnium temporum opinionem esse, Virgilium partim ad suam partim ad Mantuanorum fortunam respexisse, et Augusto pro redditis agris gratias agere voluisse. Sed ea, quae de Tityro memorantur, singula anxie cum Virgilii persona comparare, id quam putidum sit, quis non sentiat? Appellat se ipse Tityrum Ecl. VI, 4. Sed ad eundemne versum 55 Ecl. VIII referas? Quid*

* Recte, quisquis ille est, Grammaticus in attextis Vitae Virgil. §. 99. *Illud tenendum esse praedicimus, in Bucolicis Virgilii neque nusquam neque ubique aliud figurate dici* etc. et in Servianis ad Ecl. III, 20. *Refutandae sunt allegoriae in bucolico carmine, nisi cum, ut supra diximus* (ad Ecl. I, 1.), *ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt.*

IX, 23? plerosque tamen interpretum multos in eo esse videas. Non quidem illos, quo se tueantur, habere nego. Fecit idem hoc antiquitas. Sed omnino huius generis bucolicorum carminum ratio et natura melius intelligi poterit, si ea memineris, quae paullo ante de eo genere disputabamus, quo res e praesenti vita sumta maioris suavitatis caussa pastoritiae fabulae iucunditate et ornamentis, ex ea vita petitis, commendatur. Quod consilium recte si teneas, non erit, quod in singulis sollicite et anxie labores.

P. VIRGILII MARONIS
BUCOLICON
LIBER.

ECLOGA I. TITYRUS.

ARGUMENTUM.

Meliboeus, agris suis exutus, dum patria extorris capellarum gregem ante se agit, in Tityrum incidit; quem cum in communi calamitate summa securitate et otio frui videret, miratus hominis sortem, cui acceptam eam ferat, rogat. Narrat Tityrus, v. 20 sq., quomodo et a quo agros suos gregesque salvos recuperaverit: se, aetate iam provectum, libertatis consequendae causa Romam profectum, a domino obtinuisse, ut gregem libere ac tranquille pascere posset. Putandus igitur est Tityrus esse unus ex pastoribus servis in fundo a domino habitis. cf. ad v. 28. Interea alter de malis ac molestiis migrationis suae conqueritur: v. 47 sq. Subsistit dialogus in eo, ut Tityrus miserum exsulem in tugurio suo pernoctare iubeat.

Atque hoc quidem verum ac proprium carminis argumentum; quod quantum a natura carminis pastoritii proprie dicti absit, facile apparet, et quale novum genus constituat, in disputatione de Bucolicis Virgilianis expositum est. Sed communis omnium temporum opinio, veterum grammaticorum fide firmata, obtinuit, Eclogae huius rationem ad illa tempora et Virgilii fortunam accomodatam esse, eoque anno (U. C. 713) illam scriptam esse, quo Triumvirorum pactione decreta nefanda illa agrorum inter veteranos divisio ab Octaviano facta est; de qua v. Appian. Civil. lib. IV, 3.

(T. 2. p. 534. ed. Schw.): Dio XLVII, 14. *Inter eos, quorum agri assignati sunt veteranis, fuere Cremonenses, qui et ipsi Cassii Brutique partes sequuti fuerant. v. Serv. ad Ecl. IX, 28. Quorum agri cum pro militum immissorum numero nimis angusti essent, vicinos Mantuanorum agros additos esse narrant. Inter Mantuanos, qui hanc iniuriae indignitatem subirent, Virgilium fuisse tradunt; eum tamen, sive suo sive Asinii Pollionis consilio, Romam profectum ab Augusto obtinuisse, ut agri sibi restituerentur; qua de re vid. Vitam Virg. a. 713; ut adeo sub Tityri persona suam fortunam poëta adumbraverit. Atque ea iam veterum opinio fuit. v. Nemesian. Ecl. II, 82: Calpurn. IV, 162: Sidon. lib. I. epist. 5; ut Quinctilianum taceam. Quae res bene se habere potest, modo ne allegoria ad omnes versus et verba singula circumferatur.*

Locus autem, in quo pastores confabulantur, est ad umbrosam fagum in loco arboribus consito, sub qua Tityrus recubans pastoritio cantu otium consumit, dum gregem errantem prospicit. Versu tamen 52—59 accuratius describitur loci prospectus. Ad tanto maiorem rei iucunditatem facit contraria alterius pastoris fortuna miserabilis, qua nihil disertius ad Tityri felicitatem illustrandam commemorari potuisset. H.

Virgilius Octaviano, qui fundum, quem ille in agro Andino habebat, intactum servaturum se esse promiserat, gratum hoc carmine pro tanta, qua sibi, dum vicini misere possessionibus suis exturbarentur, frui liceret felicitate, animum testificari, et iuvenis fidem obstringere voluisse mihi videtur. Quem animi affectum Tityro, olim servo, eodem ferme tempore, quo haec a Caesare erant promissa, manumisso, duplici tum laetitia percepta, et ex libertate donata et ex agro herili servato, exsultanti urbane tribuisse, carmineque pastoritio, quale genus tum ille tractabat, apte exposuisse, nemo facile negabit. Hinc apparet, cur Tityrus magis de agro servato, quam de libertate accepta laetetur; et cur v. 10. illam statim beneficii partem praedicet: Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti. *Animus enim curis rerum necessariarum vexatus ad carmina incalescere nequit. Egre-*

ecinit *Iuvenalis VII*, 69. Nam si Virgilio puer et abile desit Hospitium, caderent omnes de crinibus i: Surda nihil gemeret grave buccina. *Distinguas velim dominum Tityri, Virgilium, et agri servati au- n, Octavianum. Carmen auctumno anni* 713. *scriptum ex versibus* 72. *et* 81. *probabiliter collegit H. Vos- W.*

MELIBOEUS. TITYRUS.

MELIBOEUS.

re, tu patulae recubans sub tegmine fagi
strem tenui Musam meditaris avena:
patriae finis et dulcia linquimus arva;
patriam fugimus: tu, Tityre, lentus in umbra
iosam resonare doces Amaryllida silvas.

TITYRUS.

eliboee, deus nobis haec otia fecit.
que erit ille mihi semper deus; illius aram
e tener nostris ab ovilibus inbuet agnus.

Meliboeum puta gregem ante ndo accedere ad Tityrum, *lov*, qui boves pascebat, — Tityrum *silvestrem Mu-* carmen pastoritium, (per enim aestate greges pas- tali, cf. Ecl. VI, 2. Et Lu- s IV, 593. *Silvestrem Musam W.*) *meditari*, exercere, v, h. e. cantui eum vacare, ere sit, et quidem *tenui* , ut culmus pro fistula sit. . III, 27. Ornat epitheton , ex natura culmi petitum, carminis indole. *H.* cf. VI, 8. *tem tenui meditabor arun- Musam.* Versus primus Ge. IV, 566. obversatus . — 4 *Fugit*, φεύγει, is, pellitur et exsulat, ut h. l. deus; *lentus*, otiosus et se- *H. Amaryllida*, bonam ternalem Tityri, amore commodis sedulo prospi- m. *W.*

6—10 *Deus*, dominus Tityri, quem Romae adierat, quemque infra v. 43. *iuvenem* appellat. Caesarem Octavianum, Divi Iulii filium, agri Virgiliani servati auctorem declarari inter interpretes constat. cf. v. 42. sq. Quem, *deum* sibi beneficiis, ex usu vocis apud Veteres, pro Lare culturum se esse profitetur Tityrus. *H.* Differre autem dominum Tityri et beneficii auctorem, *deum*, in Argumento videas notatum. *Nostris* decere libertum vel servientem, ut v. 47. *tua rura* h. e. rur. heri, et IX, 11., observavit H. Vossius. *W.* Per *otia* intelligit securitatem inter tantas turbas et tumultus bellicos. — 7 Observa poëticam orationem pro: *ei sacrificabo*, sollemnem tamen, ut apud Theocr. Epigr. I, 5. — Mox 8 *agnus ab ovilibus*, pro agno ovilis seu gregis. *H.* Legitima fere dicendi ratio; Tibull. II, 1,

Ille meas errare boves, ut cernis, et ipsum
Ludere, quae vellem, calamo permisit agresti.

MELIBOEUS.

Non equidem invideo; miror magis: undique toti
Usque adeo turbatur agris. En, ipse capellas
Protenus aeger ago; hanc etiam vix, Tityre, duc
Hic inter densas corulos modo namque gemellos,
Spem gregis, ah! silice in nuda connixa reliquit.
Saepe malum hoc nobis, si mens non laeva fuisse
De caelo tactas memini praedicere quercus.
Saepe sinistra cava praedixit ab ilice cornix.
Sed tamen, iste deus qui sit, da, Tityre, nobis.

57. *a pleno memorabile munus ovili. W.* — 9 *ipsum* me *ludere permisit.* Quando enim de grege agitur, *ipse* de pastore est accipiendum, vi relationis. Simplicius hoc et pastore dignius, quam ut coniungatur *ipsum ludere*, ipsum lusum. *Ludere* non est scribere, sed animi causa cantare, dictum de omni re non gravi et operosa, ac de carmine tenui infr. Ecl. VI, 1. *Prima Syracosio dignata est ludere versu.*

11 *magis* pro potius. — *undique totis.* In prosa per *nam* vel *cum* efferendum erat: nam valde turbatur. *H.* Vocabulis *adeo, tantus, talis, is* pro tantus, similibus periodos duas ita coniunctas saepe videbis, ut *nam* commode omittatur. Sed illa tum vocabula plerumque in initio periodi, priori annexae, collocari, hoc autem loco verba *usque adeo* in principium v. 12. poetarum more reiecta esse, ut *nimirum* apud Iuv. VII, 78. et *scilicet* apud eundem VII, 159. notabis. *W.* Non tam invideo, quam potius miror, te tam tuto et tranquille agere, cum tantae undique in nostris agris turbae et calamitates exortae sint, quandoquidem immissi in nostras possessiones veterani nostros agros occupant, nosque depellunt. — 12 *Ipse* iectus paternis bonis, affecto quamvis corpore (nisi *aeger* pro *aegre* accipias), ago capella hinc migro etc. *H. aeger*, maesto. Oppositum hoc tranquillo et laeto. *W.* — v. 13. *Protenus*, porro tenu a finibus, Servius ait. Sim accipiendum pro *ante se* προάγειν, opp. verbis *vagari*, quod fit, dum p causa aguntur; at hic abi Unam vero *ducit*, fune tr 15 *connixa reliquit*, quod gari *enixa est. reliquit* n etiam miserationem exci *silice in nuda*, non sub herbis. Ge. III, 297. *Edico multa duram stipula fili maniplis Sternere subter*

16 Bene haec de oste iecto, arboribus frequent mine tactis, ad superstitio lium hominum dicuntur, c versi aliquid iis accidit. *mens*, stupida, tarda. Hor 3o1. *O ego laevus* etc. — ede, dic, edissere, ut *accip* Aen. II, 65. *H.* Conf. Cic. 3, 10. *Sed da mihi nunc probas? W.* Notent in i sequuntur, tirones longas tionis ambages pastoris tiae non male convenient rare volebat ac debebat bertatis petendae causa venisse et cum hac illud a domino impetrasse, ut tuto pascere posset: vs. Versum 18. ex IX, 15. mal

TITYRUS.

Urbem, quam dicunt Romam, Meliboee, putavi
Stultus ego huic nostrae similem, quo saepe solemus
Pastores ovium teneros depellere fetus.
Sic canibus catulos similis, sic matribus haedos
Noram; sic parvis componere magna solebam.
Verum haec tantum alias inter caput extulit urbis,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

MELIBOEUS.

Et quae tanta fuit Romam tibi caussa videndi?

TITYRUS.

Libertas; quae, sera, tamen respexit inertem,
Candidior postquam tondenti barba cadebat;

illum esse, inter interpretes constat. *W.*

21 *huic nostrae*, Mantuae, *quo saepe solemus Pastores ovium depellere fetus*, h. agnos in urbem agere. *H.* H. Vossius praepositione *de* vicum *Andes* alte situm notari, cf. IX, 7. observavit. *W.* — 26 *Viburna* sunt fruticis s. virgulti genus omne flexile et lentum, sepibus viendis, seu ligandis fasciculis, utile. Adhaesit nomen certo generi, quod vulgo appellatur *Waldrebe, Kleinmehlbaum. H. Schlingbaum* apud H. Vossium dicitur. *W.*

28 *Libertas*, h. libertatis obtinendae spes ac desiderium. Verba nullum alium sensum suppeditant, quam hunc: Tityrus intelligendus est fuisse aliquis ex servis, quorum Romani tantum numerum in fundis suis et agris habebant, quibus sive agrorum sive pecudum cura mandata erat. Hoc pastorum genus isto tempore, quo latifundiis occupata erat (v. Colum. praef. Plin. XVIII, 3. s. 4.) Italia, frequentissimum erat. Ipsi villici erant servi aut libertini. Virgilius itaque modo ipsos gregum dominos induxit loquentes, modo servos. In hac Ecloga Meliboeus sui iuris homo est, ut ex v. 68. patet. Alter Meliboeus Ecl. VII, 14. duas servas habet. Poterant tamen et ipsi servi alios servos ac servas in peculio habere. Servilis conditionis pastor est Corydon Ecl. II, 1. Hi homines, si peculium sibi satis magnum parassent, pretio dominis soluto in libertatem se vindicare poterant. Tityrus, qui per multos annos, dum Galateae amori indulgebat, peculii parum diligentem rationem habuerat, senex factus, cum Amaryllidem, quae frugalior et parcior erat, amicam haberet, ut libertatem sibi compararet, Romam ad herum suum profectus est. Iam de libertate, quam obtinuit, 28. 29. 30. meminit; facilitatem simul heri et humanitatem maximam expertum esse se significat, in primisque illud obtinuisse sit v. 46, ut tuto ac libere greges suos pascere posset. — *quae, sera, tamen r.* quae, quamquam sero, tamen aliquando mihi contigit, ut v. 30 repetitur. *Respicere* de libertate, ut proprie *Fortuna respiciens. H.* Versu 29. *Candidior — cadebat* pro vulgari: postquam candidior mihi barba erat, in senectute demum. Similiter Iuvenalis sensum: *olim tonsor meus* expressit I, 25. *quo tondente gravis iuveni mihi barba sonabat. W.*

Respexit tamen, et longo post tempore venit,
Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque, fatebor enim, dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.
Quamvis multa meis exiret victima saeptis,
Pinguis et ingratae premeretur caseus urbi,
Non umquam gravis aere domum mihi dextra redibat.

MELIBOEUS.

Mirabar, quid maesta deos, Amarylli, vocares,
Cui pendere sua patereris in arbore poma;
Tityrus hinc aberat. Ipsae te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa haec arbusta vocabant.

TITYRUS.

Quid facerem? neque servitio me exire licebat,
Nec tam praesentis alibi cognoscere divos.
Hic illum vidi iuvenem, Meliboee, quot annis

30 *Respexit tamen, et longo post tempore venit.* Singula ad declarandum tempus, quo libertatem obtinuit, valere debent. Contigit tamen, inquam, libertas, et sero admodum mihi data est, ex quo tempore, a Galatea relictus, in Amaryllidis, conservae, contubernio sum. *longo post tempore*, ut v. 68. Sic *tanto post* Ge. III, 476; et poëta adeo iunxit paullo durius: *longo tempore post, postquam habet.* Fatendum tamen, insidere his nescio quid invenusti et incomti; quamquam et alia nonnulla in hoc primo carmine paullo ieiunius dicta videri possunt.

34. 35 Quamvis iuvencus unus et alter ex meis armentis venderetur in urbe Mantua, aut eo deportarentur a me casei. cf. Ge. III, 400 – 403. — 35 *ingratae*, quod nihil inde argenti referret, v. sq. *H.* Scilicet ornatum muliebrem pro pecunia referre ille coactus erat. *W.* Ad v. 36. compara Moret. 81. *domum – gravis aere redibat;* et Catull. XX, 12. 13.

37 Nunc in animum revocat maerorem Amaryllidis, cuius causam ignorabat tunc Meliboeus, nunc facile assequitur. *H. Tityrus h. a.* plene: iam intelligo, cur deos vocaverit Amaryllis, Tityrus hinc aberat. *W.* 39 *Ipsae te, T.* bucolici carminis nota figura, (Theocr. IV, 12.) ab hoc tamen loco, si recte iudico, aliena. *H.* H. Vossius statuit, omnia resonasse vocibus desiderio absentiae moerentis Amaryllidis; cui interpretationi favent verba Propertii I, 18. f. *Sed qualiscunque es, resonent mihi* Cynthia *silvae, Nec deserta tuo nomine saxa vacent. W.*

41 *Quid facerem?* necessario mihi Romam proficiscendum erat, nulla Amaryllidis querelarum ratione habita, cum alibi neque libertatem consequi, neque tam *praesentes*, h. propitios, faventes deos, tam praesens eorum beneficium, experiri possem.

43 Hac in urbe *illum iuvenem* (ut Ge. I, 500 et Horat. Sat. II, 5, 62.), vidi, tam munificum et lenem, ut ei menstruis sacris litare, eum pro deo colere decreverim. Dicta haec

Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Pascite, ut ante, boves, pueri, submittite tauros.

MELIBOEUS.

Fortunate senex, ergo tua rura manebunt!
Et tibi magna satis, quamvis lapis omnia nudus
Limosoque palus obducat pascua iunco.
Non insueta gravis tentabunt pabula fetas,
Nec mala vicini pecoris contagia laedent.
Fortunate senex, hic inter flumina nota

esse respectu ad Caesarem Octavianum habito, dubitari vix potest. — *fumant* pro fumabunt. *H. Bis senos d.* h. e. singulis mensibus; ei, ut Lari, menstrua tura reddit. cf. Tibull. I, 3. 54. *W.* 45 Hic primum tuli responsum illud, h. facultas nobis data est, ut nos pueri, vernae, servi, libere pasceremus et tauros submitteremus. *H.* Si verum est, quod in Argumenti fine monui, res ita cogitanda: Virgilium, herum, voluntatem *iuvenis*, Octaviani, erga se benignam de agro servando tum aperuisse. *W.* — *Submittere* est alere ad gregem supplendum; nam subiunguntur reliquis et aggregantur, quibus grex suppletur. Ge. III, 73. 159.

47 *Ergo tua rura manebunt* tibi, non eripientur, *et* ea quidem *satis magna*, ad pascendum gregem. Quae sequuntur, cum varie iungi et exponi possint, post alia tentata ita interpungere, ut fecimus, et intelligere visum est: retinebis agros tuos, qui ad pascendum tibi sufficere possunt, quamvis aliorum agri, neglecta ex longa calamitate cultura, saxosi et palustres sint; namque a clivo inde collis usque ad fl. Mincium, cuius et stagnatione et frequenti exundatione paludes exoriri poterant, pertinuisse videntur Virgilii agri, ad quos respexit h. l. v. Ecl. IX, 7. VII, 12. Ge. III, 14. 15. II, 198. 199. Aen. X, 205. 206. *H.* Sed malim cum H. Vossio verba: *quamvis - iunco* pro descriptione agri Virgiliani habere, eo in deterius exhibita, ut Virgilii animus paucis contentus declararetur. Tum *lapis nudus* in collibus, *pascua limoso iunco obducta* prope Mincium ibi stagnantem quaerenda. *W.* — 50 Meliboeus pergit comparare suam fortunam: cum, inquit, a meis agris discedendum mihi sit, neque ex partu malé affectas capellas conveniente pabulo reficere, neque, dum mihi illae, qua fors dabit, agendae sunt, satis cavere iis possum, ne in greges contagio, quod *malum*, h. e. noxium, dicitur, tactos, aut in infecta saepta incidant. Sic etiam in sqq. istius sortem cum sua comparat. *H.* Felicitatem Tityri a Meliboeo respectu malae, quae se maneret, fortunae habito, praedicari, ingenii humani proprium est. *W.*

50 *Graves-fetas*, dixit, ut *fetas* intelligas enixas, partu liberatas, ut saepe. *Graves* h. aegras e partu. *Tentare* de morbis proprie.

52 *Flumina nota* aut sunt Mincius et Padus; aut, quod alii statuunt, rivi campestres. *H.* Posterius praetulit H. Vossius coll. V, 84. Ge. IV, 54. *W.* Mincius, ex lacu Benaco ubi processit, non longe a Mantua lacum facit quinque mille passuum, mox aliquantum progressus Pado se iungit. Iucundus vero ille tractus et bonus pascuis. v. Ge. II, 198. 199. —

Et fontis sacros frigus captabis opàcum.
Hinc tibi, quae semper vicino ab limite saepes
Hyblaeis apibus florem depasta salicti,
Saepe levi somnum suadebit inire susurro:
Hinc alta sub rupe canet frondator ad auras;
Nec tamen interea raucae, tua cura, palumbes,
Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

TITYRUS.

Ante leves ergo pascentur in aethere cervi,
Et freta destituent nudos in litore piscis;
Ante, pererratis amborum finibus, exsul

53 *Frigus opacum* est frigus loci opaci, nemoris umbrae. Ecl. II, 8.

54 Hoc loco, uti nunc est, expedire se non adeo facile est; si enim iungas, *quae saepes tibi semper a vicino limite*, habet *quae* verbum suum, et durum est subintelligi *est*; *semper* autem ieiunum est, quamcunque rationem inieris. Constans tamen librorum est lectio: *semper*. Praestat saltem cum Burmanno verba in commodum ordinem redigere hoc modo: *Hinc saepes a limite vicino*, h. qua parte limes est, agrum vicinum a tuo distermi-nans, *quae semper depasta* (est) *florem salicti*, h. cuius salices, e quibus saepes structa est (cf. Ge. II, 434—436), semper depascuntur ab *apibus*, quas *Hyblaeas* vocat a monte Siciliae epitheto ducto, *suadebit saepe tibi susurro levi* (καλὸν βομβεῖν dixit Theocr. I, 107) apum, *inire somnum*. Nisi Virgilium scripsisse dicamus: *frigus captabis opacum*, *Hic, tibi qua semper v.*, hoc sensu: *hic frigus captabis opacum*, *hic in-quam, qua saepes semper depasta ab apibus suadebit susurro inire somnum*, h. qua apes susurro suo ad somnum te invitabunt. Versum 55. expressit Auson. Ep. 25, 12. *Hyblaeis apibus saepes depasta susurrat*. *Il*. Difficultatem, quae in verbo *semper* remorata est interpretes, nullam esse, coll. III, 62. VII, 50, monuit H. Vossius. *Sem-per* enim significat quoque: ties tempus aliquod certu currit, cf. Aen. V, 49. vel o aliqua datur. *depasta* sc. es pascitur. Verbum substantivi omitti, idem ille coll. Ecl. 24. Ge. IV, 89. docuit. *H*

57 *Frondator*, qui vites tat et vitium folia stringit, pit. v. Ge. II, 365 sqq. 400 410: Ecl. II, 70: IX, 6 H. Vossius de arbustorum fr tione, mense Augusto facta Ge. II, 400, hunc locum a Et tum *gemere* palumbos bantes Plin. XVIII. c. 28. refe — *ad auras*, uti de *clamore in auras*, *tolli ad aethera sub rupe*, h. in rupe. v. Bu Ovid. Met. I. 689. Mox v. mere turturum ac colum proprium; et *aëria ab ulm* petuo arborum altarum epit

60 *Ante leves ergo* cet. dicat: recte utique haec mea enumeras, Meliboee, et terea *grato per totam vit patronum meum ero anim scentur in aethere cervi*, p labunt, *et maria destituent nudos* dixit. — 62 *Pererrati borum finibus*, cum alter i rius sedes pervenerit; h. Parthorum natio migrabit i maniam, et Germani sedes rum occupabunt; quod, nisi et subactis Romanis, fieri n terat. — *Exsul* hic non urge

ırarim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
n nostro illius labatur pectore voltus.

MELIBOEUS.

s hinc alii sitientis ibimus Afros,
Scythiam et rapidum Cretae veniemus Oaxem,
nitus toto divisos orbe Britannos.
mquam patrios longo post tempore finis,
eris et tuguri congestum cespite culmen,
aliquot, mea regna, videns mirabor aristas?

apud poëtas, qui ad alienas proficiscitur, ut Φυγεῖν diqui discedit. *H. exsul*, qui atriae mutato vivit; proprie s est Virgilius. *W.* — *Ararim P.* Reprehendunc nomina, tanquam aliena orum memoria, nimisque petita. Recessit tamen omirgilius ab antiqua simplici- moribus, quos pastoribus . — Porro *Germania* et sibi respondere debebant; tem Galliae fluvius est, qui danum se immittit. Verum s Gallos et Germanos vulermone fere confundi satis t. Et fit hoc eadem fere raqua Tigris, qui Parthorum acit, Parthorum fluvius apr.

go expulsus rura mea numadspiciam. *W.* — *Ibimus* durius elisum *in*, sed ad num Homeri morem. — *rs*, pro alii-alii. *H. At nosrs* usitata et pedestribus ribus compositio pro: noalii-pars: cf. Caes. B. G. Liv. XXIV. 20. Ita Graeque loquuntur. *W.* — 66 *m Cretae veniemus Oaxem.* Cretae fl. nemini memo- praeter Vibium Sequestrem, e ex hoc ipso loco; de urmen Cretae, *Oaxo*, non dur, neque illud ignotum, m *Oeaxida* dictam esse. v. on. I, 1131. Mirantur porgaciores, cur tam obscuri nis fluvius h. l. a pastore notur. neque illud satis assequuntur, quomodo post Africam et Scythiam, cum remotissimorum finium terra exspectaretur, *Cretae* mentio facta sit. Fuere, qui *Araxem* reponi mallent. Manet tamen alterum, quod pastores agro Mantuano eiecti de Africa, Scythia, Creta et Britannia adeunda cogitant. Excusemus poëtam, quem pastorum personas male tuentem defendere equidem non suscipiam; concedamus quoque, fluvium huius nominis in insula Creta fuisse; cuius mentionem hic fieri, minus mirabitur qui, uti *Afros*, seu Libyas et *Scythas*, sic insulas ab Italia remotas *Cretam* et *Britanniam* sibi opponi, observet. Fortasse etiam intercidit poëta aliquis antiquior, quem Virgilius ante oculos habuit; id quod mihi verisimillimum videtur. Exstiterunt etiam, (inque iis H. Vossius *W.*) qui *Oaxen* pro Oxo, qui ab Oriente in mare Caspium influit, positum esse opinarentur, ut *Oarion* pro *Orion* dicitur; tum *rapidum cretae* (ita scribunt), ad analogiam verbi *rapax*, esse lutulentum. Curtium enim VII, 10, 13. referre: Oxus, *quia limum vehit, turbidus semper est.*

70 Vulgo *aristas* de annis exponi notum est. Enimvero *mea regna* subiiciuntur *patriis finibus* v. 68 ac *tugurio* v. 69, et eosdem agros et possessiones miseri Meliboei eleganter denotant; haec itaque videns *post*, posthac, ex v. 68, *longo post tempore*, (Ita Ge. II, 259—61. *multo ante-et-ante W.*) h. quando eos aliquando iterum

Impius haec tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? en, quo discordia civis
Produxit miseros! en, quis consevimus agros!
Insere nunc, Meliboee, piros, pone ordine vitis
Ite meae, felix quondam pecus, ite capellae.
Non ego vos posthac, viridi proiectus in antro,
Dumosa pendere procul de rupe videbo;
Carmina nulla canam; non, me pascente, capellae
Florentem cytisum et salices carpetis amaras.

TITYRUS.

Hic tamen hanc mecum poteras requiescere noc
Fronde super viridi. Sunt nobis mitia poma,
Castaneae molles, et pressi copia lactis;
Et iam summa procul villarum culmina fumant
Maioresque cadunt altis de montibus umbrae.

adspicere mihi continget, *rarae in illis aristae aliquot oculis occurrent? hi tam culti agri* (*novalia* dixit v. 71 omnino pro agris quibusvis; *H.* ut apud Iuv. XIV, 148. *novalia* vocantur agri aristis viridibus pleni. *W.*) *per novos suos colonos inculti neglectique iacebunt?* Sic Ge. III. 475. *Iapydis arva Timavi Nunc quo se post tanto videat, desertaque regna Pastorum et longe saltus lateque vacantis. H. congestum caespite* h. e. congesto caespite exstructum. At constructionem compara Virg. Aen. VI, 178. *sepulcrum congerere arboribus.* Pro vulgari: *aliquot aristas, mea regna*, appositio interposita, ut apud Mart. XI, 6, 1. *Si redeant veteres, ingentia nomina, patres.* Inf. 75. II, 3. cf. Obss. ad Tibull. II, 6, 15. *W.* — *En umquam* pro unquamne. cf. infr. Ecl. VIII, 7. — *Impius*, sceleratus, nefarius. — 72 *Barbarus*, Galli, aliique, qui in legionibus Roman. tam erant. — 73 *En, quis consevimus agros!* quibus, in quorum utilitatem agros coluimus! — 74 Ironice dictum accipies. Quid iuvat nunc insevisse! *Insere* h. l. aut proprie aut omnino pro: plantare dicitur cf. IX, 50. — 76 E Theoc 117. — 79 De *cytiso* II, 64.

80 ex Theocriti XI, at 82 *Castaneae molles* plicantur, ut sint *matur centes*, vel *tostae*; forta nere quodam, quod ec corticem minus durum quitur. Nascitur id in amygdalis inseruntur. I Palladio lib. XIV, 155 *amque trucem depulsis* nis *Mirari fructus la sui.* Feram tamen, ut c cum *mitibus pomis*, m maturae. *H.* H. Vossius Met. XIII, 816. *mollia* Ge. I, 341. maturas esse Octobre et Novembre At v. 80 *poteras* cave accipias. Iuv. III. 315. *poteram et plures subnec sas.* Horat. Sat. II, 1. 16. ci loquuntur. Soph. Ai. ἤθελον μέν· εἰ δὲ μή *Pressi copia lactis*, h. serum e coagulo, sive lactis parte, exprimitur *ctis* etiam *pro solidita renda ponderibus*, ut loquitur, *eliquatur.* — — non ingruit. cf. Ecl.

ECLOGA II. ALEXIS.

ARGUMENTUM.

orydon pastor, Alexidis pueri, qui Iolae cuiusdam v. 52. iasius erat, insano amore quum fureret, miserum animi sui ectum hoc carmine exponit. Ut puerum alliciat, memorat vias suas et opes rusticas v. 20., peritiam canendi v. 23., is speciem v. 25.; promittit suam se illi, si secum viveret, tem canendi cum fistula egregia impertiturum v. 34.; tum o capreolos v. 40.; denique corollas florum cum pomis 45. Accedunt laudes vitae rusticae v. 60. Postremo nen amoris sui insaniam ipse damnat.

Corydon, ut ex v. 21. colligitur, est homo sui iuris, stor gregis sui; proclivis ad amores v. 14. 15. 52. — ocus, in quo animi cruciatus ille mitigat, convenientissime scribitur v. 3—5. Amant amantes solitudines silvarum; quas aestu diei medii ferventissimo ille se confert v. 12. — culi in hac Eeloga pastores induci videntur v. 21. Hoc imadverso, et quod cum Theocrito, ex cuius Idyll. XI. XIII. et III. pleraque expressa sunt, hoc carmine certasse letur Virgilius, satis argutiae allegoricae concidunt, quas ic quoque Eclogae intulerunt interpretes. Ceterum quam- am egregio cum artificio aestum et furorem amoris, quo rydon in Alexin misere exarserat, expressum esse fateris, heocritea tamen, si cum his compares, multo dulciora esse, e infitiari poteris.

ormosum pastor Corydon ardebat Alexin,
elicias domini, nec, quid speraret, habebat.
antum inter densas, umbrosa cacumina, fagos
ssidue veniebat; ibi haec incondida solus

v. 1. *ardebat Alexin*, ut Horat. d. III, 9. *aliam arsisti*, et Prop. 15, 23. *amor Herculis flagrans eben.* Quam ad analogiam Catull. 12. *deperire aliquem amore* xit. Simile exordium carminis heocritei XXIII. — *nec habe- t* h. e. omni spe illius amore ptiandi destitutus erat. Oppositum est his *tantum* v. 3. de positura verborum vid. Ecl. 1, 70. *W.*

4. 5 v. Theocr. XI, 17. 18. *iactabat*, ut *verba, voces iacere.* cf. Ecl. V, 62; Nunc silvis in montibus conqueritur spretum amorem. *H.* Probi dativi *Mont. et silv.* sola natura eius querelas audiebat. Ita

Montibus et silvis studio iactabat inani:
O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas?
Nil nostri miserere? Mori me denique coges.
Nunc etiam pecudes umbras et frigora captant;
Nunc viridis etiam occultant spineta lacertos;
Thestylis et rapido fessis messoribus aestu
Allia serpyllumque herbas contundit olentis:
At mecum raucis, tua dum vestigia lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis.
Nonne fuit satius, tristes Amaryllidis iras
Atque superba pati fastidia? nonne Menalcan,
Quamvis ille niger, quamvis tu candidus esses?
O formose puer, nimium ne crede colori;
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur:

flere cum dativo Tibull. 3, 6, 40. — *stud. inani*, frustra. *W.*

Versus 7 ex Theocr. III, 9 ductus. — 8 *Nunc etiam p.*, sub calidiore sole greges hoc ex more facere puts. cf. Ge. III, 327 sqq. — 9 Ex Theocr. ductum VII, 22. — 10 *rapido aestu*, h. vehemente, magno, quia *sol rapidus* dicitur, ducto vocabulo ab iis, qui *rapido cursu*, h. magno et incitato, feruntur. — 11 *olentes*. ornat epitheton a natura rei ductum, nec definitur, bene an male, modo graviter ac valde olentes. *H.* Cum pastor loquatur, *olens* absolute positum est gratum odorem habens, ut *pascua olentia*. Ovid. Art. I, 95. et *redolentia mala* Metam. VIII, 675. *W. Allia* vero *serpyllumque*, θρύλλον, memorantur simpliciter, quia talium hominum in illis terris quotidianus cibus erant. Simile edulium esse videtur *moreto*, quod carmine descriptum habemus. *Serpyllum* est nostrum *Quendel, Feldkümmel, wilder Thymian*. — 12 *Arbusta resonant cicadis mecum*, h. cicadis stridentibus et me simul cantante. Sic *mecum* Ge. I, 41. *Ignarosque viae mecum miseratus agrestes*, mecum, qui et ipse eos miseror. Ge. II, 8. *musto tingue novo mecum crura*, mecum, qui et ipse tingo, calco uvas. Aen. I. 675. *Sed magno Aeneae mecum teneatur amore*, ut ego illius amore teneor. Sic quoque accipiendum erat Aen. IV, 115. *Mecum erit iste labor;* erit tibi labor hic una mecum; me una tecum allaborante. Apertior ratio est in aliis: ut inf. 31. *Mecum una in silvis imitabere Pana canendo*. Sicque centena. Invertisse poëta putandus est id, quod vulgo erat: *canto, cicadis adstrepentibus: cicadae cantant mecum: arbusta resonant cicadis mecum h. e. me cantante. H.* H. Vossius *mecum* h. e. apud me —— vide Phaedr. II, 5. ext. et Plautinum *oro tecum, ora mecum* —— circa me, ad verba *tua lustro* traxit, Corydonem per arbusta euntem cecinisse negans. *W.*

15 *nonne Menalcan?* nonne pati satius erat Menalcae fastidia? quod v. sq. confirmatur. Puta autem illum fuisse puerum superbum a Corydone amatum, *Amaryllidem* vero amicam, cf. v. 52. — 17 *ne crede*, confide formae. — 18 *vaccinia nigra* esse eundem florem cum hyacinthis ferrugineo colore, (*Rittersporn* H. Vossius appellat. *W.*) satis convenit inter viros doctos. cf. inf. v. 50: X, 39: coll. Theocr. Idyll. X, 28. Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντί, καὶ ἃ γραπτὰ ὑάκινθος· Ἀλλ' ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέ-

ctus tibi sum, nec, qui sim, quaeris, Alexi;
i dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
meae Siculis errant in montibus agnae;
iihi non aestate novum, non frigore defit.
, quae solitus, si quando armenta vocabat,
iion Dircaeus in Actaeo Aracyntho.
im adeo informis: nuper me in litore vidi,
i placidum ventis staret mare; non ego Daphnin,
: te, metuam, si numquam fallat imago.
tum libeat mecum tibi sordida rura

. et Ge. IV, 183. *et ferrugine hyacinthos.* Sed de *liguli* taliae flore, maior dubitatio. *Rainweide, Hartriegel* red- Sufficit, hunc florem, licet m, negligi, cum hyacinthus, non aeque grati flos, ametur. Ex Theocr. III, 7.; et re- idumbrata ex Theocr. XI, — v. 21. Corydon igitur olae esse non poterat, sed sui iuris erat. — 22 *Lac on ae.* Sibi suppetere per annum vaccas ait, quae bo- actis copiam praebeant, ut ie lac recens apponi possit. *rmenta vocabat*, revocabat, llebat, ut inprimis fit ves- t domum reducat. cf. Apol- 575. — 24 *in Actaeo Ara-* . Huius nominis nobilis est Acarnaniae sive Aeto- n longe ab urbe Pleurone. on tamen in Acarnania fu- asquam legitur; et tota eius ad Boeotiam pertinet; hic *Amphion Dircaeus* a Boeotiae. Constat autem Propert. III, 15, (13,) 41. isse huius nominis montem ibus Boeotiae et Atticae, *Actaeus;* omnis enim At- *taea* dicta est, h. e. littora- *acte,* quae pro *littore* dici- Aracynthum et Boeotiae itum esse, testatur Stepha- zantinus. Probabile autem ec ex Graeco esse versa. totus versus Graece proce- μφίων Διρκαῖος ἐν Ἀκταίῃ πόῃ. Conf. Aen. III, 74. Theocr. VI, 34 sqq. *Quum placidum ventis staret mare,* h. a ventis, per ventos. cf. Ge. IV, 484. Tibull. IV, 1, 126. Explicat Seneca Quaest. nat. V. pr. *Itaque si legeris:* Cum placitum ventis staret mare, *scito illud non stare, sed leniter succuti, et dici tranquillum, quia nec huc nec illuc impetum capiat.* Ita philosophus argutatur; simulque Servius, contra hunc locum monens, mare nunquam satis tranquillum esse, ut imaginem reddat. Videtur is de alto cogitasse; nam maris facies *in litore* h. e. iuxta litus (Prop. 1, 5, 6) satis tranquilla et pellucida esse potest. Et dixerat idem Theocr. VI, 11. 12. 35. Sed ibi Polyphemus loquitur, non, ut h. l. pastor, qui melius fonte, rivo pro speculo uteretur. *II. placidum ventis staret.* Grammatica vix patitur explanationem: *a ventis.* Nam praepositio non magis hoc loco abesse potest, quam si quis Liv. 28, 19. *Hispaniae sicut a bello Punico quietae erant,* illam tollere vellet. Poëtica ratio in talibus diligenter observanda est. *Ventis* est ventis sopitis, quum venti quievere. Nam *ventis placidis sternere aequora* tribuitur, ut Aen. V, 763. Ita apud Sophoclem Aj. 674. δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἑκόλμιος φέροντα κόντον. h. e. *flatus vehementium ventorum* (sc. *cessando*) *gementem pontum sopire solet;* ubi vid. interpretes. *W.*

28 cf. Theocr. XI, 65. *sordida rura,* h. l. non in vitium dictum, sed pro vilis, pauper. — 29 *figere*

Atque humilis habitare casas, et figere cervos,
Haedorumque gregem viridi compellere hibisco!
Mecum una in silvis imitabere Pana canendo;
Pan primus calamos cera coniungere pluris
Instituit; Pan curat ovis oviumque magistros.
Nec te poeniteat calamo trivisse labellum:
Haec eadem ut sciret, quid non faciebat Amyntas?
Est mihi disparibus septem compacta cicutis
Fistula, Damoetas dono mihi quam dedit olim,
Et dixit moriens: Te nunc habet ista secundum.
Dixit Damoetas; invidit stultus Amyntas.
Praeterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die siccant ovis ubera, quos tibi servo.
Iam pridem a me illos abducere Thestylis orat;
Et faciet, quoniam sordent tibi munera nostra.
Huc ades, o formose puer: tibi lilia plenis,
Ecce, ferunt Nymphae calathis; tibi candida Naïs,

cervos, si ferae intelliguntur, telo, iaculo; Ge. I, 308. Aen. V, 516. VI, 803. Venationis tamen studium a vita pastorum alienum esse videtur. *H.* At H. Vossius, in negotiis vitae pastoritiae venationem fuisse, coll. Theocr. V, 106. 107. et inf. III, 12. 13. notavit. *W.* — 30 *hibisco*, virga hibisci, qui e malvarum agrestium genere esse creditur, Graecorum *althaea*; sed praestat cum Servio interpretari *ad hibiscum*; poëtis satis nota constructio. Est enim *hibiscus* pabuli genus et planta esculenta. Calpurn. IV, 32. *viridique famem solarer hibisco.* — v. 33. *ovium magistris* sunt pastores III, 101. Tibull. II, 5, 35.

34 *Nec te poeniteat*, pigeat, molestum videatur, aut parum te dignum. Tibull. I, 4, 47. *H. nec te poeniteat*, nec te, ut arbitror, poenitebit. Res cogitata; cf. Obss. ad Tibull. 1, 9, 63. Sensus: tu, amori meo obsecutus, artem fistula canendi, qua excelleo, a me disces. *W.* — 35 *quid non f.*, h. omnia; nihil intentatum relinquens. Nota formula. — 36 *cicutis* pro cannis. Ecl. V, 85. *H. fistula* septem calamis compacta inter meliores erat: vulgaris erat *stipula* III, 27. *W.*

40 E Theocr. XI, 40 sq. III, 34 sq. *nec tuta m. valle reperti*: commendat domum a difficultate; periculo a feris contemto, capreas has silvestres ceperat. cf. Ovid. Met. XIII, 834 sq, quo toto loco hanc Eclogam ante oculos habuit. — 41 *sparsis pellibus albo*, ut maculae fuerint albae. *H. etiam nunc spars.* propter posituram verborum iunge, et quod adultioribus mutatur color, ut Servius ait, ex albo in pallidum aut lividum. *H.* Rem confirmant venatores, capreolos rocentes sex ferme menses pelles albis maculis distinctas gerere, notantes. *W.* — 42 *die*, quotidie. Ecl. III, 34: Aen. XI, 397. — 44 *Et faciet*, id (cf. Obss. ad Tib. 1, 8, 22. *W.*) h. e. abducet; ex Theocr. III, 36. 45. v. eund. XI, 47. 56. 57.

46 *ferunt Nymphae*. Quaeras, unde reponte in vitam communem et veram inducantur deae, Nymphae et Naides. Nec tamen nimium in hoc argutandum; ita enim loqui, et deos deasque agrestes lusibus pastorum interesse dicere, genus carminis bucolici

violas et summa papavera carpens,
et florem iungit bene olentis anethi;
ia atque aliis intexens suavibus herbis,
eola pingit vaccinia caltha.
:ana legam tenera lanugine mala,
que nuces, mea quas Amaryllis amabat;
rea pruna, honos erit huic quoque pomo;
lauri, carpam, et te, proxima myrte;

ıdidi autem hi versus
Pallentes violas, sunt
lae flavae, *gelbe Vio-*
ernos flores numeran-
ov s. album violam,
ılbo sive flavo sive
ocant veteres. *Pallens*
ıvo, si corpora homi-
ıre in caeli plaga vi-
ntes, quae, cum pal-
vescunt. — *Papavera*
ıre silvestri, flore rufo,
s cum hordeo maxime
ı. XIX, 9. Ge. I, 78. —
x eo utique genere
ita appellamus. *Ane-*
m *Till*, s. *Dill*, esse
d et in nostris hortis
flavo. ἄνηθον etiam
cum rosis et violis
63.; cum malvis et
τό τ' εὐθαλὲς οὖλον
chus Idyll. III, 107. —
Plinio inter herbas ac
ısetur coronarios, et
uos circa alvearia seri
lavendulam nostram
Sed Martinus, com-
se Plinio, Dioscoride
rasto, docet, *Casiam*
neoron Graecorum, s.
lini folio, quae gra-
t. cf. ad Ge. II, 213. *H.*
ısium appellatur *Zei-*
50 *pingit vaccinia*,
ul. 142), *caltha*, flore
ris, *intexens casia at-*
rbis ea; quod doc-
quam *intexens casi-*
rbas iis. Aen. VII,
— *Mollibus intexens*
ua sertis, cf. Ecl. V,
a vulgo nostra *Rin-*
etur. De *vaccaniis* v.
ad v. 18. *Mollia*, tenera, ut Ecl. V, 38: VI, 53, et ut nostrum *sanft*. — 51 *cana — tenera lanugine mala*. mala cydonia s. cotonea, nobis *Quitten*, quae cana lana s. lanugine obduci satis constat. cf. Alcimi epigramma Anthol. Burm. T. I. n. 211. ex hoc loco expressum, Calpurn. Ecl. II, 90. 91, et Martial. X, 42, 3.; de dono ipso vid. infr. Ecl. III, 70.

52 Respicit hunc versum Ovid. Art. II, 267. 68.: III, 185. — 53 *cerea pruna*, sive flava, sive matura. *H.* Prius verum esse, demonstrat Ovidii locus Metam. XIII, 817. *Prunaque generosa, novaeque imitantia ceras*. Nos: *Wachspflaume*. *W.* Ne autem hiatus offendat, aspiratio in *honos* fortius est efferenda. Et aliquid tribuendum est caesurae. *H.* Sed etiam sic mihi hiatus, ab illo III, 6. diversus, ita displicet, ut lectionem *et honos* reduci malim. *Et-quoque* apud Ovid. Ep. XVI, 92. *Addit et ad festos hunc quoque Troia diem*. Constructio vero variata pro: *Addam cerea pruna, et hoc quoque pomum honorabo*. *W.* — 54 *proxima myrte*, quae in calatho proxima laureis frondibus ponetur; et iunguntur fere. v. Horat. Od. III, 4. 19. — *Laurus* vero non est accipienda de eo genere, quod accuratius *laurocerasus* dicitur, et versus finem saeculi XVI ex Trapezunte et Constantinopoli ad has terras allatum fuit, sed de ea lauro, quae in silvis et saepibus passim per Italiam visitur. *H.* Bene ad *agrestia dona* v. 45—55. descripta Propertii locum simili-

Sic positae quoniam suavis miscetis odores.
Rusticus es, Corydon, nec munera curat Alexis;
Nec, si muneribus certes, concedat Iolas.
Heu, heu, quid volui misero mihi? floribus Aust
Perditus et liquidis inmisi fontibus apros.
Quem fugis, ah demens? habitarunt dì quoque
Dardaniusque Paris. Pallas, quas condidit, arces
Ipsa colat, nobis placeant ante omnia silvae.
Torva leaena lupum sequitur, lupus ipse capella
Florentem cytisum sequitur lasciva capella;
Te Corydon, o Alexi; trahit sua quemque volup
Adspice, aratra iugo referunt suspensa iuvenci,

mum III, 13(11), 27—33. comparavit H. Vossius. *W.*

56 Retractat nunc dicta sua pastor. *Rusticus es*, stultus. *Iolas*, dominus pueri huius delicati. Fluctuat autem in sqq. et variis curis iactatur miseri amantis animus ad diversa abreptus. — Versum 58 ita intelligo: me miserum! qui munerum mentionem feci, quibus te expugnare et mihi conciliare vellem; quam meae causae male ipse consului, cum, ut munerum rationem haberes, te hortarer! habes enim herum tuum, amatorem, qui multo maioribus te corrumpere possit. *H.* Duo proverbia rusticorum hic legi, statuit H. Vossius, de *Austro*, vento in Italia pernicioso, hodie *Scirocco* appellato, perite agens. *W.* — *Perditus*, n. amore, amens. Ecl. VIII, 88.

60 *habitarunt dî quoque silvas.* Notum exemplum Phoebi. Ovid. Art. II, 239.: Tibull. II, 3. 11. De Paride pastore res vulgata. v. Lucian. D. D. 16. Pallas vero *πολιάς*, *πολιοῦχος*, satis nota. v. Spanhem. ad Callim. Lav. Pall. 53.; cum tamen addit *quas condidit*, Athenas in primis respicere poëta debuit. Habitet Minerva suam acropolin, quae in eius tutela est. Etiam haec paullo doctiora, quam pro pastorum ingenio.

63 Ex Theocr. X, 30. 31. Hic Corydon inter alias animi aestuantis curas ardoris sui incredibilem vim et impetum sive exponere sive excusare putan
ae scil. non minus puer
aestuare, quam leonem lup
capellae, capellam cytisi
te. — *Torva* est truculer
adspectu terribilis, *βλοσυρ*
autem non uno sensu
alio enim modo Corydo
sequitur, quam lupus ca
64 *Cytisus* fruticis genus,
simile, colore albicante, ra
cubitalibus, iucundo folior
re et sapore, apibus et ca
tum. Nostrorum *Cytisus M*
v. Plin. XIII, 24. Ge. II,
alii repugnant. Fluctua
inter doctos botanices
fere omnia haec, quae de
ratione veterum nominum
centioribus iactantur. *H.*
secundum H. Vossium.
65 *trahit sua q. voluptas*
libido. cf. Ge. III, 130.
unde haec conversa, *ἐγὼ δ*
μεμάνημαι. Idyll. X, 31.
tentia exemplis, ex quibu
satis apparet, addita, abess
Certe apud Theocritum
lius vestigia. Is sensum ve
ego te, Bombyca, sequo
vocem *διώκω* ea signifi
qua Virgilius vocabula *se*
appetere, usus est, por
omittere posset, plenius e
ita expressit: *ἐγὼ δ' ἐπ*
μάνημαι. Ceterum verb
here de rebus, quae nos
et tenent. Iuv. XIV, 37.

66 *aratra* ex *iugo s*

ol crescentis decedens duplicat umbras:
tamen urit amor; quis enim modus adsit amori?
Corydon, Corydon, quae te dementia cepit!
iiputata tibi frondosa vitis in ulmo est.
n tu aliquid saltem potius, quorum indiget usus,
iinibus mollique paras detexere iunco?
:nies alium, si te hic fastidit, Alexin.

so vomere, ut solum verrant, ecta. Horat. Epod. II, 65. *re fessos vomerem inversum Collo trahentes languido. H.* an simplicius iungatur: re- *iugo. W.*) Color horum ium petitus ex Theocr. II, 9. Graecis uno vocabulo hoc us est βουλυτός.

Theocr. VII, 56. — 69 Ex ocr. XI, 72 sq. Praeclare se a cura amoris ad curas do- icas revocat. — 70 *Semiputatibi f.* v. ad Ecl. I, 57 et Ge, o. Amputantur autem vites a anno, primum aestate, dein- ost Idus Octobres, ut sole i et maturitatem capere fruc- ossint. Colum. V, 5: *Pampini autem modus is erit, ut s locis humidisque ac fri- aestate vitis nudetur, foli- palmitibus detrahantur, ut ritatem fructus capere pos- ne situ putrescat.* Idem in arboribus fieri necesse est, quibus vites se adiungunt et sustinentur, ne aemula umbra viti noceat. *H.* H. Vossius proverbialem locutionem vidit h. l. pro: bibisti vinum ex semiputata vite in ulmo frondosa, h. e. insanis, a superstitione petitam, quam Servius ad h. l. notavit: *in sacris diei furore corripi eum, qui sacrificaverit de vino, quod est de vitibus imputatis.* Et lex utilis inter Numae leges memoratur: *Diis ex imputata vite ne libanto. W.* — 71 *Quin tu potius aliquid saltem eorum quorum indiget usus*, quae ad usum vitae rusticae necessaria, facere curas, scil. vas aliquod, vel calathum, τάλαρον ap. Theocr.; haec sunt contracta in unam sententiam. — 72 *detexere iunco* cf. Tibull. II. 5. 15. — *mollis*, flexilis, ὑγρός. — *H.* 73. *alium—Alexin.* Ita Tac. Hist. IV, 73. *Sed ne* quis alius Arioviatus *regno Galliarum potiretur. W.*

ECLOGA III. PALAEMON.

ARGUMENTUM.

ceptant hoc carmine alternis versibus *duo pastores, Daas, boum v.* 29., *tum et ovium Aegonis custos v.* 2, *et alcas, caprarius, in puerili aetate* (*v.* 33) *constitutus; carminis,* amoebaeum *dicitur, ea lex est, ut is, qui redet, iisdem versibus ac numeris aut contrarium aut maius ulcrius aliquid dicat, aut ulla alia ratione simile quid iciat. Nec necesse est ex eodem omnia argumento petita*

sint, sed variae ac diversae plane res tractari possunt; cuius quidem rei bene memores esse debemus, ne argutemur in constituendo sententiarum ordine et nexu. Etiam nostro tempore eius generis carmina apud Italos in pretio haberi, et laudari poëtas improvisatori, *nota res est. Occasio huius certaminis parum feliciter a conviciis mutuis et probris, quibus se invicem lacessunt, petitur, in quibus non modo honesti et decori nulla ratio habita, verum ne id quidem, quod poëtae nomen et naturam efficit, spectatum est, ut non nisi gratae animis et iucundae res exhiberentur. Vitae et moribus huius generis hominum convicia ista haud esse insolita, nemo dubitet; verum poëta, si ingenio et arte recte utitur, numquam ad sordida et flagitiosa, turpia ac foeda carmine exprimenda se demittet; multo minus, si carmina* virginibus puerisque *cantare se meminerit. Caeterum argumentum ex Theocrito Idyll. IV et V. petitum. Agitur res inter pascua et greges per agros gramen carpentes. cf. v.* 55. *De tempore, quo carmen hoc scriptum est, vid. Vit. Virgilii a.* 711. *cf. a.* 709. H. *Annum* 712. *H. Vossius statuit; cui opinioni, cum anno* 711. *exeunte demum Asinius Pollio ab Antonio ad legiones septem, per Venetiam ad Padum dispositas, regendas missus fuerit, descriptio verni temporis* 56—57. *aperte favet. Nec, si versus* 84—89. *accurate consideres, coniectura, Pollionis, illi tum orae praepositi, gratiam hac Ecloga quaesivisse Virgilium, contemnenda esse videtur.* W.

MENALCAS. DAMOETAS. PALAEMON.

MENALCAS.

Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?

DAMOETAS.

Non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.

MENALCAS.

Infelix o semper, oves, pecus! ipse Neaeram

1 Theocr. IV, 1. sq. *cuium* iam desueta vox erat; *sic rure loquuntur*, addebat Virgiliomastix, ut Pseudo-Donatus §. 61. memorat. — 3 Dum ipse Aegon Neaerae adsidet, hic mercede condu-

1 fovet; ac, ne me sibi praeferat illa, veretur,
alienus ovis custos bis mulget in hora
ucus pecori, et lac subducitur agnis.

DAMOETAS.

ius ista viris tamen obiicienda memento.
unus et qui te, transversa tuentibus hircis,
uo, sed faciles Nymphae risere, sacello.

MENALCAS.

i, credo, quum me arbustum videre Miconis
ie mala vitis incidere falce novellas.

DAMOETAS.

hic ad veteres fagos quum Daphnidis arcum
isti et calamos; quae tu, perverse Menalca,
quum vidisti puero donata, dolebas,

regem eius absentis perdit. ocales *i* et *e*, literam *i* copula uenta, in caesura frequenter Virgilium in unum sonum non cunt. cf. 63. et Aen. III, *W.*

Parcius ista viris. Conviconvicio opponit Damoetas, nalcae, se fraudis et furti in-i, infamiam pathicae libidinis brat, haec dicens: etiamsi illa exprobrari mihi possent, at imen convicia certe homimollem effeminatum, et turiis facere non decebat, qui uris moribus, h. mihi; ut ap. Vesp. c. 13. Vespasianus nopudicitiae homini respondet: *imen vir sum.* — 8 *Novimus* (pro *quis*) *te* scil. corrupele non fugit, te inter greges pso sacello Nympharum turidine pollutum esse. — *hirhirquos* multi ex interpolato de angulis oculorum acci-h. oculis prae libidine in s reductis. Sed hoc inter as interpretum harum Eclo-referendum; idque manifeit, si quis Theocr. V, 41. 42, aec expressa, et Plinii locum, rio laudatum, comparet. — *faciles Nymphae risere*, cum graviores dii ulturi fuissent sacrilegium. *facilis* in iniuria ferenda aut condonanda, hic propter lasciviam Nympharum, ut alias Satyrorum, Aegipanum, Faunorum, omninoque numinum agrestium, quibus tribuuntur mores et ingenia hominum vitam sine cultu et honestatis sensu meliore agentium. *H.* Eodem sensu Propert. II, 34, (25) 76. *faciles Hamadryadas* dixit. *W.*

10. 11 Aliud Menalcas Damoetae exprobrat flagitium malitiae in Miconem corrumpenda eius vinea. Tum, credo, hoc factum, cum Nymphae viderunt me etc. Noto ironiae genere de se praedicat flagitium alterius. — *mala falce*, nociva, perniciosa. v. ad Tibull. III, 5, 20. *arb.* arbores vitibus iunctas.

12 Simile hic eius, quo se petitum videbat, malitiae et invidiae flagitium obiicit Menalcae. — *quae donata* sc. *arcum et calamos*; quibus et ad greges defendendos et ad venandum usi tum sunt pastores. cf. Not. ad II, 29. *H.* Comma post *fagos*, ut hoc ad *fregisti*

Et, si non aliqua nocuisses, mortuus esses.

MENALCAS.

Quid domini faciant, audent quum talia fures!
Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
Excipere insidiis, multum latrante Lycisca?
Et quum clamarem: Quo nunc se proripit ille?
Tityre, coge pecus; tu post carecta latebas.

DAMOETAS.

An mihi, cantando victus, non redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula, caprum?
Si nescis, meus ille caper fuit; et mihi Damon
Ipse fatebatur, sed reddere posse negabat.

MENALCAS.

Cantando tu illum? aut umquam tibi fistula cera
Iuncta fuit? non tu in triviis, indocte, solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

DAMOETAS.

Vis ergo, inter nos, quid possit uterque, vicissim
Experiamur? Ego hanc vitulam (ne forte recuses,

traheretur, sustuli. — 15 *aliqua* h. e. aliqua ratione, ut Terent. Phorm. 5, 1, 19. *W.*

16 Regerit Menalcas aliud flagitium furti a Damoeta commissi. — *fures*, servi, ex oppos. *domini* et vetere interpretatione Servii; quum mercenarius pastor conviciari audeat. Usum vocis in vulgari sermone arguunt Comici, qui *fures* pro servis improbis aut de scelesta plebe dicunt. *H.* — 18 *Lycisca.* Sunt qui hoc nomen ad originem ex lupo et cane referant. *W.* — 20 *Tityre, coge pecus*, quod dispersum vago discursu palabatur; tacite vero eo ipso indicabat, furem adesse, qui caprum ex grege dolo intercipere. *Tityrum* vero Damonis servum intelligere debemus, aut eum certe, qui eius pecus pasceret. — *Carex* apud Catull. cum *iunco*, apud Columellam cum *filice*, iungitur; Ge. III, 231 *acuta* appellatur; videtur itaque *iunci* genus esse commune, *Ritdgras.* — 21 — 24. Non furtum a se esse factum, sed debitum a Damone exactum profitetur Damoetas. — 23 *Si nescis*, h. ut hoc scias, ne hoc ignores. Ovid. Epist. XX, 150.

25 *Cantando tu illum?* vicisse te ais? Ellipsis irridenti conveniens. Ad sequentia conf. Theocr. V, 5-8. — 26 *in triviis-miserum* addita intellige, ut ostendat, ea esse quam vilissima; uti *dispendere* invidiose pro canere quae sunt vitiosa, pereunt, corrumpuntur, ergo quae fiunt cum vitio. *in triviis*, multo minus in certamine.

28 *vicissim* h. l. per vices, alterne; ad amoebaeum carmen referendum. cf. Ecl. V, 50. Damoetas vaccam teneram *deponit*, in sponsione collocat, ut infr. 36. simplex *ponere*. cf. Theocr. VIII, 22. sqq.

enit ad mulctram, binos alit ubere fetus)
no; tu dic, mecum quo pignore certes.

MENALCAS.

ege non ausim quidquam deponere tecum;
ihi namque domi pater, est iniusta noverca;
ie die numerant ambo pecus, alter et haedos.
m, id quod multo tute ipse fatebere maius,
iire libet quoniam tibi, pocula ponam
ia, caelatum divini opus Alcimedontis,
i quibus torno facili superaddita vitis
sos edera vestit pallente corymbos.
edio duo signa, Conon, et quis fuit alter,

ex Theocr. I, 25. 26. Est iuvenca διδυματόκος. *Pictum pro sponsione.* — 31 ocr. VIII, 14. *H. quo pidem quod: quo pignore* Haec ad illud caput gram-, ubi de ablativis absolutur, pertinent. *W.* 32 Ada haec ad Theocritum VIII, *H. tecum* h. e. in certaecum. *W.* Menalcam pueesse patet e seqq. Itaque petulantia Damoetam int. 34 *alter et haedos*, fetum , h. matrum caprarum, nu*H.* 35 Junge *ponam pocula, n tibi libet insanire* h. e. ; sed *insanire* cum delectu a comprehendit iactatiose victorem discessurum um ad *pocula* pertinet intum *id quod* cet. *W.* — 36 ; aut pluralis pro singulari , ant sunt duo pocula; ue fit paulo durius; praefemen prius, cui alter tammains aliquid 44. subiicit: *is—duo pocula H.* H. Vosi posterius, collato Horat. 6, 117., poscente grammaaetulit, haud invitus assen*V.* — 38 *Lenta quibus t.* ocr. I, 29. sqq. *Torno* quioculum tornari potuit, non i poculo vitis. Itaque latius de instrumento et ferrafabrili accipere necesse est, quo sculpunt sculptores; h. l. de scalpello, quo Alcimedon in area poculi exteriore opus anaglyphum exsculpsit, ut, collocatis in medio duorum hominum signis, oras ambiret vitis hederae implicita. Haec si teneas, subtilit[illegible] virorum doctorum facile caress. — *caelatum*, proprie in aere, argento, auro, h. l. in ligno, opus est anaglyphum. *Facilis tornus* est scalpellus, qui facili h. docta et perita manu tractatur. v. ad Ovid. Art. I, 160. Tibull. I, 1. 8. — *corymbi* sunt racemi hederae in orbem circumacti, ut Plin. 16, 34, et acinis ac baccis, qui fructus hederae, quas uvas vocant, graves. — *Hedera* dicta *pallens*, quia genus eius albo colore conspicitur; namque est alia nigro colore et nigro aut croceo fructu. — *Vitis* autem *superaddita* (cf. Ecl. V, 42.), exsculpta, explicare se et serpere super *racemos diffusos hedera*, h. hederaceos, sive ex hedera diffusos et exeuntes, putanda est, atque ita ambire duas caelatas imagines Cononis et Arati. Fuit autem Conon Samius celeberrimus mathematicus et astronomus, qui circa Ptolemaei Philadelphi tempora vixit, cuius Archimedes aliquoties, tamquam sibi amicissimi et doctissimi hominis, et Catullus *de coma Beren.* v. 7. ex Callimacho mentionem fecit.

40 *quis fuit alter* — de celebri

Descripsit radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quae messor, quae curvus arator hab
Necdum illis labra admovi, sed condita servo.

DAMOETAS.

Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et molli circum est ansas amplexus acantho,
Orpheaque in medio posuit silvasque sequentis
Necdum illis labra admovi, sed condita servo.
Si ad vitulam spectas, nihil est, quod pocula l

astronomo loqui eum necesse est, qui caeli plagas, ortus occasusque siderum et anni tempora, in agricolarum usum descripserat. Iam Archimedem familiarem Cononis fuisse et sphaeram e vitro confecisse constat vel ex Claudiano epigr. 68. v. ibi Gesn. Verum, eum rem rusticam ea arte adiuvisse, memoriae tradidit nemo; quod contra in Aratum cadit, qui astronomicas rationes ad usum agricolarum transtulit, cuiusque *Phaenomena et Prognostica*, propter utilitatem fortasse magis, quam propter poëtae ingenium, celeberrima inter veteres fuere. Cum enim fastorum et Kalendariorum usus non tantus nec tam frequens esset, utilissima ea esse debuere. Itaque aut Aratus aut Eudoxus est intelligendus. *H.* De *Eudoxo*, de cuius Phaenomenis, agricolarum usibus per Italiam inservientibus, vid. Colum. IX, 14. 12., unice cogitandum esse censuit H. Vossius. *W.* — 41 *Radius* vero proprie geometrarum virga est, qua in pulvere formas delineabant; nec in aliam rationem intelligendus esse videtur, quando, uti sollemni more fit (cf. Aen. VI, 851), astronomis tribuitur, cum et ipsi figuris et numeris opus habeant. *H. descripsit orbem, quae tempora* pro vulgari: *desc. orb.*, definiens *quae* temp. *W.* — 43 conversa ex Theocr. eod. I. v. 59. 60.

44 Obtrectandi studio alter pro uno poculo duo commemorat, ambo, ut apparet, eodem e
cta. Ait igitur: non es
cula tua tantopere ia
et mihi pocula duo. P
derae implicita nunc
acanthus; in media
Orpheus cantans effictu
tem *acanthus* herbae
hortensisque ac topiaria
et Ecl. IV, 20: Ge. IV,
add. Aen. I, 649 et 711
renklau dicimus. De *a*
bore Aegyptiaca, vid. N
II, 119. — 45 *Mollis* es
ex acanthi lubrica et fl
tura epitheton. Vide m
tum locum Ge. IV, 1
Theocr. I, 55. unde hae
ὑγρὸς ἄκανθος. — 48
lam spectas, h. si tamen
iuvencam exigis, quar
sponsione ponam, cum
ras, non est quod huic
lud anteponas, et iuven
ore loco habeas. Scilic
tas veretur, ne Menalca
sione iuvencae aliam iu
ponere eo consilio d
certamen propositum ef
suspicione incensus Me
men in eum vertit;
hodie effugies. H. Hae
quasi contemnendo po
Damoetas certamen vi
Macrob. Saturn. VI, 1.
cum huic comparat:
hodie effugies, quin mea
riare. Adde Prop. II, 8
Sed non effugies, mecu
oportet. W.

MENALCAS.

quam hodie effugies; veniam, quocumque vocaris.
iat haec tantum vel, qui venit, ecce, Palaemon.
iam, posthac ne quemquam voce lacessas.

DAMOETAS.

ı age, si quid habes; in me mora non erit ulla,
quemquam fugio; tantum, vicine Palaemon,
ibus haec imis, res est non parva, reponas.

PALAEMON.

:e, quandoquidem in molli consedimus herba;
nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,
: frondent silvae, nunc formosissimus annus.
)e, Damoeta; tu deinde sequere, Menalca.
nis dicetis, amant alterna Camoenae.

DAMOETAS.

)ve principium, Musae; Iovis omnia plena,
:olit terras, illi mea carmina curae.

veniam quocunque vocaris: idam ad omnia, quavis con- proposita certabo; modo certaminis adsit. — 50 versus varie interpungi. equidem hoc ordine iungi: *haec tantum* — volebat re *aliquis* vel nomen pa- alicuius; cumque circum- ti se offerret Palaemon, *vel laemon*, inquit, *audiat, qui nit*. cf. Theocr. V, 61. 62. 25. seqq. *H.* Particula *vel* lubie notat, Menalcam iudi- quiorem vel peritiorem qui- esiderare, sed vel hoc iudice toria esse certum. *W.* — *quid habes.* Eadem formu- IX, 32. V, 11. *H.* Damoe- iuriis laesus v. 3. Menalcae ato v. 28. ius prius canendi e cedere videtur. cf. Theocr. 78. Sed rem ad suum mo- m v. 58. revocat Palaemon. Vossius. *W.* — 53 *Nec q.* iudicem recuso. *H.* H. Vos- nterpretatur: in certamine . — *tantum – reponas.* Ut attentissime audiat Palaemon, his postulatur. *W.* — 55 *dicite*, canite.

55 — 59. Sagaciter interponuntur nonnulla, ut certaminis species ipsis quasi oculis subiiciatur, locus, anni tempus. — 56 *Et nunc o.* ex Bione Idyll. V, 17. εἴαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ. — 58 Theocr. IX, 1. 2. — 59 *Alterna*, δὶ ἀμοιβαίων, Theocr. VIII, 61. — 59 *amant alterna Camoenae.* notum Homeri Il. α, 604 *Μουσάων δ', αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ*. cf. Ecl. VII, 18. 19.

60 *Ab Ioue principium Musae* duplici modo accipi potest, aut, *Musae*, h. e. carminis, *principium esto a Iove*, aut, *o Musae*, principium esto a Iove. *H.* Posterius mihi verum visum est; quamquam *Musa* pro carmine frequens apud Virgilium 84. I, 2. VIII, 1. Nam quod *Iovi* carmina sua *curae esse* dicit Damoetas id invocationem *Musarum*, ut dearum tutelarium, non prohibet. Et, quod plurimum valet, in Iove celebrando Musarum

MENALCAS.

Et me Phoebus amat; Phoebo sua semper apud me
Munera sunt, lauri, et suave rubens hyacinthus.

DAMOETAS.

Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices, et se cupit ante videri. 65

MENALCAS.

At mihi sese offert ultro meus ignis, Amyntas,
Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

DAMOETAS.

Parta meae Veneri sunt munera; namque notavi
Ipse locum, aëriae quo congessere palumbes.

auxilium implorare apud Veteres solemne; Theocr. XVII, 1. *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, καὶ ἐς Δία λήγετε Μοῖσαι.* Hinc Cicero carminis Aratei principium: *ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα* Latine reddidit: *A Iove Musarum principium* vid. de Legg. II, 3. Adde Ovid. Mtam. X, 148. *W.* Esse hunc versum ex principio Phaenomenorum Arati translatum, iam Servius monuit; quamquam colorem ex Theocr. V, 80 — 83 mutuatus esse, et quoad prima verba respexisse ad Idyll. XVII, 1, videri potest; et a laudibus Iovis carminum initium facere sollemne antiquioribus. v. Pindar. Nem. Od. 2 princ. Dixerat vero Aratus *Iovis omnia plena esse*, ex Stoicorum mente, cum animam mundi intelligeret, quae universum hoc permearet, cf. Ge. IV, 220; audiverat enim Stoicos, Dionysium Heracleotam et Persaeum Citicum. Attamen in pastoris indocti ore videntur haec nimis esse subtilia. — 60 *Colere terras* idem dicitur, h. curare. Serv. amare, seu frequentare et saepe in iis versari, ut Iuno Carthaginem *coluisse* fertur Aen. I, 15. Nisi philosophicum illud in animo habuit poëta: Iupiter, s. mens et anima mundi, omnes terras penetrat, per eas diffusus est, eas incolit, colit, cf. Aen. VI, 724. sq. *Curae* autem *illi carmina*, ut Theocr. VII, 92. 93 et V, 80. sqq. — 63 Qui sit *hyacinthus*, v. ad Ecl. II, 18. *laurus*, ib. ad 54.; utramque in dei gratiam et honorem colere ait.

64. 65 ex Theocr. V, 88. sq. et VI, 6. sqq. ubi admodum suaviter expressa haec sunt.

66. 67 *Delia* nomen amicae, quae frequenter pastorem supra conveniebat, more antiquo. cf. Ecl. VII, 40: Tibull. II, 5, 36. *H.* Maiora quidem iactat Menalcas, at suaviorem esse Damoetae imaginem, sentio. *W.*

Versus 68 sq. ex Theocr. V, 96. sq. *Veneri* amatae. In dono rustico, *palumbes*, de quo vid. II, 40., interpretes Virgilium ad columbas Veneri sacras respexisse opinantur. *Haec palumbis* pro *hic p.* notavit Quinctil. I, 6. 2. — 69 *quo congessere p.* Notandum absolute dictum pro *nidum congerere*. *H.* Germanica dictio: *eintragen* respondet. *W.*

MENALCAS.

potui, puero silvestri ex arbore lecta
i mala decem misi; cras altera mittam.

DAMOETAS,

ɔtics, et quae nobis Galatea locuta est!
m aliquam, venti, divom referatis ad auris.

MENALCAS.

prodest, quod me ipse animo non spernis, Amynta,
ım tu sectaris apros, ego retia servo?

DAMOETAS.

da mitte mihi, meus est natalis, Iola;
i faciam vitula pro frugibus, ipse veuito.

. *aurea mala;* Theocritus
)., unde haec petita, simpl.
icit, ut epitheton tantum
caussa adiectum et *aurea*
esse videri possint. De
ımen Cydoniis, *Quitten* (v.
51), accipi potest. Mala
medica, *Citronen*, intelligi
ısunt, quoniam, cum arbor
propria esse dicatur, Ge.
nondum ea *silvestris* Ita-
ɔor esse poterat. Ea, quae
ranges appellant, veteribus
ɔota fuere. Martinus, qui
ɔndus, *poma Punica*, seu
, significari per *aurea ma-*
temere contendit. Hic lo-
rersatus est Propertio II,
69 *Utque decem possint*
ere mala puellam. — mi-
ɔ misi, Terent. Eun. 3,

ertat cum Theocr. V, 132,
— 73 *Partem aliquam* n.
quae locuta est, *o venti*, etc.
rita, et verba ac promissa,
l nihilum recidunt: ferre
icuntur; v. Tibull. I, 5, 35:
ɔ; uti periuria amantum, ib.
III, 6, 50. Iam h. l. pastor ex omnibus iis blande dictis ac promissis partem saltim ratam esse et eventum habere precatur.

75 *ego retia servo.* ferebat mos, ut hoc esset obsequii genus. v. Tibull. I, 4, 50: IV, 5, 12: Ovid. Art. II, 189. Scilicet hoc vult pastor: obsequium suum fructu carere, cum puer venationi intentus sit, non amori suo. *II.* Amore enim in silva aperto frui cupit. W.

76 Intelligenda est Phyllis fuisse sive serva sive amica Iolae, quem Damoetas, quasi praesentem, rogat, ut puellam ad sacrum natalitium venire iubeat. Menalcas, ut eius dictis obtrectet, se etiam ameri ab ea dicit, quia se discedente fleverit, ac, tamquam ipsi comes adhaesura, Iolae amatori vale dixerit: *Longum vale, vale, o formose Iola!* Hac ipsa interpretatione nostra de h. l. sententia satis apparet. — 77 *Quum faciam vitula pro frugibus.* Sacrum ambarvale. Ge. I, 345. cf. Tibull. I, 1, 21: II, 1. *pro* gr. ὑπὲρ, ut Il. α. 444. ῥέξαι ὑπὲρ Δαναῶν. Tibull. I, 5, 28. *pro grege ferre dapem.*

MENALCAS.

Phyllida amo ante alias; nam me discedere flevit
Et, longum, formose, vale, vale, inquit, Iola.

DAMOETAS.

Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti, nobis Amaryllidis irae.

MENALCAS.

Dulce satis humor, depulsis arbutus haedis,
Lenta salix feto pecori, mihi solus Amyntas.

DAMOETAS.

Pollio amat nostram, quamvis est rustica, Musam,
Pierides, vitulam lectori pascite vestro.

79 *Longum vale, μακρὰ χαῖρε*, Claud. Rap. Pros. lib. II, 254. *Sis memor, o, longumque vale. H.* Nisi quod ibi in bonam haec dicuntur partem. Sed secundum vulgatam explanationem Virgilius ambigue scripsit. Vide an verior tibi videatur explicatio, ex qua statuas, Menalcam, ut paulo ante Damoetam, Iolam alloqui, et verba Phyllidis: *longum vale vale* ad *discedentem* Menalcam referenda esse. Adde quod formula dicendi *longum vale* animo amoris pleno, non vero irridenti convenit. Nota *e* in *vale* ante *inquit* correptum, ut VI, 44. *a.* in *Hyla* eodem loco. *W.*

80 Secundum Theocritea illa Idyll. VIII, 57 sqq. *H.* Sibilos plures pariter cumulatos vid. apud Tibull. 1, 5, 54. ibique Obss. *W.*

82 *depulsis haedis*, h. a lacte remotis. Ecl. VII, 15 aliter ac sup. I, 82. — *arbutus*, *Erdbeerbaum*, in Italia valde frequens et obvia arbor, fructum habet fragis similem, ut tenuiorum victus esse possit. Italis dici solent *Sorbole pelose*, et Romae *cerase marine*. Frondes eius ac folia grata capellis, v. Ge. III, 300: Horat. Carm. I, 17, 5, quae iisdem a lactis materni desiderio leventur. Calpurn. Ecl. II, 45. *novas ut carpere frondes discant — Ne depulsa vagas [illegible] rat fetura parentes. Sali* Ecl. I, 79.

84. 85 *Pollio* gratia apud A stum, amicitia M. Antonii, ing tragoediis studiisque suis in gilium Horatiumque notissimu Horat. Od. II, 1. Ei alter, quam iudici carminum suorur telligenti et eleganti, vitulan ter, tamquam poëtae nobili, iu cum decernit. Non vero in alte horum munerum argutandun res simpliciter ad amoebaei minis naturam exigenda est, quod prior posuisset, alteri plificandum et augendum Cum itaque ille iudicem carm et vitulam posuisset, hic po et iuvencum commemorat sim ter, ut hoc et iudicii et in praemium esse debeat. *H.* sacrum pro salute Pollionis Virgilius aperte se comme voluit, haec refert Vossius: a cra in triumpho Pollionis de thinis (a. 715 habito) faci male Ruaeus. *Lectoris* cor morationem Heynius, pastor carmina canentibus et audien non vero scribentibus aut l tibus, haec male, convenire

MENALCAS.

et ipse facit nova carmina; pascite taurum,
ornu petat et pedibus qui spargat arenam.

DAMOETAS.

e, Pollio, amat, veniat, quo te quoque gaudet;
fluant illi, ferat et rubus asper amomum.

MENALCAS.

avium non odit, amet tua carmina, Maevi;
idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

DAMOETAS.

egitis flores et humi nascentia fraga,
lus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba.

cte vituperavit. Ceterum *vestro* pro lectori carmi- perum, quae Musis deben-

va carmina h. e. praeclara, numquam antea facta, ut Od. I, 26, 10. *fides novae* 87 Idem versus Aen. IX, itur. *H.* Mihi *nova c.* ea dentur, quibus res novae ur. Ceterum verba *pas- rum* ita, ut paulo ante *vi- ascite*, explicari velim. *W.*

niat, quo te quoque gaudet. rimum occurrit, est, ut sup- *ervenisse*, utque ad felici- omnino referas, quam ap- r ei, qui Pollioni faveat. 20 convenit v. 89, in quo aurei saeculi exprimitur. IV, 25, 30. Si tamen Me- verba compares, et, quem it Maro, locum Theocrit. Καὶ τᾶς βωκολικᾶς ἐπὶ τὸ ἵκεο Μώσας, apparere ar- hoc, *quo te quoque gaudet* sse, ad facultatem cantus ferendum. *H.* Sensus v. est: Carmina optima pan- divino furore correptus, tis aureae felicitatem et bona cernere sibi videatur. *W.* Compara Theoc. V, 124. sq. — *Amomum* fruticis genus Indici, etsi, quale illud fuerit, nondum exploratum est. *Rubus* est nostratum *Brombeerstaude.*

90 Nihil his, quae alter subiicit, cum Pollione commune esse, censendum est: sed, cum iste bonum poëtam laudasset, ipse malum memorat, eiusque studiosis mala maxima precatur, nempe amare Maevium, peiorem etiam poëtam, Horatio Epod. x. exagitatum. Bene sit ei, qui Pollionem, male ei, qui Bavium amat. *H.* Id oppositis declaratur. Ceterum proverbiis *iungat vulpes* ad arandum *mulgeat hircos* hic inest sensus: mala ipse carmina faciat. *W.*

92. 93 Sequuntur sententiae temere arreptae, ut se certanti Damoetae offerebant — *frigidus anguis* ex natura serpentum, ut et infr. VIII, 71. *H.* Perturbatio animi ipsa verborum, quorum naturalis ordo: *o pueri, fugite hinc, frigidus latet*, positura pingitur, ut apud Soph. Ai. 1040. 41. — φυχρὸν ὄφιν Theocr. XV, 58. dixit. *W.*

MENALCAS.

Parcite, oves, nimium procedere; non bene ripae
Creditur; ipse aries etiam nunc vellera siccat.

DAMOETAS.

Tityre, pascentis a flumine reice capellas:
Ipse, ubi tempus erit, omnis in fonte lavabo.

MENALCAS.

Cogite ovis, pueri; si lac praeceperit aestus,
Ut nuper, frustra pressabimus ubera palmis.

DAMOETAS.

Heu, heu, quam pingui macer est mihi taurus in ervo
Idem amor exitium pecori pecorisque magistro.

MENALCAS.

His certe neque amor caussa est; vix ossibus haer
Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

DMOETAS.

Dic, quibus in terris, et eris mihi magnus Apollo,
Tris pateat cacli spatium non amplius ulnas.

94 *Parcite o.* n. *procedere*, cavete, ne procedatis, nolite procedere, oves. Ex graecismo: *φείδου προελθεῖν*. Adumbrata autem haec ex Theocr. V, 100 etc.

96 *reice* antique pro reiice h. e. abige. *W.* — 97 Ex Theocr. V, 146. — 98 *Cogite* ad umbram et frigus captandum. *praecipit lac aestus*, siccato ubere.

100 *Ervum* leguminis, nostratum *Wicken*, genus, bubus iam olim patum dari solitum, ut ex Columella docent Intpp. Versus expressus ex Theocr. IV, 20, ut 102 ex IV, 15. — Mox 102 haud dubie cum viris doctis melius leg. *Hi certe* (*neque a. c. est*) *vix ossibus haerent. H. neque amor*, οὐδ' ἔρως, cui malo tamen occurrere possee. *neque* vel *nec* eadem fere significatione, qua *ne - quidem* usurpatum, in medio ponitur. H. Vossi gatam lectionem bene defer

105 Simpliciter intellig iuslibet loci puteum, in qu quis descenderit, tantum ca spicit spatium, quantum patet, h. e. putei latitudo p rit. In talibus Grammatici sibi fixam esse putare no bant. *H.* H. Vossio placu Grammatici tradiderunt: Pediano et Cornificio, de h consulentibus respondisse lium: Caeli (Caelii) spati nificare sepulcrum Mantu coctoris, qui illud, pos vendita, more solito sibi verit; se haec de industri sisse, ut grammatici torqu Et quo minus de *puteo* obstant verba: *quibus in* Sed eadem verba *q. in t.* ve non apte po.ita concedes, n

Iam in his facile agnoscas, poëtam phantasmata poëtica
reae aetatis narrationibus petita cumulasse in certo ali-
emporis sui eventu declarando, quem paullo obscurius
iavit, quoniam in vaticinium rem mutavit, atque vatici-
verbis et phantasmatibus sensa sua exposuit. Solent
poëtae cupide et ambitiose vaticinia argumenta carmi-
acere, cum ad enthusiasmum poëticum nihil sit accom-
ius, quod multis exemplis doceri posset, si id nunc
ur. cf: Horat. Od. I. 15. Summa sententiarum haec
dventuram esse paulatim magnam temporum felicitatem;
e mox initium habituram a natalibus pueri hoc ipso
714., Pollione consule, nascituri. Iam primum quid
ium adduxerit, ut tantam rerum conversionem inpegu-
polliceri posset, quaerendum esse videtur. Scilicet
mnes populos, magna in primis aliqua calamitate op-
, vaticinia circumferri solent, quae sive graviora mi-
sive laetiora pollicentur; eaque, necessaria rerum vi-
dine, melioribus aliquando succedentibus temporibus,
fere eventum habent. Nullo tamen tempore vaticinio-
sanius fuit studium, quam sub libertatis Romanae finem
iorum Imperatorum tempora, cum bellorum civilium ca-
tes animos, terroribus omnis generis agitatos, ad varia
iorum, prodigiorum ac vaticiniorum ludibria convertis-
n primis autem Sibyllinorum oraculorum, quorum quum
itis magna tum vero multo maior erat auctoritas, ingens
habebatur copia. cf. Sueton. Octav. 31. Iam in magno
mero vaticiniorum et oraculorum, partim superstitione
fraudibus hominum celebratorum, unum fuit, quod
m aliquam felicitatem futuram promitteret, eiusque de-
nem ab iis, quae de saeculo aureo memorarunt poëtae,
etur. Quascunque autem in hoc genere descriptiones
felicitatis habemus, sive in Orientis sive in Graecis vel
iis poëtis, eae omnes fere inter se similes sunt: bestiae
e cicures, serpentes innocui, fruges nullo cultu enatae,
placidum, dii praesentes in terris aliaque eiusmodi in
s memorantur. Hoc igitur oraculo seu commento in-
Virgilius commode usus esse, et quae de aetate aurea,

ECLOGA IV. POLLIO.

ARGUMENTUM.

In hac Ecloga interpretanda dici vix potest quam inan operam et olim Grammatici, et hinc viri docti, vana religi capti, navaverint. Vaticinationem Sibyllae de Chri natalibus *expressam esse,* quam *Virgilius ingeniose ad na les nobilis pueri transtulerit, iam* Lactantius, Instit. *VII,* statuit, *et* Constantinus M. *in* Orat. ad Sanctorum cc tum, *graece reddita a non indocto homine,* Eusebii *lil* de vita Constantini *adiuncta, (versus Graecos in Excu I. ad Bucolica emendatos exhibuit Heynius W.) c.* 19. *demonstrare voluit; cuius auctoritatem cum olim plerum Christiani homines (cf. Wernsdorf. Poët. Latin. min. T. I p. 767 sq.), tum recentioribus temporibus viri docti secuti s plerique, de via ac ratione tantum solliciti, qua recondit huiusmodi vaticinium ad Romanos pervenire potuerit. haec opinio et certis rerum argumentis destituta, et ab I manorum sentiendi ratione prorsus aliena est. Quis vero scr torum Latinorum superstitiones Iudaicas, nisi illas derid vellent, adsciscere vel tractare dignatus est? Ut ordine ag mus, videamus primo loco, quodnam carminis argumentum per se spectati. Carmen bucolicum Pollioni Cos. inscript se exorsurum esse professus Maro* 1—3 *canit: agi nunc i timam aetatem a Sibylla memoratam; inde antiquissimae rum formae restitutionem, ἀποκατάστασιν, novum saeculor ordinem, cum nova hominum progenie melioris aetatis vita humano generi redituram esse pronuntiat; idque eventur esse, puero aliquo nato in Pollionis consulatu; illum adsc ptum heroibus orbis terrarum pacati fore rectorem. — Iam vero meliorem illam aetatem, aetati aureae ac Saturn similem, per gradus successuram, ita ut puero nato exordia* 25, *incrementa vero sua habitura sit, quando ille adoleverit* 36, *cumulata autem sit et perfecta ab omnibus partibus, ille ad virilem aetatem pervenerit —* 46. *Reliqua sunt e sultantis et vota facientis ac gratulantis poëtae.*

bus iis exornaret, quae a poëtis de felicitate eius aetatis memorari solent. Sed hanc explicationem quum aliae dif-ates, tum haec praecipue premit, quod puer, ex Octavia iendus, ex priori matrimonio erat nasciturus, ita ut non eat, quanta spes ex pueri illius natalibus de felicitate ea concipi potuerit. Aliam magnae exspectationis prolem lebant nuptiae Octaviani cum Scribonia eodem anno ce-tae. Duxerat eam Caesar initio anni, quo Pollio Cos. eamque sub anni exitum, quo pax Brundusina facta est, i vicinam fuisse, ex eo intelligitur, quod Iulia sub anni ntis initium nata est. Cum in exspectatione esset Roma, prolem Scribonia editura esset, quippe uxor Caesaris viri, iam tum Lepidi et Antonii opibus praevalentis, po-Virgilius filium indeque meliorem rerum conditionem au-i; eoque commento simul et gaudium suum testari et pueri iam fortunam declarare; quamquam de Augusto rerum no eo anno nondum quisquam cogitare poterat. Sed huic oni aeque magnae obstant difficultates. Errat fere inter ios partus interpretatio, cum uterque habeat, quod iudi-inclinare possit.

Iam quod ad Pollionis filium, Saloninum, *vulgo e Ser-s commentis ad V.* 11. (*idque ceteris doctius persecutus oecler. Diss. Acad. II. Tom. II. p* 888) *aut ad Salonini m,* C. Asinium Gallum, *ex alio istis commentariis o panno V.* 11. *res refertur, non magis fide historica ni-*

Nam Pollioni illo anno puerum natum esse ignoramus. adeo hoc, inferre aliquid de tuo in poëtam, et tum ex uod intulisti, probationes petere. H. *Novam ex his opi-m contexuit H. Vossius: Illum anno* 786. *auctore Ti-egestate cibi peremtum Asinium Gallum anno* 714. *na-t sequente, Parthinis devictis, a Salonis, urbe Dalmatiae, nini nomine insignitum fuisse. Eius igitur propedium ntes natales Virgilium, Pollioni patri et agellum suum tum debentem et pacem saluberrimam, nuper compositam, nantem, hoc carmine ita celebrasse, ut et summam orbis rum post pacem felicitatem, et filium honoribus et rebus s insignem auguraretur.* W.

Quid autem, si ne locus quidem ariolationi est, quis puer ille fuerit, quem Maro nasciturum commemorat? Potest enim ille nihil aliud voluisse, quam calamitosis bellorum civilium temporibus laetiora successura esse, quae poëta ingeniosus per aetates mythicas declarat. Quum autem funestum illud et ferreum saeculum non statim in aureum mutari posset, inversa ratione per gradus res ad hoc adducenda fuit. Cum autem melior rerum conditio esse nequeat, nisi homines meliores deterioribus successerint, eam rationem ingressus esse putari potest, ut novam progeniem prodituram esse diceret. Haec progenies primordia sua habeat necesse est; deflexit ergo oratio- **um ad puerum illum, qui primus in huius saeculi au-** *spiciis erat* **nasciturus.** *Succurrebat iam vaticinium illud vulgatum de rege sive heroë venturo vel nasciturο. cf. Suet. Aug. 94., quod sub Nerone iterum increbruit. Suet. Vesp. 4. Puerum illum διογενῆ herois nomine et dignatione recte impertiit, recte quoque* **patrias virtutes** *v. 17. commemorat; natus enim ille puer est a deo aliquo, tamquam heros. Manent tamen vel sic nonnulla obscura nec satis commode dicta, bene sentio; verum probe arrogantem esse necesse foret eum, qui hoc sibi sumeret, ut omnia a se in hoc carmine expedita esse pronuntiaret. Ipsa enim res, vaticinii indoles et lex, enuntiationis modus per mythica ornamenta audacem conatum refrenant. Sed et in hoc carmine poëtam ad sensum nostrum interpretabimur, ita tamen ut ad aliorum opiniones refellendas non descendamus. Ceterum ut argumentum ex vita rustica petitum dici nequit, ita illud sic tractatum esse apparet, ut sententiarum color et imagines rerum sive ab ea vita sive a vita antiquissimorum temporum arcessitae sint. Imitatione magnam huius carminis partem expressit Calpurnius Ecl. I. 36. sqq. H. Mihi quidem non sumo tantum neque arrogo, ut liceat inter tantos viros de puero nascituro ortam componere me posse putem, sed id tamen, certo cuidam puero, qui id temporis exspectabatur, Virgilium hoc carmen conscrasse, repetita eius lectione, mihi persuasi. W.*

s Musae, paullo maiora canamus;
nis arbusta iuvant humilesque myricae.
nus silvas, silvae sint consule dignae.
Cumaei venit iam carminis aetas;
ab integro saeclorum nascitur ordo. 5
it et Virgo, redeunt Saturnia regna;
va progenies caelo demittitur alto.
o nascenti puero, quo ferrea primum
ac toto surget gens aurea mundo,
ave, Lucina: tuus iam regnat Apollo. 10

des Musae, Μοῦσαι Σι-
astoritii carminis praesi-
ocritaeae, omninoque bu-
Σικελὸν μέλος Bion Idyll.
Σικελικαὶ Μοῖσαι Mo-
ll. III. Paullo altius se
lico carmine aggredi ar-
bene praelatur, quia
viro docto, illud dedicat
it. Idem genus bucoli-
o *arbustis*, *myricis*, et
rimit. *Myrica*, virgulti
talia obvium, quod ripas
obsidere solet. *Tama-*
. Tamaricem Gallicam
docent viri docti. —
sint consule dignae. sit
ic bucolicum satis ex di-
allionis Cos. *H.* Carmen
tenue per *arbusta* et
randius per *silvas* signi-
ens H. Vossius lectio-
recepit. *W.*
gitur iam ultima aetas in
carminibus memorata;
rocedent saecula, quae
6. 7 redit nunc saeculum
, et cum eo hominum ge-
saeculo illo aureo fuit.
8, 9 subiicitur: puero na-
ut ferrea aetas desinat,
aurea; per certos tamen
nos secundum vitae hu-
adus constituit; per pu-
8 — 25 dum aetatis fer-
a desitura, aureae bona
litura sint; tum per ad-
m, qua perfectior qui-
, heroicae tamen simili-
a sit 26 — 36. ; cum vi-
rili autem aetate, tertio gradu ac progressu 37 — 45., perfectam ac plenam saeculi Saturnii felicitatem esse redituram. Ita aetatem auream initia sua, incrementa et fastigium habituram esse, fingitur. Satis apparet, poëtica haec esse phantasmata; nihil historici argumenti, ne verum quidem vaticinium subesse, si nihil aliunde adsciveris. Carmen tamen tum supererat, quod ad Sibyllam Cumanam vulgo referri solebat, in quo, post dura et ferrea tempora, ubi *ultima aetas* (sive *saeculum decimum* vid. Arg. *W.*), quam de sua aetate interpretatur poëta, advenisset, auream aetatem sive meliorum temporum ordinem denuo processurum esse, praedictum existabat.

6 *Virgo*. Δίκη, Iustitia, ut Hesiod. Ἔργ. 256. Nota res vel ex Ovid. Met. I, 149 et Virg. Ge. II, 474: Hesiod. Ἔργ. 200. — 7 *nova progenies*, novum hominum genus, quod succedat, nascitur, νέα πληθὺς ἀνθρώπων, h. meliores et instiores, ut in novo rerum ordine et aurea aetate. Eadem v. 9 *gens aurea*. Hesiod. Ἔργ. 109 χρύσεον γένος μερόπων ἀνθρώπων. *H. caelo d. alto*. Ita *de caelo delabi* de viris virtute insignibus usurpatum vides. *W.* — *surget*, procedet, ortum et initium habebit. *H.* — *mundo*, orbe terrarum, ut Lucan. I, 160. *W.*

10 *tuus iam regnat Apollo*. Ultimum saeculum ostendit quod

Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses;
Te duce, si qua manent, sceleris vestigia nostri
Inrita perpetua solvent formidine terras.
Ille deum vitam adcipiet, divisque videbit
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis,
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem
At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,

Sibylla Solis esse memoravit. *Serv.* Hoc sequi malim, donec verius quid edocear.

11 Ab hoc ipso anno consulatu tui procedet novum saeculum; quod *decus hoc aevi*, praeclara haec aetas vocatur. — *inibit* Servius et vulgo interpretes accipiunt pro cursum inibit, exordium habebit, incipiet; quod absolute ita positum non occurrere, bene notat Burmannus. Participium tamen saepe ita ponitur: *ineunte anno, mense; iniens aetas;* quidni etiam *annus init?* Nisi hoc teneas, dicendum: *inibit* seu *puer*, seu *progenies nova*, novum hominum genus, *decus hoc aevi*, praeclarum hoc aevum, hanc vitam, Pollione cos.; quae tamen minus commoda sunt. — 12 *magni menses*, illustres, insignes, memorabiles, ut v. 5, utpote saeculi aurei. Nimirum *magnus annus* est, utique hinc et *magni menses*. 13 *Te duce*, auspice, a tuo inde consulatu expiabitur primo omne scelus, quo contaminatum est hoc hominum genus, scilicet ut castior et sanctior aetas succedere possit. — *sceleris vestigia*. Reliquias belli civilis spectari manifestum est: nam perpetuum hoc, ut de bello civili ἄγος, *scelus*, praedicetur. cf. Hor. Od. I, 2, 29. Nunc de illo tempore agitur, cum post Brundusinam pacem 714. Sext. Pompeius adhuc maria Italiae infestaret et commeatu Romam intercluderet. Pax quidem etiam cum hoc paullo post apud Puteolos inita; verum sequenti demum anno 715., v. Dio l. XLVIII, c. 36., partus vero ille pueri eodem anno exspect ut v. 11 et 61 — 14 Ornat sus pro eluentur, tollentur. *ta*, abolita. — *formido* est reatum ex scelere conceptu

15 *Ille deum vitam a.* a tam deorum, et inter de roesque. In aurea aetate θεοὶ ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν ἐ Νόσφιν ἄτερ τε πόνων Hesiod. Ἔργ. 112 sqq. Era hoc inter aurei saeculi b dii praesentes inviserent h Ovid. Fast. I, 247. Catull. E et Th. sub fin. et passim. — *ipse videbitur illis* sc. per h. e. iis admixtus erit. ἀναμ θητο, Aratus Phaenom. 10 ante oculos habuit. — 17 *virtutibus*, h. omnino, ma (sive dei, unde natus; si explicationem in Argument positam amplecteris. cf. 7 *W.*) Marcellorum nomen nalibus Romanis clarissimu ad Scriboniae partum refer logam, tanto manifestior re Scribonia gente. Enimver rum, *regere orbem*, in neutr dit, neque memorari potes quam illo tempore, de q praedicari possit. Est er inter ea, quae grammatici lant *indissolubilia*, δύςλυτ licet ad vaticinii indolem ha referenda, non ad temporun ta: cf. Argumentum extr.

18 Felicitatis *aureae* hui *tatis*, ex versibus fortasse deis l. l. 130 sqq. suborfo mento, *initia* cum pueritia dere facit; *incrementa* ver adolescentia; cum virili d

lis ederas passim cum baccare tellus
ue ridenti colocasia fundet acantho.
acte domum referent distenta capellas
nec magnos metuent armenta leones.
bi blandos fundent cunabula flores.
t et serpens, et fallax herba veneni
t; Assyrium vulgo nascetur amomum.
ul heroum laudes et facta parentis
gere et quae sit poteris cognoscere virtus,
paullatim flavescet campus arista,
sque rubens pendebit sentibus uva,

ta aetate *vitam perfectis-* — *nullo cultu*, uti omnia o aureo nascebantur. He- v. 118. καρπὸν δ' ἔφερε ἄρουρα Ἀντομάτη πολλὰ ἄφθονον. Hic tamen, i infantia eius pueri, her- um et flores sua sponte tos memorat. At fruges escentia, v. 28. cum virili aetate omne genus pro- x solo sua sponte nasce- . Ovidius Met. I, 108. *na- semine flores* dixit. — 19 erba, quae fascinum de- ru. cf. Ecl. VII, 27.; for- icorides satis accurate de- sed, qualis illa sit, inter es nondum constat. *Il. irde* secundum H. Vossi- - 20 *Colocasium* s. *colo-* inta palustris Aegyptia, foliis, caule spectabili, em non minus ac radicis ici solent; fabas esu gra- ructu habet. Circa haec primum in Italia seri esse, ex Plinio colligere tissima etiam nunc haec t inter Aegyptios, nomine *Acanthus* h.l. est Aegyp- acaciae genus. Cf. ad 45. — *ridens* est florens,

re, sponte, nullo ducente, notum. Sic αὐταὶ pro αὐ- Theocr. Id. XI. 12. Sic v. *bula fundent ipsa flores*, *dos* dixit, gratos seu co- lore et adspectu, sive odore et tac- tu. cf. Hom. Il. XIV, 347.

24 Aut *herba veneni* pro venenata (ut Luv. III, 4. *litus amoeni secessus*, Æn. *corpus exstinctae dextrae*. W.) aut *herba fallax veneni* est herba veneno fallaci, usu exquisitiore, ut *audax animi*. Ceterum *fallax* illustratur loco Geo. II, 152 — *nec mineros fallunt aconita legentes*. — *Occidet*, ut *herba moritur*. — 26 *Assyrium — amomum* v. ad Ecl. III, 89. *Assyrium* vero, cum Armeniae et Mediae ea planta esset.

26. 27 *Ubi adoleveris*. Splendide hoc enuntiatum; *heroum laudes* sunt facta laude digna, ut κλέα ἀνδρῶν ἡρώων apud Homer. Il. ι, 524. *Parens*, cuius *facta* legere poteris, si de Scribonio partu agitur, aut Octavianus; sin vero de Octaviae, C. Marcellus. Neutrum satis placet. Legunt nonnulli codd. *parentum*, quod est, maiorum. cf. Not. ad v. 17. 27 *quae sit — virtus* pro virtutem cognoscere. — 28 — 30 maior terrae felicitas erit; nascentur sponte fruges, uvae; mel post *flores*, in teneris annis pueri natos; ut apud Ovidium Metam. I, 108. 109. *floribus mox etium fruges* accedunt. *Molli arista*, h. laevi, cum nunc grana tenuibus quibusdam et acutis acubus, tamquam vallis, obsita sint. Proprie *aristae*, cum flavescunt, *molles* nulla ratione dici possunt. Communi tamen ratione *mollis arista*

Teque adeo decus hoc aevi, te consule, inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses;
Te duce, si qua manent, sceleris vestigia nostri
Inrita perpetua solvent formidine terras.
Ille deum vitam adcipiet, divisque videbit
Permixtos heroas, et ipse videbitur illis,
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem
At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu,

Sibylla Solis esse memoravit. *Serv.* Hoc sequi malim, donec verius quid edocear.

11 Ab hoc ipso anno consulatus tui procedet novum saeculum; quod *decus hoc aevi*, praeclara haec aetas vocatur. — *inibit* Servius et vulgo interpretes accipiunt pro cursum inibit, exordium habebit, incipiet; quod absolute ita positum non occurrere, bene notat Burmannus. Participium tamen saepe ita ponitur: *ineunte anno, mense; iniens aetas;* quidni etiam *annus init?* Nisi hoc teneas, dicendum: *inibit* seu *puer*, seu *progenies nova*, novum hominum genus, *decus hoc aevi*, praeclarum hoc aevum, hanc vitam, Pollione cos.; quae tamen minus commoda sunt. — 12 *magni menses*, illustres, insignes, memorabiles, ut v. 5, utpote saeculi aurei. Nimirum *magnus annus* est, utique hinc et *magni menses*. 13 *Te duce*, auspice, a tuo inde consulatu expiabitur primo omne scelus, quo contaminatum est hoc hominum genus, scilicet ut castior et sanctior aetas succedere possit. — *sceleris vestigia*. Reliquias belli civilis spectari manifestum est: nam perpetuum hoc, ut de bello civili ἄγος, *scelus*, praedicetur. cf. Hor. Od. I, 2, 29. Nunc de illo tempore agitur, cum post Brundusinam pacem 714. Sext. Pompeius adhuc maria Italiae infestaret et commeatu Romam intercluderet. Pax quidem etiam cum hoc paullo post apud Puteolos inita; verum sequenti demum anno 715., v. Dio l. XLVIII, c. 36., partus vero ille pueri eodem anno exspe ut v. 11 et 61 — 14 Orna sus pro eluentur, tollentu *ta*, abolita. — *formido* es reatum ex scelere concep

15 *Ille deum vitam a.* tem deorum, et inter c rocaque. In aurea aeta θεοὶ ἔζωον, ἀκηδέα θυμὸν Νόσφιν ἄτερ τε πόνων Hesiod. Ἔργ. 112 sqq. E hoc inter aurei saeculi dii praesentes inviserent Ovid. Fast. I, 247. Catull. et Th. sub fin. et passim. *ipse videbitur illis* sc. p h. e. iis admixtus erit. ἀνο θητο, Aratus Phaenom. 1 ante oculos habuit. — 1 *virtutibus*, h. omnino, n (sive dei, unde natus; explicationem in Argume positam amplecteris. cf. *W.*) Marcellorum nome nalibus Romanis clarissim ad Scriboniae partum ref logam, tanto manifestior Scribonia gente. Enimv rum, *regere orbem*, in neu dit, neque memorari pot quam illo tempore, de praedicari possit. Est inter ea, quae grammatic lant *indissolubilia*, δύσλυ licet ad vaticinii indolem referenda, non ad tempor ta: cf. Argumentum extr.

18 Felicitatis *aureae* h *tatis*, ex versibus fortasse deis l. l. 130 sqq. subort mento, *initia* cum pueriti dere facit; *incrementa* v adolescentia; cum virili

Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator;
Nec varios discet mentiri lana colores,
Ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
Murice, iam croceo mutabit vellera luto;
Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.
Talia saecla, suis dixerunt, currite, fusis
Concordes stabili fatorum numine Parcae.
Adgredere o magnos, aderit iam tempus, honores,
Cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!
Adspice convexo nutentem pondere mundum

sqq., uti nostrum Ovidius Met. I, 101. *H.* — 41 *tauris solvet.* De constructione vide Not. ad Tibull. II, 1, 7. *W.* — 42 *discet mentiri*, cum alieno colore tinguitur, fucatur; quod tunc necesse non erit, cum nativus lanae color modo luteus, modo roseus futurus est. — *Ipse*, vide v. 21. — 44 *mutabit vellera luto*, permutabit naturalem velleris colorem luteo colore, ut naturalis lanae color purpureus et aureus iam sit. (Ita apud Tibull. I, 8, 43. *coma mutatur* pro color comae mutatur. Ad constructionem facit Tac. Ann. II, 6. *Rhenus id vocabulum mutat Mosa flumine W.*) Pro coloribus materias colorum memorat. Sic Horat. Od. III, 10, 14. *tinctus viola pallor amantium*, violaceo colore, subpallido. Ita *luteum* seu *lutum*, ac *lutea*, herbae genus, qua tincta lana flavo et croceo colore inficitur. Notus eius usus etiam nostris tinctoribus sub nomine *Waude*. Cf. ad Tibull. I, 8, 52. *Sandycem* a Virgilio pro herbae tinctoriae genere habitam esse, post Plinium XXXV, 6 (23) credunt interpretes: de natura tamen coloris nihil dixit; coloris tantum genus indicare voluit, quo vellus ovillum splenderet, et ornate dixit quod erat: habebunt agni vellus rubrum, nemine tingente. *Sandyx* pro colore sandycis. Est vero coloris seu pigmenti genus factitium, ex sandaracha tosta et rubrica aequa parte admixta, vid. Plin. l. l., quo rubeus color efficitur. Constantini Interpres l. l. 45. *purpuream Sandycem* appellat: *Σάνδυκι πορφυρέᾳ λάχνην ὑφαίνουσαν ἀμοίβων*. 46 Tale saeculum fato decretum veniet. Ex Catullo LXIV, 321. 328. Volebat dicere: Currite, o fila fusis devoluta! Iam per ea nentur fata seu saecula. Ornate dixit: *currite o saecula talia*, tam felicia! *currite* pro currite ducentes. Solent autem poëtae modo in nuptiis modo in natalibus Parcas adhibere fata canentes. — 47 *Concordes stabili fatorum numine Parcae. fata* sunt *stabilia*, immutabilia, iisque *numen*, h. vis et potestas aeque ac voluntas divina tribuitur. *Parcae concordes fatis*, h. in fatis hominum rerumque definiendis et constituendis, consensu statuentes eventus.

48 Dicere haec *ἐνθουσιῶν* da puero, iam ad virilem illam aetatem adulto, existimandus est poëta, impatienter ferens moram, et iam animo praesentiens prodigia, quae magnam rerum mutationem portendent. — 49 *m. Iovis incrementum*, alumnus et nutricius, quasi qui increvit Iovis cura, *θρέμμα Διὸς, διοτρεφής*, ut Iove natus. *H. Iovis incrementum* h. e. cui Iupiter favet, adspirat. Ita apud Soph. Electr. 163 *Διὸς βήματι, gressu, quem Iupiter tuetur. W.*

50 Cum varia sit loci interpretatio, tenenda sunt saltem haec: Enarrantur prodigia, quibus instans rerum mutatio portendatur. Videtur sibi poëta iam videre ac sentire orbem terrarum concus-

Terrasque tractusque maris, caelumque profundum
Adspice, venturo laetentur ut omnia saeclo.
O mihi tam longae maneat pars ultima vitae,
Spiritus et, quantum sat erit tua dicere facta!
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus; huic mater quamvis atque huic pater a
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.
Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem;

sum, ut terrae motus praecedat, quemadmodum adventu et apparitione, *ἐπιφανείᾳ* numinis, fieri sollenne est. Id ipsum poëta mox interpretatur de exsultatione et tripudio e sensu rerum laetarum ac faustarum immittentium. Mutata autem oratio: *adspice mundum nutantem*, h. e. motum, concussum, vide, quomodo mundus movetur! et *ut omnia laetantur* pro, omnia laetantia, universi laetitiam. Itaque motum terrae caelique fausta portendere ait, et verbis *convexo pondere* ornat *mundum* pro mundum convexum. Potest tamen etiam sic accipi, ut *convexo nutans pondere mundus* nihil aliud sit, quam poëtica descriptio coeli convexi, atque simpliciter sit: vide ut omnia laetentur. Nec aliter Graecus interpres 50: *Κόσμου κηκώεντος ὅρα εὔκηλα θέμεθλα, Χαρμοσύνην γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἠδὲ θαλάσσης, Γηθόσυνόν τ' αἰῶνος ἀπειρεσίου λάσιον κῆρ.* *H.* Mihi verba *Terrasque – profundum* explicatio *mundi*, atque cum vi et *Adspice* repetitum et *omnia*, ad *terras, tractus, caelum* relatum, post *ut laetantur* insertum esse videtur. Praeterea recte viri docti hoc loco et Graecis familiarem constructionem *Adspice terras, ut laetantur* pro vulgari: Aspice ut terrae laetantur, notarunt, ut dicitur: *novi Marcellum, quam tardus sit*, et Graecum usum indicativi *laetantur* pro legitimo: laetentur exemplis Ecl. V, 7. Ge. I, 57. comprehendunt. *W.*

53 *O mihi t.* adumbrat... Hesiodo l. l. 174 sqq.: sit tam longa vita! cumque ei... nisi extrema pars ea tempor... tingere posset, pro longa vi... xit: *longae pars ultima* ... Graecus interpres 53: *Εἴη γηραλέον ζώοντά τ' ἔχειν νηλ... ἰσχὺς, Σὴν ἀρετὴν κελαδεῖ... ὅσον δύναμίς γε παρείη.* — ... *ritus*, ingenii vis vigorque ... cus; et mihi sit *tantus* Spi... *quantum* eius vel quantus sa... ad facta tua dicenda. *H.* S... cum infinitivo more Graec... construitur. *W.* 55 — 59 *Non* ... Tanta erit tamque magnif... divina materia tuae laudis, ... genium meum ab ea excit... inflammatum et diviniore ... actum, supra omnes excelle... ipsos deos canendo vincere ... sit — *Adsit*, uti invocati di... sunt, opem ferunt, favent ... tis. — 58 Arcades, intelli... cantus iudices, quamquam ... sui studiosi, mihi tamen p... tribuent propter felicitatem ... menti. *H.* *etiam.* Ita Grae... repetunt, Demosth. p. Cor. ... *ὥστε καὶ ὃν καὶ ταῦτα.* Non ... Latina est lectio *dicet*, qua... o Codd. praeferunt. *W.*

60 *Incipe. p. p. risu, cogn...* *matrem*, h. e. ex eo, quod tibi det, matrem agnoscere. Poë... *θουσιῶν* exoptati saeculi initia nondum videns, mora... patiens haec dicit pro vulgari ... scere, puer; nam decimu... mensis agitur, iustumque mat...

nga decem tulerunt fastidia menses.
parve puer; cui non risere parentes,
s hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

ti tempus expletum, ut
magna oneris sui taedia
Exprimit rem valde iu-
io — sic enim poëticae
iatura fert — voluptate
matris, cum qua recens
ntem intuetur, ut eo ri-
matrem probare videri
Constructio *cognoscere*
risu Latina est, neque
atues. Ita cum casu
tum apud Tacitum Ann.
igere; I, 12 *coniectare;*
augurari. Praeiverunt
verbis γιγνώσκειν, ἐικά-
ίρεσθαι. Soph. Electr.
ς μήτηρ σε μὴ 'πιγνώ-
δρῳ προσώπῳ. Ita ex-
n a sensu postulatam
io iuvat. Aliam, ex qua
idens ad puerum refer-
matica quidem non re-
n. I, 321. *apri cursum*
emere. W. Etiam Grae-
es 60: Ἄρχεο, μειδιόω-
τὴν μητέρα κεδνήν
62 *cui non risere pa-*
h. e. arrisere. Expri-
iod iam dicendum erat:
c matris ad puellum na-
ere laetitiam matris ex
io, inter heroas deosque
locum habituro, a con-
ae conversio a ratione
n aliena est. Quem in-
ens natum tali cum risu
pere gremio impositum
de quo nato non laetati
s ingratus et invenustus
homo, diis hominibusque invisus, itaque ad deorum vitam et consortium admitti non poterit, quod puero promiserat v. 15. Designari autem recepti inter deos herois vita duabus rebus solet, convictu cum Iove et deae alicuius coniugio. Sic de Hercule Horat. Od. IV, 8. 29. *Iovis interest optatis epulis,* idemque Heben coniugio accepit. cf. Virg. Ge. I, 31. Haec interpretatio uti simplicissima, ita verissima est. (siquidem sententiam generalem expressam esse statues, unde consecutio temporum plana. Ceterum positura verborum *dea nec* pro *nec dea* magna vocabulo *dea* vis additur. Eadem sede idem ausus est Iuvenalis XIV, 43. *Sed nec Brutus erit, Bruti nec avunculus usquam.* Aen. IV, 696. *Nam quia nec fato merita nec morte peribat.* Eandem licentiam in vocabulis *et — et* sibi sumserunt Latini. Horat. Sat. I, 6, 11. *Et vixisse probos amplis et honoribus auctos.* — De repetitionis figura 62. vid. V, 12. *W.*) Ad Vulcanum non tam respici, quam ille pro exemplo memorari potest, quod cum eius deformiter nati adspectu Iuno non delectata fuisset, coelo deiectus, atque exclusus ille est ad tempus certe — nam aliis locis ac mythis in consilio Iovis nominatur — deorum consessu et convivio, et a Minerva spretus, cuius ille coniugium appetierat.

ECLOGA V. DAPHNIS.

ARGUMENTUM.

rant Mopsus et Menalcas, pastores, ille fistula, hic ccellens, et se ad canendum mutuo invitant. 1—19.

Et durae quercus sudabunt roscida mella.
Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
Quae tentare Thetim ratibus, quae cingere muri
Oppida, quae iubeant telluri infundere sulcos.
Alter erit tum Tiphys, et altera quae vehat Argo
Delectos heroas; erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.
Hinc, ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces; omnis feret omnia tellus;
Non rastros patietur humus, non vinea falcem;

est adhuc in herba. Seneca Epist. 124 *cum folliculo se exserit spica mollis.* Ceterum poëta segetem sua sponte enatam, incultam, intelligere putandus. cf. Ovid. Met. I, 109. — 30 *sudabunt*, stillabunt. cf. VIII, 54. Videntur antiqui hoc aetatis aureae bonum dupliciter extulisse, ut aut mel, quod in quercubus apes faciunt, tam copiosum esset, ut in terram defluueret, ut Ovid. Am. III, 8, 40: Hor. Od. II, 19, 11: Epod. 16, 47; cf. Hesiod. Ἔργ. 233; aut ut folia ilignea mel eliquarent et sudarent pro glutine, quod nunc illa folia certis temporibus obsidet, et mel appellatur apud Plin. XVI, 8. Sic Ovid. Met. I, 112: Ge. I, 131 *mellaque decussit foliis*, de Jovis aetate; et huc in sensum dictum h. l.; quare et *roscida mella*, quae roris more per folia guttatim se colligebant. Eiusmodi mel ex certis arboribus, v. c. palma, in Media, Arabia, variisque Asiae locis legi memoratur. v. Wesseling. ad Diodor. XIX, 94. Apud Constantinum 30. Σιλφῶν δὴ πεύκης λαγόνων μέλιτος ῥέε νᾶμα ex priore ratione exponitur: *Duris ex piceārum truncis mellis latex fluxit.* Cf. ad Tibull. I, 3, 45.

31 — 36 Heroum erit haec aetas, nondum illa Saturnia, ad quam per illam exactam rerum orbis redibit. Enarrat hinc poëta ea, quae in heroica vita memorari solent. — *vestigia fraudis*, προτέρας ἄτης, quod v. 13 *sceleris vestigi* h. mala et vitia nonnulla, q summa felicium temporum citate et innocentia non se veniunt; ut navigatio, urbi nitio, aratio; quae omnia ulta pueri aetate cessabu *II. tentare* pro adire, navi Not. ad Tib. I. 2, 17. *Thetin* e. codd. praefero.

34 — 36 Indulget sib dum adolescentiam pueri aetati assimilat, tribuens, aetate evenisse memorantu nautarum navigationem vorum ad Troiam exped Sunt vero plane adumbrat siodeis v. 161 sqq.

37 Constantinus 37. ἂν ἡνορέης ὥρη καὶ καρ ται. Cum virili aetate pe ab omni parte saeculum um, aurea aetas succedet Omnium rerum ubique pe rum orbem summa erit co *nis feret omnia tellus*, ut tione bona externa peter se non sit. Ita ornat poë quod simpliciter erat: toll vigatio. Ita et vitam po stitiam colentis exhibuit I Op. 236. 237. — *II.* Verb ac, etiam omnia mala aetat cedentis abiore, significa

40 Nulla opera indiget cf. Arat. Phaen. 110. 111 operae in vitium cura est tio. v. ad I, 57: II, 70. autem noster Catullum L.

ius quoque iam tauris iuga solvet arator;
rios discet mentiri lana colores,
d in pratis aries iam suave rubenti
, iam croceo mutabit vellera luto;
sua sandyx pascentis vestiet agnos.
aecla, suis dixerunt, currite, fusis
des stabili fatorum numine Parcae.
lere o magnos, aderit iam tempus, honores,
eum suboles, magnum Iovis incrementum!
convexo nutentem pondere mundum

nostrum Ovidius Met. I, — 41 *tauris solvet*. De ione vide Not. ad Tibull. *V*. — 42 *discet mentiri*, no colore tinguitur, fuod tunc necesse non erit, us lanae color modo luo roseus futurus est. — v. 21. — 44 *mutabit* o, permutabit naturalem olorem luteo colore, ut lanae color purpureus et n sit. (Ita apud Tibull. oma *mutatur* pro color tatur. Ad constructio- Tac. Ann. II, 6. *Rhenus lum mutat Mosa flumi-* Pro coloribus materias nemorat. Sic Horat. Od. 14. *tinctus viola pallor* violaceo colore, subpalli- *uteum* seu *lutum*, ac *lu-* e genus, qua tincta lana croceo colore inficitur. s usus etiam nostris tinb nomine *Waude*. Cf. ad 8, 52. *Sandycem* a Virherbae tinctoriae genem esse, post Plinium (23) credunt interpreitura tamen coloris ni- coloris tantum genus inuit, quo vellus ovillum , et ornate dixit quod ebunt agni vellus ruine tingente. *Sandyx* pro ndycis. Est vero coloris nti genus factitium, ex a tosta et rubrica aequa ixta, vid. Plin. l. l., quo lor efficitur. Constantini Interpres l. l. 45. *purpuream Sandycem* appellat: *Σάνδυκι πορφυρέᾳ λάχνην ὑπόεσσαν ἀμείβων*. 46 Tale saeculum fato decretum veniet. Ex Catullo LXIV, 321. 328. Volebat dicere: Currite, o fila fusis devoluta! Iam per ea nentur fata seu saecula. Ornate dixit: *currite o saecula talia*, tam felicia! *currite* pro currite ducentes. Solent autem poëtae modo in nuptiis modo in natalibus Parcas adhibere fata canentes. — 47 *Concordes stabili fatorum numine Parcae*. *fata* sunt *stabilia*, immutabilia, iisque *numen*, h. vis et potestas aeque ac voluntas divina tribuitur. *Parcae concordes fatis*, h. in fatis hominum rerumque definiendis et constituendis, consensu statuentes eventus.

48 Dicere haec *ἐνθουσιῶν* de puero, iam ad virilem illam aetatem adulto, existimandus est poëta, impatienter ferens moram, et iam animo praesentiens prodigia, quae magnam rerum mutationem portendent. — 49 *m. Iovis incrementum*, alumnus et nutricius, quasi qui increvit Iovis cura, *θρέμμα Διὸς, διοτρεφής*, ut Iove natus. *II. Iovis incrementum* h. e. cui Iupiter favet, adspirat. Ita apud Soph. Electr. 165 *Διὸς βήματι*, *gressu, quem Iupiter tuetur. W.*

50 Cum varia sit loci interpretatio, tenenda sunt saltem haec: Enarrantur prodigia, quibus instans rerum mutatio portendatur. Videtur sibi poëta iam videre ac sentire orbem terrarum concus-

ıt; vos coruli testes et flumina Nymphis;
ı conplexa sui corpus miserabile gnati
deos atque astra vocat crudelia mater.
lli pastos illis egere diebus
a, Daphni, boves ad flumina; nulla neque amnem
t quadrupes. nec graminis adtigit herbam.
ıi, tuum Poenos etiam ingemuisse leones
um, montesque feri silvaeque loquuntur.
ıis et Armenias curru subiungere tigris
it, Daphnis thiasos inducere Bacchi,

: vulgo. Quid si *astra cru-*
cat, h. invocat, inclamat,
astra incusat? *H. deos*
:st implorare, in auxilium
deos crudeles vocare in-
ɔb praematurum filii ex-
Utra explicatio apta sit,
Mater eius fuit nym-
V.

ɔn pastores prae luctu ar-
d pascendum, nec post pa-
flumina egerunt. Mosch.
24: Nemes. II, 29 atque
impasta per illos dies. —
ıinis herbam pro gramine
et Ovid. Met. X, 87: Liv.
ctam esse, ut *cytisi, loti,*
nempe cum de virenti
fruticis cuiuscunque agi-
i noto poëtarum more pro
aminea dictum malis, cum
ipsum inter herbas vulga-
ı sit. Plin. XXIV, 19.

ıntesque feri silvaeque lo-
Montibus et silvis vocem
ı notum est, et, si *ingemu-*
ıtes silvasque dixisset aut
t *loqui*, eodem, cum isto,
ihil offenderet. cf. v. 62.
est: *montes et silvae me-*
'eones ingemuisse. Itaque
est poëta paullo durius
se idem illud, quod ante
coruli testes et flumina
; testantur leonum gemi-
tes ex auditu. *Leones* pa-
xstinctum deflere, ad lu-
rbitatem augendam ma-
νότητα habet; nec de eo
cogitandum, quod Daphnis in Sicilia obiit. At *Afros* pro epitheto ornante accipias, ut mox *Armeniae tigres* et supra *Cydonia mala.* Circumspectius hunc colorem servasse videas Moschum in epicedio Bionis, quod ante oculos habebat Virgilius, cum Daphnidem scriberet, uti Virgilium Nemesianus Ecl. I, 72—74. *H.* Et Theocritus *leones* Daphnidis mortem deplorantes fecit I, 72. *Τῆνον χὠ κ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα. W.*

29 Haec et sqq. simpliciter ita interpretanda sunt, ut ad augendas eius laudes et amplificandam dignitatem Daphnidem unum ex Bacchi commilitonibus et sociis fuisse fingat, qui sacra Bacchi instituerit inter pastores, atque caerimonias in Liberalibus sollennes exhibuerit, inter quas Bacchi res gestae in primisque ad Indos expeditio, unde ille curru tigribus iunctis rediit, repraesentari solebant. Bacchum autem curru tigribus iuncto vehi, innumeris monumentis constat. cf. Montfauc. *Ant. expl.* Vol. I. tab. 158. *H.* Inde a versu 29. docemur, quam egregie Daphnis de humanitate inter pastores instituenda et promovenda meruerit, ut tanto luctu dignus fuerit habitus. Particula *et*, alia eius merita omitti, significatur; *curru* pro currui. *W.* — 30 *thiasos inducere Bacchi* accipio pro simplici *ducere* choros bacchantium, quales saepe in anaglyphis et gem-

Et foliis lentas intexere mollibus hastas.
Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
Tu decus omne tuis. Postquam te fata tulerunt,
Ipsa Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
Grandia saepe quibus mandavimus hordea sulcis,
Infelix lolium et steriles nascuntur avenae;
Pro molli viola, pro purpureo narcisso
Carduus et spinis surgit paliurus acutis.
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
Pastores, mandat fieri sibi talia Daphnis;
Et tumulum facite, et tumulo superaddite carmen:
Daphnis ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
Formosi pecoris custos, formosior ipse.

MENALCAS.

Tale tuum carmen nobis, divine poëta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per aestum

mis. — Versu 31 thyrsum describit, quem bacchantes gestabant.

32—35 Ex Theocr. VIII, 79—54. Ornavit hanc luctus descriptionem Moschus Idyll. III, 66. — *fata tulerunt*, abstulerunt. cf. IX, 51. Hom. Il. β, 302 οὐς μὴ Κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. — 35 *Pales et Apollo*, Nomius, *agros reliquerunt*, deliciis suis, Daphnide inquam, sibi ereptis, ut solitudinem agrorum fugerent. Summo cum affectu haec ad iacturae magnitudinem dolorisque gravitatem dicta sunt. *H.* Deos cum iis, quos fovent, venire et abire, poëtae fingere solent. Tibull. II, 3, 3. 4. et II, 6, 2. 4. *W.* Cum ea morte inque agrestium deorum discessu agros summa sterilitas occupare debuit; ita versuum sequentium sententia exoritur. — 36. 37 In iis sulcis, quibus *hordea*, quod hic omnino pro quovis frumenti genere dictum, serebamus, *lolium infelix* (infecundum, ut contra *felix seges*,) *Lolch* et *avenae*, vani culmi vitiosi frumenti, *Flughaber*, nascuntur. — 38 *Pro molli viola* v. Theocr. I, 152 sq. *purpureus narcissus*, a purpureo calyce. Alii ex Diomede grammatico *purpurea* praetulerunt. cf. Theocr. I, 153. — *paliurus* fruticis spinei et rubi seu rhamni genus, *Stechdorn*.

40—44 Funebrem honorem et tumulum Daphnidis indicit. *Spargite humum foliis.* Haec, nisi de florum ac frondium sparsione exponi nequeunt. Horat. Od. III, 18, 14. *Spargit agrestes tibi* (Fauno) *silva frondes.* cf Ecl. IX, 19. Tumulum iuxta fontem factum intellige. Sic in honorem defuncti pastoris, noto more, humus floribus et frondibus spargitur, ac circa tumulum arbores seruntur. cf. Nemes. I, 64 sqq. — 43 Theocr. I, 120 sqq. quos versus mireris Virgilianis posthaberi. *hinc usque ad s. notus*, in pastoritio carmine non placet. At conf. Theocr. VII, 93.

45 v. Theocr. I, 1 et 7. etc.: VIII, 82. 83. *H.* Praeferenda videtur Probi Grammatici et codicis lectio *Tale tuum nobis carmen*, quod in vulgari positura verborum, ubi vocabulo *nobis* potestatis vis per metrum additur, male *Menalcas* et *fessi* opponuntur.

aquae saliente sitim restinguere rivo;
lamis solum aequiparas, sed voce magistrum.
iate puer, tu nunc eris alter ab illo.
men haec quocumque modo tibi nostra vicissim
ius, Daphninque tuum tollemus ad astra;
iin ad astra feremus; amavit nos quoque Daphnis.

MOPSUS.

idquam nobis tali sit munere maius?
:r ipse fuit cantari dignus, et ista
ridem Stimicon laudavit carmina nobis.

MENALCAS.

lus insuetum miratur limen Olympi
:dibusque videt nubes et sidera Daphnis.
ılacris silvas et cetera rura voluptas
ue pastoresque tenet Dryadasque puellas:
ipus insidias pecori, nec retia cervis
olum meditantur; amat bonus otia Daphnis.
etitia voces ad sidera iactant
i montes: ipsae iam carmina rupes,

vo aquae poëtis perpetu- ibull. I, 1, 28. Lucret. II, cl. VIII, 87. *H.* nisi quod prie locutus est Maro.
esset restinguere sitim i. cf. Pers. prol. 1. *Nec ıbra prolui caballino. W.*
d etiam *voce,* cantu, maar es. cf. v. 2. — 49 cf. I, 5. 4. 5. — 51 *tollemus* ı, h. in coelum et inter ıblatum canam; nisi simsit: celebrabimus, ut IX, ıp. v. 43. *H.* 54. 55. Et arım mihi placet, et tua artractatio per laudes alioı mihi nota est. *W.*

m Daphnis deus factus ur; itaque ei, tamquam ımini agresti, omnia tri-, quae sive a deorum olim s praesentia repetebantur, rum honoribus institui so- Locus autem longe dul- : Daphnis nunc in Olympum receptus est, 56. 57; quo eventu laetatur omnis rerum natura — 64; eique, tamquam deo, sacrum indicitur. — 80. *Candidus,* splendens, micans, ut sidus. — 58 *alacris* ratio poëtica cum *voluptas* iungi docet. *H.* Forcellini *silvas alacres* h. e. laetas iunxit; de qua prolepsi Schaefer ad Theocritum p. 215. egit. *Cetera* bene adiectum; nam *rus* silvas et pascua complectitur. *W.*

60 Illa silvarum et agrorum laetitia esse non poterat sine securitate; quam per *otia* declarat. Ab hac igitur enuntiationem mutuatur poëta. Et v. 62 omnium rerum naturae ea laetitia communis esse ponitur. Ductum autem ex Theocr. XXIV, 84. 85. videtur, ubi, Hercule inter deos recepto, lupus non amplius insidiatur hinnulo. — 63 *Intonsi montes* sunt silvosi, incaedui. Aliter accipies *tonsae valles* Ge. IV. 277. *tonsa humus* Ovid. Rem. 192. —

Ipsa sonant arbusta: deus, deus ille, Menalca,
Sis bonus o felixque tuis! en quatuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phoebo.
Pocula bina novo spumantia lacte quot annis
Craterasque duo statuam tibi pinguis olivi;
Et multo in primis hilarans convivia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si messis, in umbra,
Vina novum fundam calathis Ariusia nectar.
Cantabunt mihi Damoetas et Lyctius Aegon;
Saltantis Satyros imitabitur Alphesiboeus.
Haec tibi semper erunt, et quum sollemnia vota
Reddemus Nymphis, et quum lustrabimus agros.
Dum iuga montis aper, fluvios dum piscis amabit,
Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadae,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
Ut Baccho Cererique, tibi sic vota quot annis
Agricolae facient; damnabis tu quoque votis.

64 O Menalca, ipsa arbusta resonant: Deus, deus ille! *H. sonant carmina* h. e. edunt cantus, quibus Daphnin venerentur ac laetitiam prodant, ut 62 *montes laetitia voces iactare* dicuntur. *Sonare carmina* tribuitur lyrae apud Horatium Epod. IX, 5. Laetitiam illam animadvertit Menalcas; ei igitur rupes et arbusta acclamare finguntur: *deus, deus ille, Menalca. W.* — 65 *felix* est propitius. v. Serv. et Intpp. Adde Aen. I, 330. — 66 Sacrum ei annuum promittit. *duas altaria Phoebo*, duas aras, Phoebo quae sint altaria; ut, quod discrimen inter utrumque esse proditur, poëta sequatur, Phoeboque tamquam ex superis diis, altare, Daphnidi, heroi, aram dedicet. Non tamen placet in poëta ista grammaticum fortasse decens subtilitas. — 67 *novo lacte*. v. ad Ecl. II, 22. Describit autem 67. 68. libationem, Daphnidi, tanquam heroi, faciendam, lacte, oleo et vino, qualem Theocr. V, 53. 54. — 69 — 73. Ex multo suaviore loco Theocr. VII, 63 sqq. adumbratum. Etiam in ceteris sollennibus ac festis diebus, seu hieme seu aestate celebrandis, inter epulas sacras in Daphnidis honorem *vino libabit*. — 71 *Vina Ariusia* ex promontorio et tractu Ariusio in Chio insula. — *novum nectar* fuit scilicet vinum dulce, ut statim a vindemia eius usus esset. *Calathus* h. l. vasis et calicis genus. — 72 *Lyctius* a Lycto, urbe Cretae. Theocr. l. c. 71 — 73 Inter epulas saltationes rusticae habebuntur.

74 Duo festa insigniora memorat, festum Nympharum et lustrationis agrorum. *quum sollemnia vota reddemus Nymphis*. Id fortasse, messe facta. cf. v. 70. — *Lustratio agrorum*, sive ambarvalia moribus quidem Romanis fiebant sub casum hiemis, iam vere sereno. v. Ge. I, 340 et ad Tibull. II, 1 pr. Fatendum tamen, ad Siculos potius ritus haec accommodata haberi et Siculorum sacra agrestia intelligi debere. Nam Romanos sollenne Nympharum instituisse ignoramus. *H.* — 76. 77 Sensus vocabuli *semper* simplici imagine: dum rerum natura eadem erit, commode enuntiatus est. cf. Tibull. I, 4, 65. 66. *W.* 77 *dum rore cicadae* antiqua opinio. Theocr. Idyll. IV, 16: Scut. Herc. 395. *H.* De *dumque — dum* vid. VI, 67. *W.* 79. 80 Referetur Daphnis in deorum agrestium numerum. *damna-*

MOPSUS.

ae tibi, quae tali reddam pro carmine dona?
n neque me tantum venientis sibilus Austri,
percussa iuvant fluctu tam litora, nec quae
osas inter decurrunt flumina valles.

MENALCAS.

te nos fragili donabimus ante cicuta.
c nos, Formosum Corydon ardebat Alexin,
c eadem docuit, Cuium pecus? an Meliboei?

MOPSUS.

n sume pedum, quod, me quum saepe rogaret,
tulit Antigenes; et erat tum dignus amari;
mosum paribus nodis atque aere, Menalca

u quoque votis, h. eo, quod
a homines earum, quas a te
ti erunt, compotes facies,
abis eos ad vota, quae ea quasi
onditione fecerant, solvenda.
ula sollennis: *damnatus voti*,
t *dam. voto* dicitur.
veniens Auster est oriens,
incipiens. cf. Aen. X, 99.
ri venti. — 83 Certavit cum
cr. I, 7. 8. — 85 *ante*, quam
tu me dono ornes; versus 81 respicitur. Commendat fistulam, ut magistram carminum II. et III, quorum exordia hic posita. Ita Aeneis a Martiale VIII, 56, 19. exordio *Arma virumque* posito, adde eiusdem XIV, 183. laudatur. Unde coniectura haud temeraria profecta est, Virgilium ipsum sub nomine Menalcae latere; cf. Ecl. IX, 10. — 88. cf. Theocr. VI, 43. 44.

ECLOGA VI. SILENUS.

ARGUMENTUM.

xordio Eclogae, quae Varo *inscribitur, Virgilius, carmine haud feliciter tractato, redire se ait ad bucolicum, Vari bus satis profuturum.* 1 — 12. *Inde narrat, Satyros duo Aegle Nympha Silenum dormientem aggressos coegisse, rmen diu promissum caneret.* 30. *Cuius argumen- mythicum summatim exponitur.* 31 — 86. *Attigerat Silenus fabulas cosmogoniae;* 31 — 40. *et tempora usque iluvium Deucalioneum.* — 42. *Inde ad heroum aetatem essus, Argonautarum expeditionem;* 43, 44. *Pasiphaes cem amorem* — 60. *poma Hesperidum et Phaëthontem*

—63. *Grynei luci originem, Galli poëtae laude ad*
—73. *Scyllam* —77. *denique Tereum et Philomelam*
cecinerat. Vespere ingruente, Silenus finem canendi fa
Felix in huius Eclogae argumento, a poësi bucolica ne
horrente, eiusque tractatione fuit Virgilius. Iucund
enim, dulcissimis, ac pulcherrimis rerum imaginibus
haec narratio distincta est, ubi Silenus ex antiquissi
poëtarum ac philosophorum rationibus originem rerum
atque per fabulas ornatum poëticum maxime admittent
gatur. Non enim, quare ad Epicuri potissimum placita
sqq. referam, video; quid, quod quatuor elementa, e
universum ibi construitur, quae ad Empedoclean ra
pertinent, ab Epicureorum principe Lucretio I, 717. *exa*
tur? Et nititur tota de Virgilio Epicureae philosophi
ctatore fabula fide Pseudodonati et Servii, hoc est, v
morum hominum, qui grammaticorum nomina mentit
Fuit autem antiquissima aliqua fabula de Sileni philo
et reconditioribus disputationibus super natura et m
Locus erat hac de re classicus in Theopompi Thaumasii
excerpta particula apud Aelian. Var. Hist. III, 18, *u*
Intpp. et quos laudant. Virgilium eas tantum fabulas
tum esse apparet, quae et frequentatissimae in veterum
nibus essent, et ornatum poëticum in primis admitterent
que alias disertius exponit, aliarum non nisi argumento
memorat, et delectationi adeo studet, ut inter antiqua
fabulas Galli sui meminerit. Quis Varus fuerit, cui ho
men inscriptum, cuiusque Ecl. IX, 26—29 *meminit,*
liquidum perduci posse puto, cum tot gentium, ut Quin
Pompeiae, Atiae, Liciniae, cognomen illud fuerit, n
aliis scriptoribus de hoc Varo quidquam memoriae pr
sit. Ex Virgilio haec colligi possunt: fuisse Maroni
benevolentissimum, rebus bellicis 5. 6. *clarum, et magn*
ritis in Mantuanos in agris eorum a militum iniuria
candis conspicuum, pro quibus IX, 27—29. *nominis i*
talitas ei promittitur. Quae praeterea de hoc Varo ex
mentis grammaticorum vel de coniectura disputata sun
congesta atque examinata in Excurs. II. p. 192, *et ap*
Vossium p. 290—293.

Ceterum pro Silenus *in aliis praescriptum est* Varus, *tam inscriptionem versu* 12. Quam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen *male defendi video.* Varo *saltem* ...*lius conveniret, quam* Varus.

...rima Syracosio dignata est ludere versu
...stra, neque erubuit silvas habitare Thalia.
...uum canerem reges et proelia, Cynthius aurem
...ellit, et admonuit: Pastorem, Tityre, pinguis
...scere oportet ovis, deductum dicere carmen.
...nc ego; namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
...re, tuas cupiant, et tristia condere bella;
...grestem tenui meditabor arundine Musam.
...on iniussa cano. Si quis tamen haec quoque, si quis
...ptus amore leget, te nostrae, Vare, myricae,
...e nemus omne canet; nec Phoebo gratior ulla est,
...uam sibi quae Vari praescripsit pagina nomen.
Pergite, Pierides. Chromis et Mnasylos in antro
...lenum pueri somno videre iacentem,

...r *Syracosio — versu*, Theocri-
..., v. Ecl. IV, 1. — *Prima* intel-
...unt, significare Maronem e Ro-
...nis se primum ad tenue hoc
...minis genus descendisse. Me-
...s de eius aetate accipias, quod
adolescentia iis carminibus se
...lit, non epicis (v. 3 *reges et proe-*
...), a quibus revocabat eum Apol-
H. Tum *Thalia*, ut *Musa*,
... cantu dicitur *W.* — 2 *silvas*
...bitare, ad genus bucolicum re-
...tur. v. ad Ecl. IV, pr. Adde 1,
— *Thalia* omnino pro Musa
...ta videri potest; nisi ea proprie
... memorata est, quia bucolica
...s fidei ac praesidio credita ha-
...entur. cf. Schol. Apoll. Rhod.
..., 1. — 3 *aurem vellit*, notus ad-
...nendi mos, qui etiam in gem-
... expressus. — 5 *deductum car-*
...*n*, tenue, ut pastoritium, esse, ex
... sententia apparet; a lana in
...m deducta est hoc petitum. Ex
...anio et Cornificio usum vocis
...strat Macrob. VI, 4. p. 595. 96.
...l proprie de quocunque car-
...e usurpatur *deducere*. *H.* Iuv.
..., 54. *qui nihil expositum soleat*
...*ucere*, ubi vid. Rupert. *W.*

6 *qui dicere laudes tuas cupiant*, qui carmen epicum condant. Magna vero cum venustate rem ad Vari laudes trahit, quasi hoc epici carminis argumentum constitutum habuisset. *H.* Et ita esse, H. Vossius statuit. *W.* — 7 *tristia*, epitheton bellorum perpetuum, nec singularem vim h. l. habet. — 8. cf. I, 2. — 9 *Non iniussa cano*, sed ab Apolline iussa; cf. Ecl. VIII, 11 tenui ea quidem carmine; si tamen non infeliciter a me elaborata erunt, ut sint, quibus placeant, haec ipsa quoque laudes tuas ornabunt. — 10 *myricae — nemus* pro rure et pastoribus. cf. ad v. 2 et Ecl. IV, 2. *Pagina* pro carmine ausus est hoc loco primus Virgilius. *H. Pagina sibi praescripsit* pro vulgari: pagina, cui praescriptum est. *W.*

13 *H. Pergite P.* Agite, favete Musae. *W. Chromis et Mnasylus.* Faunorum vel Satyrorum nomina esse necesse est. Exstant eiusmodi silvestrium horum numinum lusus passim in monumentis veterum. *H.* 14 *somno iacentem*, καθ' ὕπνον κατακλιθέντα Soph. Philoct.

Inflatum hesterno venas, ut semper, Iaccho:
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et gravis adtrita pendebat cantharus ansa.
Adgressi; nam saepe senex spe carminis ambo
Luserat; iniiciunt ipsis ex vincula sertis.
Addit se sociam timidisque supervenit Aegle,
Aegle, Naiadum pulcerrima; iamque videnti
Sanguineis frontem moris et tempora pingit.
Ille dolum ridens: Quo vincula nectitis? inquit.
Solvite me, pueri, satis est potuisse videri.
Carmina, quae voltis, cognoscite; carmina vobis,
Huic aliud mercedis erit. Simul incipit ipse.
Tum vero in numerum Faunosque ferasque videres
Ludere, tum rigidas motare cacumina quercus.
Nec tantum Phoebo gaudet Parrasia rupes,
Nec tantum Rhodope mirantur et Ismarus Orphea.

50. — *Iaccho* pro vino Columella etiam X. 309. *madefactus Iaccho.* *W.* — 16 *Serta procul tantum c.* Hoc in loco *procul tantum*, quo modo bene iungi possit, difficile dictu est. Omnibus expensis, ita statuo, ut Graece dictum accipiam δεικτικῶς, ut πόῤῥω τόσον, ut saepe τόσον et τοῖον etiam apud Homerum. cf. Od. o, 404. 480. Graecum esset: Κρατὸς ἄπο τόσσον, h. ἄποθεν τόσσον, tantillum, non adeo longe. Alii *tantum* pro *modo* cum *delapsa* iungunt. (Laudatur Valer. Flacc. VIII, 289. *Et tantum deiecta suis a montibus arbor.* at ibi certe male ita accipitur *tantum.* *W.*) *capiti* Graece pro a capite. *H.* Ita Ovid. Met. VI, 592. *lateri vellera dependent.* *W.* *procul iacebant*, ut Prudent. Psychom. 687. *Scissa procul palla structum et serpente flagellum Multiplici media camporum in strage iacebant;* et *longe lapsum temone* Aen. XII, 470. — 17 *gravis cantharus*, vino plenus, inquit Burmannus; malim omnino vas magnum et capax designari. *pendebat* sc. semisupinus, tantum non eversus, *attrita ansa*, frequenti usu.

19 *vincula sertis*, quod Satyri illi Silenum vinciunt, ad notam antiquitatis opinionem, vates, qui canere recusent, per vincula ad id cogi posse, ei, qui Proteum a Menelao vinctum hunc ipsum Silenum ita ad Midam olim perductum recordabitur, referendum esse constabit. 21 *iamque videnti*, expergefacto. Causam pingendi afferunt sive locum ac petulantiam, sive honorem, quod antiquissimo more, qui deinceps in deis agrestibus perstitisse videtur, deorum simulacra minio pingebantur, cf. Ecl. X, 27. Praeferendum prius, petulantiam Nymphae repraesentari. — 24 *satis est potuisse videri*, videri me vincere potuisse. *H.* Ad dicendi genus comp. Ovid. Heroid. XII, 75. *Perdere posse est est, si quem iuvet ipsa potestas.* *W.* — 26 Huic *aliud mercedis erit*, vis non ingrata puellis.

27 *in numerum*, ad rhythmum saltare. *Servi ἐν ῥυθμῷ, κατὰ ῥυθμὸν ὀρχούμενοι* ad numeros, motus et gressus. — 29 — 30 *Nec tantum* — quantum illa, quae v. 27. 28. memorata fuerant, cantu Sileni. Non autem carminis dulcedo in modorum quaerenda concentu, sed in argumenti mythici novitate et fabularum suavitate. *H. mirantur*, Usum praesentis pro perfe-

Namque canebat, uti magnum per inane coacta
Semina terrarumque animaeque marisque fuissent
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis
Omnia et ipse tener mundi concreverit orbis
Tum durare solum et discludere Nerea ponto
Coeperit, et rerum paullatim sumere formas:
Iamque novum terrae stupeant lucescere solem,
Altius atque cadant submotis nubibus imbres,
Incipiant silvae quum primum surgere, quumque
Rara per ignotos errent animalia montis.

cto in comparatione notabis. Conf. Tibull. II, 4. 55. *quidquid habet Circe. W.*

31 Ex Apollonii Argonaut. I, 490 qq. petitum hoc exordium. Adde Lucret. V, 456. argumentum frequens vetustissimorum carminum e rerum origine ex elementis iisque antea confusis. *coacta* dixit semina, quae passim per vacuum erebantur, nunc ad quatuor rerum genera seu elementa reducta. *magnum inane*, et *anima* pro aëre, *liquidus ignis* Lucretiana ora. *H. primis* h. e. elementis Lucret. IV, 187. *exordia*, quae primum elementis coactis enata sunt. *tener orbis*, ut *tenerae res* Lucret. I, 179. 180. *Dum tempestates leunt, et vivida tellus Tuto res teneras effert in luminis auras.* Ge. II, 343. *Chaos enixum terras* xit Manil. II, 13. *orbemque sub o Infantem; primum titubantia dera corpus. H. tener* ad elementa coeli tenerrima retulit Vossius. *W.* — 35 *Tum durare solum et d. Cecinit* tum, *ut* terra coeperit indurescere et solidari, que aquas discretas et a superficie intra certos fines et littora pulsas mari includere (cf. Lucret. V, 439. 448. 454. 488 498 sq.) 39. paullatim herbis arboribusque estiri. cf. Lucret. V, 731. *H. durare*, duritiem sumere, neutrorum ore; de quo usu, si idem metamorice positum *se obfirmare* frequenter notare recordaberis, vix it, quod dubites. *W. formae rerum* sunt ea, quae, exclusis aquis, in superficie telluris apparuere. — 37 *stupeant — cadant* etc. tempus praesens pro praeterito: canebat, ut stupuerint, ceciderint etc.; sed valet hoc ad vividiorem orationem, ut quasi in rem praesentem adducamur. Dicta vero haec ornate pro: ut sol et coelum factum sit. *H.* Iunge, *cadant nubibus submotis altius* h. e. quae tum altius levatae erant. Iam coepisse et solem splendere et pluviam decidere, canit Maro. — *cadere nubibus*, ut Ovid. Metam. XI, 516. *cadunt nubibus imbres.* Constructionem vid. ad Tibull. I, 6. 53. illustratam. Ceterum consecutio temporum *canebat ut — fuissent — concreverit — coeperit — stupeant*, erunt, quibus singularis prorsus videatur. Nam ad *perfectum* et *praesens* requiritur *canit*, non *canebat*. Sed ubi dicta vel sensa referuntur, verbi narrandi cogitandive, unde illa pendent, vel praesens vel praeteritum usurpatum est, aut usurpari potuit. Hinc, quum scriptores ad id tempus, quod eligere poterant, non vero usurpaverant, verborum sequentium tempora dirigere haud cunctati sint, tot *orationis obliquae* mutationes et variationes repetendae sunt. *W.* — 39 *Incipiant silvae* cum primum silvae inciperent enasci cum animantibus. *montes ignotos*, in quibus tum primum ferae vagabantur. Malunt alii ex codicibus duobus lectionem *ignaros*, idem significantem, quod *ignotos*, cf. Aeneid. X, 706. Sed hic usus vocis *ignarus*

Hinc lapides Pyrrhae iactos, Saturnia regna,
Caucasiasque refert volucres furtumque Promethei.
His adiungit, Hylan nautae quo fonte relictum
Clamassent, ut litus, Hyla, Hyla, omne sonaret.
Et fortunatam, si numquam armenta fuissent,
Pasiphaen nivei solatur amore iuvenci.
Ah, virgo infelix, quae te dementia cepit!
Proetides inplerunt falsis mugitibus agros;
At non tam turpis pecudum tamen ulla secuta est
Concubitus, quamvis collo timuisset aratrum,
Et saepe in levi quaesisset cornua fronte.
Ah! virgo infelix, tu nunc in montibus erras:
Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,
Ilice sub nigra pallentis ruminat herbas,

pedestribus quoque scriptoribus, ut Tacito, frequens.

41 Hominum originem iam enarrare debebat; sed, et poëticam rationem et vetustissimorum philosophorum morem secutus, fabulis eam involutam exponit; quas qui singulas vult cognoscere, adeat Nasonem, etiam Apollodorum. Delectare porro narratione pueros et Aeglen puellam instituerat. — *Saturni regnum* ad diversum mythorum genus ordinemque spectat, et Promethei poena pro igni surrepto, quae diluvio Deucalioneo anteriora sunt; sed in tali enumeratione ordinem temporum servare necesse non erat. *H.* Nec pedestres scriptores in factis breviter enumerandis ordinem accurate servarunt. cf. Tac. Ann. I, 10. p. 33. *Antonium Tarentino Brundisinoque foedere et nuptiis sororis illectum;* ubi vid. Lipsium, et Obss. ad Tibull. I, 3, 47. *W.*

43 Ex insignioribus antiquitatis mythis sunt Argonautica et res Herculis. Ex his unus laudatur Hylas, Argo ad Mysiam appulsa, a Nymphis raptus, et ab Hercule frustra quaesitus. *H. quo f.* ad quem fontem. Hylan sive Ascanium fluvium fuisse mythographi tradunt. *clamassent*, nomine vocassent. cf. Aen. IV, 674. *morientem nomine clamat.* — 44 Et Pers. II, 23. *Hylā, Hylă.* Secunda in vocativo, ante vocalem [illegible] Graecorum corripienda, in pr[illegible] verbo arsi producitur, ut Ecl. 24. *Actaeo Aracyntho.* Ad [illegible] rationem et repetitionis [illegible] compara Soph. Elect. 148. *Ἄ Ἄ αἰὲν Ἴτυν ὀλοφύρεται.* Adde [illegible] ler. Flac. III, 596. *Rursus Hyl[illegible] rursus Hylan per longa recla[illegible] Avia. W.* Ad antiquiores my[illegible] referendi sunt Cretenses, in his Europae genus, Minos, nupta Pasiphaë, Solis filia, cf. A[illegible] lod. III, 1. Eius amor tauri mi[illegible] phantasma poëticum, quod or[illegible] poterat. *solatur amore iuve[illegible]* elegans conversio pro eo, q[illegible] simpliciter erat: *Pasiphaes am[illegible] canit*, cf. 62; quae fabula ad re[illegible] praesentissimas imagines revo[illegible] apponitur. — 47 *virgo* h. l., puella, omnino pro femina; [illegible] nupta illa erat Minoi. — 48 *f[illegible] mugitibus.* Insania correptae P[illegible] ti filiae videbantur sibi in va[illegible] mutatae esse, mugiebant, et ar[illegible] se iungi putabant. v. Apollod. 2. 2. Ad morbum hystericum [illegible] malum referendum. Vid. [illegible] *Sprengels Beyträge zur Gesch[illegible] Medicin* I, 2. p. 37. — *H. Sec[illegible]* cf. II, 65. *W.*

52 *erras*, vagaris per mo[illegible] tauri amati inveniendi caussa. ille, spreto tuo amore, tamq[illegible] superbus aliquis puer, *inter he[illegible] ac flores* recubans etc. — 54

Aut aliquam in magno sequitur grege. Claudite, Nymphae,
Dictaeae Nymphae, nemorum iam claudite saltus,
Si qua forte ferant oculis sese obvia nostris
Errabunda bovis vestigia. Forsitan illum,
Aut herba captum viridi, aut armenta secutum,
Perducant aliquae stabula ad Gortynia vaccae.
Tum canit Hesperidum miratam mala puellam:
Tum Phaethontiadas musco circumdat amarae
Corticis, atque solo proceras erigit alnos:
Tum canit, errantem Permessi ad flumina Gallum
Aonas in montis ut duxerit una sororum;

...ntes — *herbas*, γλαγόις, virides. ...n Ecl. II, 47: III, 59: V, 16. *ilex* ...o *nigra* a nigricante virore. — ... *claudite Nymphae*. Ut con-...tatior et acrior reddatur narra-..., ingeniosa orationis conversio-... Pasiphaë exclamans inducitur. ...servari illa iubet silvae exitus, ... taurus, quem quaerit, ad stabu-... armentorum elabatur. — *H.* ...—*ferant*, in his consilium Pa-...phaës. Usui particulae *si*, satis ...ebro, *si* cum Optativo respon-...t. cf. Aen. I, 181. *W.* — 56 *Di-...taeae*: a monte Cretae Dicte. — ...*morum saltus* sunt hic aditus ad ...lvas, angusti fere, asperi et con-...gosi, quae loca proprie *saltus* ...cuntur. cf. Aen. XI, 904. 5. — ...8 *Errabunda bovis vestigia*, h. ...ressus bovis errantis; πλανοδίας ...ός dixit Auctor hymni Home-...ci in Merc. 75. — 60 *Gortynia ...abula* a Gortyne seu Gortyna, ...retae urbe; ut sic, spreta Pasi-...haë, aliam amicam secutus, ad ...abulum vaccae perducatur, cum ...le e Gnossiciis armentis esset. ...x tamen cogit poëtica ratio ...*ortynia* tam anguste accipere; est ...im omnino ornatus caussa ap-...positum, quia res in Creta agitur, ...t intelligenda stabula vaccae nota ...t consueta.

61 Atalantam canit, Schoenei f. ... Ovid. Met. X 560. Novum hoc, ...uod aurea poma ex Hesperidum ...ortis petita sunt. Potest tamen *...esperidum mala* pro *aureis* (cf. III, 71) dixisse. Vulgatior forma est, ex agro Veneri in Cypro sacro illa fuisse apportata. cf. Ovid. l. l. 645. — *H.* *Tum* in enumeratioter positum; *quid?* *quod* apud Ovid. Met. X, 615 — 18, quater, sed melius. *W.* — 62 *musco circ.* h. canit, quemadmodum Phaethontis sorores (Solis, qui *Phaethon* vocatus est Aen. V, 105, unde patronymicum *Phaethontiades*, et Clymenes filiae *W.*) muscoso cortice circumdatae, et in alnos, sive in *larices*, ut communis fabula fert, mutatae fuerint. Dicunt enim poëtae ea *fieri*, quae *facta* narrare volebant, et tribuitur poëtae ac vati, tamquam auctori, id, quod contigisse carmine suo exponit: ut sup. 46. *solatur* et IX, 20. *induceret*.

64 Praeclarum hoc commentum ad Galli laudem. Occupatum eum in re poëtica (ad Musarum recessus errantem) duxit Musa in Heliconem, ubi totus Musarum chorus ipsi assurgit et Linus fistulam Hesiodeam donat. Habuit autem ante oculos fabulam de Hesiodo in Theog. 22 sqq. cf. Nicand. Theriac. 11. 12. — *Permessus* fl. Boeotiae ex Helicone monte descendens. Est hic mons intell. in *Aonas* (pro *Aonios*, ut apud poëtas *Gallus* pro Gallicus *W.*) *montes*, ab *Aonibus*, primis Boeotiae incolis, dictos. v. Strabo IX. p. 615. *adsurrexerit*, honoris testificatio, aevo iam heroico frequentata. Il. α,

Utque viro Phoebi chorus adsurrexerit omnis;
Ut Linus haec illi divino carmine pastor,
Floribus atque apio crinis ornatus amaro,
Dixerit: Hos tibi dant calamos, en, accipe, Musae,
Ascraeo quos ante seni, quibus ille solebat
Cantando rigidas deducere montibus ornos.
His tibi Grynei nemoris dicatur origo,
Ne quis sit lucus, quo se plus iactet Apollo.
Quid loquar, ut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris
Dulichias vexasse rates, et gurgite in alto

533. *H.* Notanda sunt verba *ut Linus*, sine copula adiecta. Cf. V, 77. *dum — dumque — dum*. *W.*

67 *Ut Linus.* Duplici haec modo iungi possunt, aut *pastor carmine divino* pro carminis divini, aut *dixerit carmine divino*, quod praefero. Cur Linum *apio* coronatum dixerit, causa non constat; nisi ad argumentum lugubris cantus in eius mortem spectat, de quo multa vel in Pausania occurrunt. *H.* Malim iungi *past. d. c.* h. e. auctor divini carminis. *W.* De Lino v. Ecl. IV, 56. — *Ascraeus senex* Hesiodus, a vico Boeotiae Ascra. Quod vulgo Orpheo tribuitur, silvas canentem secutas esse, ad Hesiodei cantus praestantiam transfertur.

72 *Grynium, τὸ Γρύνειον*, seu *Grynia*, oppidum Aeolidis in Asia minore, fano et oraculo Apollinis nobile. In magnas difficultates impegit interpretes, quamquam ipsi non satis sensisse videntur, Serviana aliqua lacinia ad h. v. *Hoc autem* (quod de Gryneo nemore narratum erat) *Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem Latinum, unde est illud in fine Ecl. X*, 50. Ibo, et Chalcidico quae sunt mihi condita versu Carmina. Quibus relictis, si ipsa poëtae verba sequare, nihil aliud inde elicias, quam haec: Gallum a Lino Musarum iussu fistulam, quae ante Hesiodi fuerat, accepisse, qua Gryneum nemus caneret. Quo nihil aliud signi cari potest, nisi Gallum aut fab lam ab Hesiodo in parte alia *τῶν ἡσιῶν* memoratam tractas aut ad Hesiodi imitationem scri sisse opus, quo oraculi Grynei Apollinis Grynei fabulae, sa magnum argumentum carmin exponerentur. Vid. etiam Excu III. — 73 Nota forma. cf. Cal mach. in Del. 269.

74 *Quid loquar.* Pergit comm morare Silenii carminis argume tum, non Galli versuum, fabu strictim percensens. Quid loqu ut Scyllam aut ut Tereum mu tum narraverit, h. fabulas de Scy et Tereo. Confudit duas Scyll alteram Nisi, Phorci alteram; qu et alii poëtae fecere. Perie Animadv. hist. c. 9. De sociis Uly sis, dum praetervehuntur, a Scy devoratis nota fabula. — *qu fama secuta est*, quam ferunt, h bentem inguina succincta canib marinis, ex alvo eius prodeuntib infestasse Ulyssis ratem. Ver 75 formam monstrosam Scyll illustrant numi, gemmae in D ctyl. Lippert. Mill. I, 1, 127. 128. alia veterum monumenta. In ve bis praeivit Lucret. V, 890. v etiam Excurs. IV. — 76 *vexas* habuisse hoc vocabulum pau maioris atrocitatis significatum veteres, contendunt et defendu Virgilium Gellius N. A. II, 6: M crob. VI, 7: Serv. ex Probo h Videtur expressisse Homeric

Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis;
Aut ut mutatos Terei narraverit artus,
Quos illi Philomela dapes, quae dona pararit,
Quo cursu deserta petiverit, et quibus ante
Infelix sua tecta supervolitaverit alis?
Omnia, quae, Phoebo quondam meditante, beatus
Audiit Eurotas, iussitque ediscere lauros,
Ille canit, pulsae referunt ad sidera valles;
Cogere donec ovis stabulis numerumque referre
Iussit et invito processit Vesper Olympo.

(λάπτειν. *H. Dulichias* h. e. Ulyssis, *Dulichium*, sive *Dulichia* ex Echinadibus, pro Ithaca Propertius II, 14, 4. cum aliis dixit. — Una tum Ulyssi, secundum Homerum Od. μ, 205. navis supererat. Versus 75 — 77. in Ciri leguntur 59 — 61. *W.*

80 Nota vel ex Ovid. Met. VI. extr. fabula. Poëta eos sequitur, qui Philomelam in hirundinem mutatam esse memorant, quod multi fecere, ut c. Apollod. III, 14, 8. Appositis autem epulis ex Ityis illi membris paratis, (*dapes — dona*) illa cum Procne sorore statim profugit in silvas, insequente cum ferro Tereo. Hinc illud: *quo cursu deserta petiverit.* Tereo instante, sorores in aves mutantur; tum Philomela, hirundo facta, *aedes suas circumvolat*, quasi pristinae sedis desiderio. Ciris 51 *ut — tenui conscendens sidera penna Caeruleis sua tecta supervolitaverit alis.* Ovid. Met. II, 490. *Quo cursu* — et *quibus alis* dicta eleganter pro quomodo. cf. Aen. I, 750. *Et tecta ante sua* iungenda sunt, ut apud Ovid. Met. VI, 490. *quondamque suis in agris.* Hunc in modum omnis loci difficultas tollitur. *H.* H. Vossius eos sequitur, qui Philomelam h. l. in lusciniam mutatam *tecta sua circumvolitasse ante*, quam deserta petivisset, statuerunt, et *dona* ad caput Ityis in ora patris missum refert. *cursu*, ut Aen. VI, 194. de volatu. *quibus alis* ad genus mutationis pertinet. *ante.* Membris ita transpositis pro ordine solito: quibus alis supervolitaverit, et quo cursu deserta petiverit, per particulam *ante* consecutio temporum saepe demonstratur. vid. Pers. II, 31. *Ecce avia — cunis exemit puerum frontemque — lustralibus ante salivis expiat.* Ceterum versus 79. 80. 81. versui 78. *ut narraverit Tereum mutatum*, explicationi adiecti sunt; vid. Not. ad Tibull. I, 8, 57. *W.*

83. Amavit Hyacinthum, Oebali filium, Spartanum, Phoebus. vid. Ovid. Met. X, 162 sqq. ad Eurotae itaque, qui Laconicae fl. est, ripas saepe lyra cecinit. — *meditante*, canente, v. ad Ecl. I, 1. *pulsae*, sc. vocibus, sonis, ut resonarent. *H. referunt*, illa *omnia. lauros*, alii praeferunt *laurus*; regionem Amyclarum ad Eurotam arboribus optimis consitam fuisse, refert Polybius V, 19. *W.*

84 — 86. Silenus usque ad noctem canit. Sed quam ornate hoc poëta extulit! — *numerum referre.* cf. Ecl. III, 34. — *Vesper* est Hesperus, Veneris stella. — *invito Olympo*, quod coelum aegre ferebat, nocte ingruente carmen finiri.

ECLOGA VII. MELIBOEUS

ARGUMENTUM.

Meliboeus pastor narrat, ut, dberrantem caprum quae Corydonem caprarium et Thyrsin ovium pastorem in cantu certaturos, utque Daphnidis, iudicis inter illos hortatu apud eos assederit, cantantes auditurus —20. Corydon primas, Thyrsis secundas partes carmine am e dramatico genere, ita sustinet, ut, quemadmodum E distichis, sic iam tetrastichis seu quaternis versibus c hensa carmina decantent, sena uterque, Corydon divers que argumenti exorsus, Thyrsis similia aut contraria c do. Locus, in quo consederant, est amoenissimus: s brosa quercu a Favonio leviter agitata, inter apum s in vicinia Mincii fluvii, et quidem ea parte, qua arme tum ducebantur. Etiam in hoc carmine putidum est quas allegorias commenti sint interpretes, quum hau nihil aliud spectarit poëta, quam ut ad Theocritei Idy imitationem illud carminis amoebaei genus exprimere narratione pastoris alicuius, qui interfuerat certamini, netur. Hanc eclogam nova arte ao varietate expressit (in Lyca et Milone. *Propertius II,* 34, 67. *hoc car spicit:* Tu canis umbrosa subter pineta Galesi T et adtritis Daphnin arundinibus. *H. Vere anni* 71 *eclogam scriptam esse, sunt qui opinentur.* W.

MELIBOEUS. CORYDON. THYRS

MELIBOEUS.

Forte sub arguta consederat ilice Daphnis,
Conpulerantque greges Corydon et Thyrsis in u
Thyrsis ovis, Corydon distentas lacte capellas,
Ambo florentes aetatibus, Arcades ambo,

1 *arguta ilice,* levi cum susurro ac murmure, seu sibilo venti, agitata. Sic Graecis arbor ἄδει, συρίζεται, μελίζεται, ψιθυρίζει. Expressum vero hoc initium carminis ex Theocr. Idyll. VI, VIII, 1 sqq. Ipsa vero narratio habet summam λειαν et suavitatem. — 4 *aetatibus,* ut poëta dixi

Et cantare pares, et respondere parati.
Huc mihi, dum teneras defendo a frigore myrtos,
Vir gregis ipse caper deerraverat: atque ego Daphnin
Adspicio. Ille ubi me contra videt: Ocius, inquit,
Huc ades, o Meliboee; caper tibi salvus, et haedi;
Et si quid cessare potes, requiesce sub umbra,
Huc ipsi potum venient per prata iuvenci;
Hic viridis tenera praetexit arundine ripas
Mincius, eque sacra resonant examina quercu.
Quid facerem? neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
Depulsos a lacte domi quae clauderet agnos;

florente aetate. — 5 *Et cantare pares*, h. pares cantando; (Ad *cantare* noli supplere carmina; nam v. 69. *victus* declaratur *Thyrsis*; accipe illud pro canere fistula, συρίζειν. *W.*) et uterque amoebaeo carmine praestans, hoc est *paratus* ad *respondendum*, quod in eo genere difficillimum est. Similes igitur ii, qui nunc Italis *Improvisatori* dicuntur. Neque vero illud otiosum, *Arcades ambo*, cum is populus musica maxime delectatus sit; ex ipsa enim legum disciplina vid. Polyb. IV, 20. ad molliendos hominum per urbes non habitantium mores ea arte erudiebantur pueri. Itaque erant inter eos plures, qui ea excellerent.

6 *defendo a frigore*, vindico, tegendo eas stramine, sarmentis etc., ne frigore urantur. Sed hic ea difficultas iam antiquis (vid. *Serv.*) animadversa oritur, quod aestivo tempore res huius eclogae agi videtur, in quo, in primis clementi Italiae coelo, a frigore nullus metus esse potest. Enimvero agi hic de *verno tempore*, ut statuamus, et *umbra quercus* et *arundinis tenerae* mentio, et *apum susurrus* permittit, *depulsi* vero a lacte *agni* et *distentae lacte capellae* etiam postulant; exitu enim auctumnali oves in Italia superiore pariunt. Adderem versus 46, 47, sed vid. ad 53. Ineunte autem vere non raro uri arbores nocturno frigore videmus; et *myrtos* frigoris impatientes esse constat; et regio ista ultra Padum frigidior. cf. Serv. ad v. 47. *H. dum defendo — deerraverat.* Ita Livius 23, 11. *dum haec geruntur — venerat Mago.* tempora componit. Contractio in verbo *deerraverat* similis est contractioni frequenti bisyllabi *deerat*; quem usum, ut inauditum, ad singularem Horatii licentiam contractionibus utendi nollem retulisset Wielandius ad Horat. Sat. II, 1, 17. p. 31. *W.* — 7 *Vir gregis ipse caper.* habet a Theocr. VIII, 49. *ipse caper deerraverat*, itaque et haedi totusque grex; hinc versu 9 *caper tibi salvus et haedi.* Animadverterat eos et in tutum locum compulerat Daphnis v. 9. Sed idem Meliboeus armenta pascebat; quibus adiunctum capellarum et ovium gregem habebat. cf. v. 11 et 15. *H.* Daphnidi armenta tribuit H. Vossius, ego neutri. Pastori suavis prospectus describitur. *W.* — 12 Mincius enim non longe a Mantua lacum efficit, et palustres ripas habet. cf. Ecl. I, 49. 52. et Notas; — *sacra quercus*, respectu quercus Dodonaeae; *habitae Graiis oracula quercus* Ge. II, 16. cf. 24. Ornamenta petita ex Theocr. I, 106. 107. cf. Ecl. I, 54 sqq. 14 Curae domesticae urgebant, at duo praeclari pastores cantu certabant. — *Depulsos a lacte agnos*, h. a matribus, v. Ecl. I, 22: III, 82, itaque

Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.
Posthabui tamen illorum mea seria ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Coepere; alternos Musae meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.

CORYDON.

Nymphae, noster amor, Libethrides, aut mihi carm
Quale meo Codro, concedite; proxima Phoebi
Versibus ille facit; aut si non possumus omnes,
Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

THYRSIS.

Pastores, edera crescentem ornate poëtam,
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro;
Aut si ultra placitum laudarit, baccare frontem

infirmos et curae diligentioris egentes. — *Et certamen erat*, h. e. certantes, qui contendebant inter se, ut Aen. V. 339 *tertia palma Diores*, victor. — 19 *alternos Musae meminisse volebant*. Si haec vera lectio, nec versus ab aliena manu est, in hunc modum exponenda haec est: Musae, *quae amant alterna*, Ecl. III, 59. hanc legem carminis dicebant, ut alternos versus meminissent seu recitarent, h. e. ut versibus alternis canerent. *H.* Ut infinitivus *contendere* habeat, ex quo pendeat, verbum, quale est *coepere*, h. l. necessarium est; itaque versus 19. abesse nequit. In sensu bonitate nil desiderabis, modo usum verbi *meminisse*, e Graeco ductum, teneas. *Meminisse rem* est eam respicere, curare, aggredi, tractare. Hom. Od. γ, 141. ἔνθ' ἤτοι Μενέλαος ἀνώγει πάντας Ἀχαιοὺς νόστου μιμνήσκεσθαι ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης. Noli igitur de hoc sensu cogitare: Musae volebant, versus aliorum aut ab ipsis olim elaboratos cantari. *W.*

21 Quae sequuntur, parva sunt carmina, quaternorum versuum, diversi singula argumenti. cf. Argum. Ecl. 5. *Libethrus* fons cum antro in Helicone. v. Str. IX, p. 629. A. τὸ τῶν Λειβηθρίων νυμφῶν ἄντρον. Musae i Nymphas referri aliis visae si at deae loci, Nymphae, a pas pro Musis invocari poterant. X, 1. *H.* Et Not. ad. X. 11. *pr ma*, ut IX. 35. *digna canere*. — 22 *Codrus* nomen pastoris sup. Ecl. V, 11. — 23 *aut si nc o.* versus facere proximos (ita plico neutrum *proxima*, absc positum) eius versibus, pro, si aequare carmine non licet; *ximus* h. l. dignitate et praes tia, cf. Obss. ad Tibull. III, 5, 5 *sacra*, Cybelae. Ovid. Met. X, 4; aut aequare Codrum vult stor aut omne cantus studium cere. Tum Thyrsis iactanter, perare se Codrum, pronuntiat cum eius invidia.

25 *crescentem poëtam*. D loqui Thyrsin puta. Obtrectat licet laudibus Codri. — 27 *placitum*, plus, quam ipsi plac videtur, immodice et praeter ritatem me laudaverit Codrus autem fascini genus notum, ut modica laude efferantur ea, q quis invideat. — De *baccare*

Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

CORYDON.

Saetosi caput hoc apri tibi, Delia, parvus
Et ramosa Micon vivacis cornua cervi.
Si proprium hoc fuerit, levi de marmore tota
Puniceo stabis suras evincta cothurno.

THYRSIS.

Sinum lactis et haec te liba, Priape, quot annis
Exspectare sat est; custos es pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro tempore fecimus; at tu,

ad Ecl. IV, 19. *H.* Nomen *vates* venerandum esse, et superare nomen *poëta*, et hic locus, quo *vatem futurum* se iactat Thyrsis, nomine autem *poëtae* se nunc iam dignatur, demonstrat, et H. Vossius ad IX, 32. 34. recte notavit. *W.*

30 Mirantur, quod de alieno pastore agat Corydon. Sed fert carminis amoebaei ratio, ut etiam aliorum facta ac dicta exponantur. cf. Ecl. III, 90. 91, 96–99 Sequitur autem epigrammatis genus, seu votum a pastore Micone Dianae factum, cui similia sunt in Anthologia Graeca. Supplendum vero: Micon tibi *dicat*, quod, te propitia, feliciter venatus est. *H.* Epigrammatum est, plura etiam omitti. vid. Arrian. I, 16. f. *W.* — *si proprium hoc fuerit* incertam habet interpretationem, quia ex verbis non diserte apparet, quid sit illud, quod per *hoc* designetur. Cum dedicentur spolia ferae ex felici venatione, illud *hoc* antecedentibus, annexum ad *felicem venatum* referas, qui prioribus nominibus significatur, atque illa verba Miconi tributa interpreteris: si tam felici venatu perpetuo uti contigerit. Idque optimum mihi videtur. *H.* Nec rara sunt loca, in quibus pronomina ad rem referuntur, quam in pronominibus magis significavit, quam eloquutus est scriptor. *W.* *Proprium* aliquid dicitur, quod est perpetuum, seu et fructu certum et stabile ut inf. Aen. VI, 872. *propria haec si dona fuissent.* Alii apud Servium *hoc* ad gregem, quem Corydon pascebat (ita responderet, v. 36. *si fetura gregem supplerverit*), vel ad id, quod v. 21 sq. petierat, ut carmen sibi, quale Codro, contingeret, referunt; sensum autem esse: Micon tibi has exuvias cervi et apri dicavit, o Diana: at ego statuam marmoream, quod maius est, tibi ponam, si proprius ac perpetuus grex hic fuerit. At hoc minus placere potest. De *protomis* ferarum Dianae consecratis et ex arbore suspensis nota res, et notus locus Spanhemii ad Callimach. in Dian. cf. Aen. IX, 407. 408. — Antiquissimo more in statuis etiam marmoreis vestitus coloribus pingi solitus; ita h. l. pedum indumentum. *Cothurno*, quod calceamentum venatorium est, Diana fere in antiquis operibus est conspicua. cf. Aen. I, 337. *evincta* aut pro vincta, aut a pede ad suras usque. cf. Aen. IV, 474. *H. stabis de marmore*, dedicaberis, statua tua dedicabitur marmorea. Similis est usus Graeci verbi ἵζημί τινα χρυσοῦν. Plat. Phaedr. p. 215. σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι, ubi v. Heind. *W.*

33 Etiam hoc epigramma est, Priapi signo affixum; idque votum ei factum. — 34 Idem color in Tib. I, 1, 19 sq. Sat est tibi haec a me quotannis offerri. — 35 *pro tempore*, ut tempus et res

Si fetura gregem suppleverit, aureus esto.

CORYDON.

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblae,
Candidior cycnis, edera formosior alba,
Quum primum pasti repetent praesepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.

THYRSIS.

Immo ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior rusco, proiecta vilior alga,
Si mihi non haec lux toto iam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite iuvenci.

CORYDON.

Muscosi fontes, et somno mollior herba,

ferebat, ἐκ τῶν παρόντων, ἐνόντων, ὑπαρχόντων. — 36 h. si bona ovium fetura erit.

37 *Nerine Galatea.* Nerei et Doridis filia fuit Nympha illa marina, a Polyphemo adamata, quam tamen hic ut amicam suam Corydon, ut vesperi ad se veniat, rogat. Scilicet poëta tantum in hoc elaboravit, ut Theocriteum carmen exprimeret Idyll. XI, 19 sq., uti etiam fecit Ecl. IX, 39 sq. Sic sup. v. 26. *Arcades* pastor memorat, qui inter Mantuanos vivebat. Quamquam hoc ipso minor carminis suavitas esse debet, quod in vera vita istae fabulae minus iucundae sunt. De *Hybla* cf. Ecl. I, 55. *hedera alba* v. ad Ecl. III, 39.

41 — 43. Cum asseveratione Thyrsis amoris sui impatientiam declarat. Per *Sardoas herbas*, batrachii s. ranunculi, *Hahnenfuss*, genus intellige, cuius magnus in Sardinia erat proventus; vis eius caustica, ut, si cruda folia cuti imponantur, pustulas, ut ignis, faciant, Plin. XXV, 13; succus autem potus insanire facit, et inter alias membrorum contractiones eos oris spasmos efficit, ut ridere videantur. hinc de risu Sardonio res notissima. — *amarior*, nam δριμύτ appellat Dioscorides; et hinc a ror *mellis Sardoi*. — 42 *Ru* virgultum breve, acutis folii pungentibus; vid. *Serv.* h. l Ge. II, 413; nostris *Mausd alga*, herba marina vario gen quae tempestate in littus eiici s vid. ibid. — 43 Quanta venu in illo Theocr. XII, 2 οἱ δὲ θεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι! Ovid. Her. XI, 29. *Et nox erat nua nobis. W.* — 64 *si quis dor.* increpat boves: pudeat pastos tam tarde domum pro dere, et me ab amicae ampl distinere. *H.* Formula interp solita, si quem ad recte agend incitandum esse putamus, Iuv III, 154. *Exeat — Si pudor* Ad totum versum conf. X, 77.

45 — 48. Corydon umbrae frigoris iucunditatem aestivo te pore, alter 49 — 52. hyemis le menta ex foco accenso praedicat *somno mollior herba*, ex Theo expressum Idyll. V. 51. εἴρια ὑπ μαλακώτερα. Add. XV, 125. *m lis somnus*, sollenni epith. Ge. 470. non minus ac *mollis herb* hinc comparatio ducta. Ceter v. 45 — 60. cum Theocrito cer

vos rara viridis tegit arbutus umbra,
ım pecori defendite; iam venit aestas
, iam laeto turgent in palmite gemmae.

THYRSIS.

ıs et taedae pingues, hic plurimus ignis
, et adsidua postes fuligine nigri:
tum Boreae curamus frigora, quantum
nerum lupus aut torrentia flumina ripas.

CORYDON.

iuniperi, et castaneae hirsutae;
acent passim sua quaque sub arbore poma;

VIII, 33 sqq. — 46 *arbu-*
l Ecl. III, 82. *rara* vero
ut ut ad naturam arboris
ec patentis admodum re-
, aut ut de tempore ver-
s; aut ut *rara* tantum ad
spectet, propter interval-
ım, ut Ecl. V, 7. Dictum
: *et arbute, quae tegis*
buti, quae tegitis fontes
ba. — 47 *Solstitium pe-*
dite, h. e. solstitium ae-
f. Not. ad G. I, 100, et id
rem ac vim solis, aestivo
a pecore prohibete; pro
pecus a sole, adversus
efendite. Ex Graec. ἀμύ-
λκειν. cf Horat. Od I, 17,
Cat. mai. 53 *uva vestita*
nec modico tepore caret,
solis defendit ardores.
us I, 85. *pellere capiti pe-*
niliter dixit. *W.* — v. 48
ὀργᾶν; quod in Italia fit
propinquante.
ue, ligna, e picea seu pi-
us ex Theocr. XI, 51. —
fuligine n., utpote in
ugurio sine καπνοτόκῃ. —
eocr. IX, 12. 13. et 19. 20.
numerum lupus, ut nu-
ecori parcat (numerus eum
rret. *W.*) Ita nec tor-
t ripas, quin imbribus au-
ndet.
n supra monitum, in his
carminibus, quae per alterna edun-
tur, singulis tetrastichis singu-
las sententias memorari, inter se
diversas et a variis rebus et locis
petitas, uti h. l. sententiam prodit
Corydon, cui nihil cum superiori-
bus commune est. Pastoritia enim
imagine petita ex Theocr. VIII,
41 — 49., hoc tantum eloqui vult:
esse quidem eius loci ac montis
iucundissimam naturam, cum sit
arboribus consitus iisque frugum
plenis, at Alexidis discessu omnem
istam rerum suavitatem tolli. (cf.
Ecl. V, 32 sqq.) Alioqui non pos-
set post memoratam aestatem 45.
et hiemem v. 49, nunc de auctum-
nali tempore agi v. 53. 54., aut ab
eodem pastore amor *Galateae* v. 37.
Alexidis v. 55 et *Phyllidis* v. 63.
iactari. Maiore cum arte et sua-
vitate Popius *Pastoral.* I, 68 sqq.
castaneae hirsutae exteriori cor-
tice seu echino. v. Calpurn. Ecl. II,
83. — 54 v. Theocr. VII, 144. — *H.*
quaque ex emendatione Gronovii
ad Livium III, 22, 6. recepit Hey-
nius, hoc ordine verborum: *poma*
sua sub quaque arbore. H. Vos-
sius lectionem codicum *quaeque*
retinens *sua* monosyllabum esse
posse ex Lucret. III, 1038. *sis* pro
suis ostendit. Et iam summus
Bentleius de metris Terentianis
post. med. contendit, epicis Lati-
norum licuisse *meum, tuum, suum*

Omnia nunc rident: at si formosus Alexis
Montibus his abeat, videas et flumina sicca.

THYRSIS.

Aret ager; vitio moriens sitit aëris herba;
Liber pampineas invidit collibus umbras:
Phyllidis adventu nostrae nemus omne virebit,
Iuppiter et laeto descendet plurimus imbri.

CORYDON.

Populus Alcidae gratissima, vitis Iaccho,
Formosae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo:
Phyllis amat corulos; illas dum Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corulos, nec laurea Phoebi.

THYRSIS.

Fraxinus in silvis pulcerrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis;
Saepius at si me, Lycida formose, revisas,
Fraxinus in silvis cedat tibi, pinus in hortis.

contrahere; unde licentiam in comicos transisse. Et latinum esse credes *poma iacent sub arbore sua*. Itaque lectionem *quaeque* restituendam puto. 55 *rident. Ridere* de rebus dicitur pulchris et venustis ad adspectum. Ovid. Met. XV, 204. *florumque coloribus almus ridet ager*. In Cir. 103. *Purpureis late ridentia litora conchis*. Ecl. IV, 20. *ridenti acantho*. *W*. — 57 *vitio aëris*, int. aestum et nimium calorem. — 58 *Liber p.* aret vinea; exsiccatae sunt nimio aestu vites, folia amiserunt. *Serv*. — 60 *Iupiter* de aëre, ut Ge. II, 325, ex mythis physicis, in quibus Iupiter et Iuno aërem superiorem et inferiorem designant; quod et ipsum vereor ut pastoris ingenio accommodatum sit. *H. Iupiter plurimus* dictum est, ut Ge. I, 187. *nux plurima*; Ge. II, 166. *Italia plurima*. *W*.

65 *pinus in hortis*, pinus sativa, seu domestica et hortensis, Ovidio Art. III, 692. *pinus culta*, πίτυς ἥμερος, arbor semper virens et apibus grata; nobis *Föhre, Zirbelbaum*.

69 Operose docent viri docti per totam eclogam, quantopere in singulis versibus superior Thyrsi sit Corydon, iis tamen fere argumentis, ut, si poëta Thyrsin victorem pronuntiasset, iidem huius iudicii caussas et probationes ab iisdem locis ducturi fuisse videantur. Hoc facile perspicio, Thyrsin esse perpetuum Corydonis obtrectatorem. *H*. Thyrsin, sive laudem sui, sive suavitatem imaginum spectes, postponendum esse Corydoni docet H. Vossius. Neque tamen in illius oratione latinitatem aut ornatum desiderabis. Ceterum cum Thyrsis victus pronuntietur, vides, cur supra v. 5. *ambo* Corydon et Thyrsis, *respondere parati*

MELIBOEUS.

Haec memini, et victum frustra contendere Thyrsin.
Ex illo Corydon Corydon est tempore nobis.*

licantur, non *respondere periti*, ut male coniecit Schrader. *W.*

70 *Ex illo C.* accipiendum: ex eo tempore animo meo Corydon nobilis ille et praeter omnes excellens cantu pastor habetur. Dure tamen quin fieri dicam, totumque versum habeam inertem, a meo sensu impetrare non possum. Sed fortasse a Virgilio profectus non est. Theocriteus, unde expressus, multo lenior, Idyll. VIII, 92 *Κήν τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο. H.* H. Vossius versum etiam bonum iudicavit. Sed quamquam *Corydon* praestantem poëtam significare potuit, acumen tamen repetitionis nominis in pastoritio certe carmine placere non potest. — De locutione *esse alicui* pro existimari ab aliquo vid. Not. ad Tib. IV, 13, 4. *W.*

ECLOGA VIII. PHARMACEUTRIA.

ARGUMENTUM.

Duorum pastorum carmina, alterum ex Theocr. Idyll. III, alterum ex Idyll. II. expressum, recitantur a poëta, tamquam qui ea audierit 1—5. 62. 63. *In Damonis carmine* 17—61. *gravis dolor et aegritudo pastoris alicuius, cui Nisa, amata puella, Mopsum rivalem praetulerat, praeclare exponitur; in Alphesiboei carmine* 64. *ad fin. mulier Daphnin, amatorem suum, a quo se desertam esse putabat, incantationibus magicis ad se revocat. Habendi enim hi sunt lusus duorum pastorum, amores aliorum, non suos commemorantium. Utrumque carmen per se sibi constat, neque ullo ea tenentur vinculo, nisi quod a pastoribus recitantur, qui inter se certasse videntur, si quidem proprie dixit Maro v.* 62. responderit. *Artem et spiritum poëtae in neutro carmine desideres. Nam ipsa incantationis magicae descriptio non abhorrens ab hoc poëtices genere argumentum videri debet; recte enim et ex natura nostra, cum agrorum et silvarum solitudine mire affici animi nostri et ad religionem componi soleant, pastoribus proclivius et proprius in superstitiones et magicas rationes ingenium tribuitur.*

Inscripta vero est Ecloga Asinio Pollioni v. 6—13, *qui anno* 714. *in Illyricum exercitum ducebat, et tum sive*

pedestri itinere Istriam emetiebatur sive maris Illyrici oram legebat, ut ad Parthinos pervenirct, qui versus Macedonicos fines non longe a Dyrrhachio sedes habuere. Ad extrema enim huius anni, quo Pollio consulatum gessit, referenda esse res videtur; nam sequenti anno VIII. Kal. Nov. triumphum de Parthinis habuit Asinius. H. *Ruaei opinionem vid. in Vita Virg. a.* 714. — *Commemoratio* lyncum *v.* 3., *quas in Italia nusquam fuisse testatur Plinius* 28, 8., *cum usu* tibiae, 21. *quam pastoribus Italicis usurpatam esse negant, fecit, ut H. Vossius rem in terra peregrina agi iudicaverit. Eam autem in iugis Pindi collocandam esse, idem et ex* orbi Oetaeo *Hesperi v.* 30, *quae verba proprie ab illo accipiuntur, et ex fitibus magicis, quippe quibus Thessalia famosa, coniecit.* W.

DAMON. ALPHESIBOEUS.

Pastorum Musam Damonis et Alphesiboei,
Immemor herbarum quos est mirata iuvenca
Certantis, quorum stupefactae carmine lynces,
Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis Musam dicemus et Alphesiboei. 5
Tu mihi, seu magni superas iam saxa Timavi,
Sive oram Illyrici legis aequoris; — en, erit umquam

1 — 4 Cantus praestantiam ita declarant poëtae, ut pecudes, feras, inanimata etiam illo moveri et delectari dicant. X, 8. Calpurn II, 10. (*imm. herb.* Hor. Od. I, 15, 30. *graminis immemor. W.*). Flumina requierunt *mutata suos — cursus*, graece pro mutato suo cursu; quamquam *requiescere* cum casu quarto nonnunquam iungi docent interpretes, ut in Cir. 233. *flumina requiescunt cursus.* Calpurn. Ecl. II, 15. ita expressit: *Et tenuere suos properantia flumina cursus.* — *Lyncas* vero in tali carmine, quod ad Siciliam pertinet, nolis esse memoratas.

6 — 13 Pollioni, a quo iussus erat v. 11. carmen bucolicum condere, eclogam hanc inscribit Maro, pollicens carmen maius, quo eius laudes comprehendat; quae duplicis generis sunt, et rerum gestarum v. 8. et operum poëticorum v. 9. 10. Inceptam orationem deserit, interponens ἐνθουσιῶν illa: *en, erit umquam — tibi desinet.* Iunges: *Tu mihi — accipe carmina. H.* Interpunctionem post verba *Tu mihi*, Heynio improbatam, retinui, cum et sententia illa verba ad *accipe* referri postulet, et constructio *accipe mihi* Graeco usu firmetur. Hom. Il. β, 186. δέξατό οἱ σκῆπτρον, *accepit ab illo.* conf. Hermannus in Comment. de metr. Pind. quae collegit p. 273. *W.* Abundat ex more *mihi.* In illis *seu — seu* color ductus ab invocatione deorum: quocunque in loco tu versaris. v. c. Theocr. I, 123. 4. *Timavus.* In Carnorum

lies, mihi quum liceat tua dicere facta?
rit, ut liceat totum mihi ferre per orbem
Sophocleo tua carmina digna cothurno? 10
principium, tibi desinet; — adcipe iussis
nina coepta tuis, atque hanc sine tempora circum
r victrices ederam tibi serpere lauros.
Frigida vix coelo noctis decesserat umbra,
m ros in tenera pecori gratissimus herba. 15
mbens tereti Damon sic coepit olivae:

DAMON.

ere, praeque diem veniens age, Lucifer, almum,

s, inter Aquileiam et Terqui tractus totus saxeus et losus est, apud vicum S. Io-, non longe a castello Duino rin), complures — modo modo novem numerantur entesque inter rupium antra um fontes prosiliunt, qui brevem cursum in unum fluxeunt, quod, vix mille pasviam emensum latum altumno ostio in mare exit. Hinc *us Timavus*. Vid. Aen. I, 244. eum locum Excurs. VII. sqq. *superas* h. e. transcene. III, 270. In bellum Asinie in argumento notatum. uaei, Pollionem redire stas, interpretatione, quam H. us sequitur, *superas* signifivigando praeterveheris Istrif. Aen. I, 244. Tum verba *legis* notant seu longius Nam e Parthinis redeunti m ora Illyrici, deinde Istriae, Timavus, legenda fuit; cf. .VII. 119. Aen. I, 243. 244. *W.*) *s oram legis* secundum litus stionem esse factam ostenneque aliter ex Ionio mari eriora Adriae navigationem ri posse, docuit Wood Ess. sqq. cf. Aen. I, 244. — 7 *en, mquam*. cf. ad Ecl. I, 68. — *ola Sophoclea* — tragoedias Sophocle dignas, sive Sophogravitatem ac maiestatem nentes, ut IX, 35. *Vario et Cinna digna dicere*. Asinium Pollionem tragoedias composuisse, supra vidimus Ecl. III, 84. sq. — 11 *tibi desinet* carmen, Musa, in te desinet; laudes tuae perpetuum meorum carminum argumentum erunt; ita haec exponi malim. cf. Theocr. XVII, 1. — 12 Permitte, ut inter laudes tuas bellicas etiam hic ex poëtico encomio honos tibi accedat, neve Musam meam dedignare. Haec vero quam eleganter expressit poëta!

14 Hoc versu ornatur vulgare: Tempus erat, quum herba est gr. Ovidius Her. X, 7. 9. *Tempus erat, quo — spargitur. Movi*. eadem usus est singula coniungendi ratione. *W.* 16 *Incumbens — — olivae*. Wartonus ita accipit, ut truncо oleae adstantis acclinatus sit; hunc enim moerentis hominis statum esse. Recte vero, modo usus loquendi ferret, ut *incumbere arbori* diceretur, qui eius truncо acclinis staret vel recumberet; et alienum tum epitheton *tereti*. Enimvero nec alterum absonum, ut pedo pastor innitatur; et baculus oleagineus ex more. v. Apollon. Argon. II, 34. et sic in parte librorum Ovidii Met. II, 680. *Illud erat tempus, quo te pastoria pellis Texit, onusque fuit dextrae silvestris oliva, Alterius dispar septenis fistula cannis.*

17 *praeque d.* praeveniens diem age 9, adduc. Aen. II, 802. *surge-*

Coniugis indigno Nisae deceptus amore
Dum queror, et divos, quamquam nil testibus illis
Profeci, extrema moriens tamen adloquor hora.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Maenalus argutumque nemus pinosque loquentis
Semper habet: semper pastorum ille audit amores
Panaque, qui primus calamos non passus inertis.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Mopso Nisa datur; quid non speremus amantes?
Iungentur iam gryphes equis, aevoque sequenti
Cum canibus timidi venient ad pocula damae.
Mopse, novas incide faces; tibi ducitur uxor;
Sparge, marite, nuces; tibi deserit Hesperus Oetam.

hat Lucifer, — ducebatque diem. Tam *dies almus*, ut *lux alma* Aen. I, 306. et al. est, quae recreat, grata, iucunda, *wohlthätig*. Proprie sunt *alma*, quae alunt, ut lac, nutrix, Ceres, et alia; inde quaecunque bona, benefica, utilia, iucunda et grata sunt. Vigilarat vero noctem miser amator. — 18 *Coniugis* simpl. amicae. cf. infr. 66: Aen. IV, 536. (Conf. Broukh. ad Tibull. III, 2, 4. *W.*) *indigno amore*, h. perfido, quo pastoris fides digna non erat; puellae perfidia. — 19 *testibus illis*, ab amica, Nisa, saepe ad amorem testandum vel iureiurando vocatis. — 20 *alloquor*, incusandi eos causa.

21 Versus intercalaris ad imitationem Theocr. I, 64: II, 17. etc. factus. *Maenalios* intell. Arcadicos, pastoritios, quales a pastoribus cani soliti in monte Arcadiae, Maenalo; unde sqq. versus 22 — 24 subiicit. *H.* De *tibiae* usu vid. Arg. *W.* 22 *loquentes*, idem quod *argutae*, vento sonorae; vid. Heins. cf. VII, 1. aut, quod cum Servio melius statuas, resonantes cantu; quia adiectum est: *semper pastorum ille audit amores*. 24 *non passus inertes* esse, sed iis ad canendum primus est usus, ut II, 32. docemur. *H.* Ne in pastore, cui certum est mori, versus 22 — 24, quibus adiectum *Maenalios* explicatur, prorsus displiceant, iis hunc mecum tribuas sensum: Maenalus infelices semper audit amores. — *W.*

26 *datur*, nuptum (ut *traditur* usurparunt *W.*); *quid non speremus amantes?* nihil non nunc exspectare licet. *Sperare*, cf. Aen. IV, 419. generali notione, ut ἐλπεσθαι. Dicta haec cum indignatione et dolore videri possunt, ut illa v. 30, etiam cum sarcasmo. — 27 *Iungentur* amore. Color ductus ex Theocr. I, 132. — 28 *ad pocula*, ad potum.

29 *novas incide faces*, incisis lignis para taedas ad novam nuptam domum ducendam. Epitheton *novas* ornat simpliciter. — 30 *Sparge m. nuces*, qui antiquus in nuptiis Romanorum mos erat, quem poëta ad vitam pastorum traduxit. Spargebantur autem nuces, nupta iam in domum et thalamum deducta, itaque nocte iam orta, quae tuam, inquit, in gratiam solito citius oritur; hoc enim est: *tibi d. Hesperus Oetam.* Catull. LXIV, 328. Haud dubie Graecus aliquis poëta primus hac formula proprie usus erat, qui sui in locis, Oetaeis montibus subiectis, vixit, aut rem in iis locis gestam, si recte coniicio, Pelei et Thetidis nuptias, narravit; inde hoc in sollennem poëtarum usum versum est, et quidem promiscue, modo in ortu, modo in occasu solis ac diei,

› Maenalios mecum, mea tibia, versus.
no coniuncta viro, dum despicis omnis,
que tibi est odio mea fistula, dumque capellae,
tumque supercilium, promissaque barba,
urare deum credis mortalia quemquam!
: Maenalios mecum, mea tibia, versus.
›us in nostris parvam te roscida mala,
:go vester eram, vidi cum matre legentem.
ab undecimo tum me iam ceperat annus;
·agilis poteram a terra contingere ramos.
li, ut perii, ut me malus abstulit error!
Maenalios mecum, mea tibia, versus.
scio, quid sit Amor: duris in cotibus illum
maros, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
›neris nostri puerum nec sanguinis edunt.
Maenalios mecum, mea tibia, versus.
s Amor docuit gnatorum sanguine matrem

rque ab Hespero vel Luci- signari soleret, ut sidus il- Oet- in conspectum veni- retur. Maroni praeivit 2, 7. *Oetaeos ostendit no- nes*. Proprie loquitur cho- nanorum apud Senec. Hero. Et hoc loco proprie loqui m statuit H. Voss vid. .) Porrigitur Oetaeorum i iugum ab oriente versus em. vid. Strab. IX. p. 655. a iis, qui illum tractum ha- , fuere, quibus Veneris seu stella, quoties post solis in conspectum veniebat, eis montibus oriri videri eliace. cf. Culic. 202.

ligno c. cum contemtu ir- am non minus rusticum et e deformiorem esse eum aius caussa periura fieri illa rat; hoc v. 35 a caussa ex- cf. Theocr. XI, 31. *H. quemquam*, nec periurii a deis metuis. *W.*

rcida mala, rore matutino , δροσόεντα. *saepibus in* orto prope saepem. Adum- ivissima in toto hoc genere : Theocr. XI, 25 — 29. — *ab un.* h. duodecimus cf. Ecl. V, 69. *me ceperat*. Uti *anni* accedere, addi, aut nos *ad annos* venire, annos attingere, ita h. l. *annus capit, accipit* eum, qui annum ingreditur. — 41 *Ut vidi, ut p.* ex Theocr. II, 82: III, 42. cum vidi, statim amore exarsi. *error* vero pro insania, hinc pro amore; ut saepe. *H. perii, ut me*. De vocali i non elisa vid. Not. ad III, 6 Add. vers. VIII, 44. et X, 13. *W.*

43 *Nunc scio*, sero scil. Ex Theocr. haec Idyll. III, 15 sq.; sed multo *is* modestius et ex imperiti pastoris persona decentius: *cotibus* pro cautibus. — *Tmarus* Epiri mons, sub quo Dodona, Strabo VII. p. 505: *Rhodope* Thraciae. — *Garamantes*, extremas, ut veteres credebant, Africae supra Gaetuliam partes incolens populus, quem a pastore lactari quis, quaeso, ferat? cf. Aen. IV, 365 sqq. — 45 *edunt*, pro ediderunt, genuerunt, ut in prosa oratione dicendum fuisset. *H.* Etiam poëtae. Et tamen sup. VI, 30 *mirantur* similiter posuit Maro; nec melius *vindicat* Aen. IV, 228. Sed vid. Not. ad Tibull. II, 4, 55. *W.*

47 Haud dubie Medeam filios suos ex Iasone perfido marito ma-

Conmaculare manus; crudelis tu quoque, mater.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer; crudelis tu quoque, mater.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc et ovis ultro fugiat lupus; aurea duras
Mala ferant quercus; narcisso floreat alnus;
Pinguia corticibus sudent electra myricae;
Certent et cycnis ululae; sit Tityrus Orpheus,
Orpheus in silvis, inter delphinas Arion.
Incipe Maenalios mecum, mea tibia, versus.
Omnia vel medium fiant mare. Vivite silvae;
Praeceps aerii specula de montis in undas
Deferar; extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Maenalios, iam desine, tibia, versus.
Haec Damon: vos, quae responderit Alphesiboeus,

ctantem respicit; cuius dum immane facinus ad Amorem refert, refugit simplicis pastoris animus horrore ad memoriam tanti sceleris; itaque ad corrigendum id, quod dixerat, subiicit: *crudelis tu quoque mater*. Etsi enim ad ultima mala impellere infelix amor possit, at tale tamen scelus nemo, nisi ipse immani ingenio sit, suscipiat. Cum tamen semel contra Amorem caussam suscepisset, neque omnem propterea ab eo culpam removeri vellet, in dubitationem incidit ita tamen, ut denique culpam utrique communem esse decernat. Haec ut recte, uti foci, defendi poss arbitror, ita tamquam praeclare dicta extolli nolim. Inest enim ieiuni et inepti lusus nescio quid; nec tollitur illud, si mater Venus sit. — *Improbus* vero nil aliud, quam *crudelis, saevus*, Aen. II, 80: X, 727, unde fere permutatur cum *impius*. cf. Anth. Lat. 1. p. 358. *H.* In verbis *imp. ill. p.* repetes crudelis magis. *W.*

52 — 56 ex Theocr. I, 132 — 136. Nihil est praeter naturam factum, quod nunc non exspectes. 53. *aurea mala* v. ad III, 71. — 54 *myricae* v. ad Ecl. IV, 2. *H. pinguia* vide naturam succini ita Tacito descriptam Germ. c. 45. — *sudent* ibid *tura balsamaque sudantur*. — 55 *certent cycnis*, Graeca constructio verborum certandi, a Latinis recepta. Vid. Obss. Aeschyl. p. 164 sqq Theocr. I, 136, σκῶπες ἀηδόσι γαρύσαιντο. *W.* — 56 *Orpheus in s. h.* Tityrus, rustica cantu, nunc inter reliqua, quae contra rerum naturam fient, erit alter Orpheus et Arion. Poëtica exornatione adiecit utrique determinationem ab externa aliqua ratione: uti Ecl. VII, 68.

58 *medium mare. medium* interdum non ita definite, sed paullo pinguius dici, dudum docuere viri docti; ita est altum mare. Alioquin est quod in mediis terris est; nunc agitur de illuvie aquarum terras obruentium — *vivite*, valete etc.; ducta haec ex Theocr I, 115 — 118. 59 Respicere putantur ad scopulos Leucatae, promontorii, Sapphus iactu nobiles. — *Specula* pro cacumine, ex σκοπιαὶ Expresit autem Theocr. Idyll. III, 25. — 60 *hoc munus*, int. carmen, quod cecinit, non mortem, quae non posset esse *munus*. Respexit ad Theocr. III, 27 et XXIII, 20. 21. *H.* Vossius *munus* laetitiam ex morte explicans, ut acerbe dictum ad Nisam refert. Assentior. *W.*

, Pierides; non omnia possumus omnes.

ALPHESIBOEUS.

r aquam, et molli cinge haec altaria vitta,
nasque adole pinguis et mascula tura.
gis ut magicis sanos avertere sacris
iar sensus; nihil hic nisi carmina desunt.
ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
na vel coelo possunt deducere Lunam;
nibus Circe socios mutavit Ulixi;
is in pratis cantando rumpitur anguis.
ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.

omnia p. o. Alphesiboei
tamquam doctius, recitan-
Musas refert. Caussam
erbium reddit: se ei recin aeque ac superiori carem esse: *Non omnia possumus.* Est autem hoc, quod , carmen ex Theocriti eutria Idyll. II. adumbraulier aliqua venefica inmatorem suum, a se abet in urbem ex agro promagicis sacris ad se revooquitur vero cum Amaacrorum horum adminiparatum sacri magici cumisera amans. Stat ara; aqua lustralis, coronatur ma cum ture accenditur.
quia lanea. cf. Ge. IV, ocr. Idyll. II, 2. — 65 modo de omni herba e o petita, modo de genere ci videtur. — *Masculum* bant veteres optimum ac iesimum; idem *stagonias* m, in guttae speciem rout ex Dioscoride ac Plin.
docent interpretes. — incende. Videtur *olere* notionem augendi habubstitisse denique in une nere, quod incrementum tinuum, seu quod contilicet flammae in fomito unde *adolere* est cremafumi et odoris ex cremata victimae carne vel turè, unde *olere* est odorem emittere Nonnulla de his iam in Periz. ad Sanct. p. 757. occurrere video. Grammatici in explicando voc. *adolere* nugantur. *H.* Forcellinius tamen aliam explicationem praetulit. *W.* — 66 *sanos avertere — sensus.* Serv. a sanitate mutare, pervertere. Scilicet dictum pro vulgari: *ad insaniam amoris* deflectere, ut animus aberret. Theocr. l. l. v. 3. Ὡς τὸν ἐμὸν βαρὺν ἔντα φίλον κατεθύσομαι ἄνδρα, *ut sacro fecto incantem.* — *Coniux* simpl. amator, ut sup. 18; et sic Gr. ἀνήρ, ut Theocr. *carmen* de magica formula.

69 De his teratologiis magicarum artium ad poëtas plurima, ut solent fere in his munifici esse, locа, collegere interpretes; v. ad Horat. Epod. V. et XVII; Lucan. VI, 422 etc.; Tibull. I, 2, 45. et h. l. Cerda aliique; itaque hic pancissimis defungi licebit. — 71 *cantando* pro incantando, fascinando. — *frigidus* ex natura anguium dictum, et male alio trahitur. cf. supra III, 93. — *rumpitur*, diarumpitur. Etiam hoc memorari solitum fuisse, uno Ovidii loco docebimus Am. II, 1, 25. *Carmine dissiliunt, abruptis faucibus, angues.* in quem sensum *rumpi* ut accipiamus, suadet sermonis ratio et usus.

Terna tibi haec primum triplici diversa colore
Licia circumdo, terque haec altaria circum
Effigiem duco; numero deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Necte tribus nodis ternos, Amarylli, colores;
Necte, Amarylli, modo, et, Veneris, dic, vincula necto.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Limus ut hic durescit, et haec ut cera liquescit
Uno eodemque igni, sic nostro Daphnis amore.
Sparge molam, et fragilis incende bitumine lauros;
Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
Talis amor Daphnin, qualis, quum fessa iuvencum
Per nemora atque altos quaerendo bucula lucos
Propter aquae rivum viridi procumbit in ulva,
Perdita, nec serae meminit decedere nocti:

74 Dum haec loquitur, maga imaguncalam, Daphnidis incertum an mulieris, manu tenere eamque tribus filis, diversi quoque coloris, circumdare putanda est. *H.* H. Vossius novem licia, terna unius coloris, intelligit, secutus Cirin 371; sed hoc vereor ut Latinitas patiatur. *Terni* pro tres Aen. V, 560. *W.* — 75 *deus* universe, cum proprie sit Hecate, cui magica sacra fiunt. — 77 *ternos — colores*, tria fila diversi coloris, unumquodque suo nodo, nectit, praefata: sit Veneris hoc vinculum, se velle; scilicet ut ea vim habeant devinciendi amatoris animum. Iubet eam accelerare; cf. Theocr. II, 18. 19.

80 Duas Daphnidis imagines, alteram e limo, e cera alteram, igni admoveri puta. cf. Theocr. II, 28. — *sic nostro D. a.* scil. liquescat molliaturque in amorem mei, obdurescat vero et obfirmetur animo ad constantiam amoris. — 82 *molam*, fur et salem, ut etiam Theocr. v. 18 et 21.; pro sulfure *bitumine* illitas lauros memorat. *H.* Bituminis usus erat in sacris, quae incantamenti aut expiationis causa diis inferis fiebant. Apud Claudianum de VI. cons. Honor. 324. *lumen* (facis lustralis) odorum *sulfure caeruleo nigroque bitumine fumat.* Haec Forcellinius. Bitumine illitas fuisse lauros, verbis Maronis non inest. *W.* — *fragiles* Lucretii VI, 111. auctoritate a sono ex fragore explicant *crepitantes in flamma*. quod ominis loco in hac arbore observabatur. Theocr. I. l. v. 24. cf. Tibull. II, 5, 81. 83. — *in Daphnide, ἐπὶ Δαφνίδι*, in Daphnidem, quod in Daphnidem vertat, ut is eodem modo flamma amoris consumatur. vide Theocr. l. l. v. 23 sq.: Horat. Epod. V, 81. Scilicet magicae hae rationes fere symbolicae sunt, quarum congruentiam et similitudinem physicum aliquem effectum habere, stultitia hominum credidit. *H.* H. Vossius proprie posita statuit verba *in Daphnide;* laurum in imaguncula cerea Daphnidis esse repositam. *W.*

85 cf. Theocr. II, 48 — 51. 87 *Propter aquae rivum.* in prosa: *iuxta aquam rivi.* cf. Ecl. V, 47; ad Tibull. I, 1, 28. — 88 *nec serae — decedere nocti* quasi ab ea cedere iussa; elegantius ad poeticam rationem, quam *sera nocte redire.* Locus omnino pulcherrimus, in quo Varium expressit noster, ut Macrob. docet Sat. VI, c. 2.

lis amor teneat. nec sit mihi cura mederi.
cite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
s olim exuvias mihi perfidus ille reliquit
nora cara sui, quae nunc ego limine in ipso,
rra, tibi mando; debent haec pignora Daphnin.
cite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
s herbas atque haec Ponto mihi lecta venena
e dedit Moeris; nascuntur plurima Ponto.
s ego saepe lupum fieri et se condere silvis
erin, saepe animas imis excire sepulcris,
que satas alio vidi traducere messis.
cite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
r cineres, Amarylli, foras, rivoque fluenti
ansque caput iace, nec respexeris. His ego Daphnin
lgrediar; nihil ille deos, nil carmina curat.
ucite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnin.
lspice; conripuit tremulis altaria flammis
onte sua, dum ferre moror, cinis [illegible] Bonum sit.
scio quid certe est; et Hylax in limine latrat.
edimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?
rcite, ab urbe venit, iam parcite, carmina, Daphnis.

nillima haec sacris magicis Aen. , 495 sqq. 93 *debent haec pig-ra D.* exspectat hoc a defossis b limine vestibus, ut ad eas phnis vel inuitus retrahatur. riavit Theocriteam rationem .v. 53. 54. 59. 60. *Liminis* autem llennis mentio in poëtica oratio-, cum aut admittuntur aut ad-itti cupiunt, aut excluduntur antes. — 95 Lecta in *Ponto*, ae terra pro Colchide usurpa-r (cf. Iuv. XIV, 104. *W.*), venena mmendantur, quia Medea iis usa-at. *H.* Comprobat venenorum lectum, ut Tibullus I, 2, 45. ma-e peritiam. Ad v. 98. cf. Tib. I, 2, . ad 99. Tib. I, 8, 19. *W.*

101 Novum et fortissimum post tera incantationis genus adgredi detur, ut cinerem ex ara in aquam uentem pone caput iaciat: quod artim cum expiationis, fluminis qua viva fieri solitae, ritu, partim cum eo more coniunctum esse puto, quo diis inferis aliquid devovetur; conf. Theocrit. XXIV, 91—94. *H.* Conf. Claud. de VI. cons. Honor. 329. — *rivo* in rivum. Vid. Aen. X, 683. *iacere se fluctibus.* Ita *coniicere* construitur. *W.* — 103 *nihil ille deos*, qui inter incantandum vocati erant. Quandoquidem omni magico ritu nihil adhuc effeci, experiar novissimum. Sed ecce v. 105 priorum effectum animadvertit.

105 Non necesse haec ex alia quam veneficae persona dici. Ipsa simul cum ministra admovere cineri manus poterat. — *Cinis corripuit tremulis flammis*, h. flammae ex cinere moto corripuere aram, exarsere; res ominosa, ut notum. — 107 *Nescio q.* est certe aliquid; evenit, quod veneficio efficere volui.

ECLOGA IX. MOERIS.

ARGUMENTUM.

Ad urbem Mantuam haedulos deportanti Moeri, villico senio iam fracto, (qui homines et ipsi servi erant, v. sup. ad Ecl. I, 28, cf, Cic. Verr. III, 50. §. 119) adiungit se in itinere Lycidas carminum studio flagrans pastor; a quo caussam viae rogatus Moeris calamitates suas, dominique Menalcae iniurias ac pericula inter eundum, id quod aliquantum iucunditatis habet, commemorat; cumque sermo ad Menalcae carmina deductus esset, v. 17. recitat uterque nonnulla ex iis fragmenta ac loca, partim ex Theocrito versa, uti tota carminis forma ex eius Idyllio septimo ducta est; partim ad temporum conditionem v. 27. et 46 sqq. accommodate a Menalca composita. Quo consilio carmen conscriptum sit, Maronisque sub Menalcae nomine, ut supr. V, 85., fortunam et calamitatem in eo adumbratam esse, ex ipso satis manifestum fit. Virgilius, quum anno U. C. 713, agri Mantuani a veteranis, quibus Cremonenses non sufficerent, occuparentur, agellum suum beneficio Octaviani, pro quo ecloga prima gratiam retulit, primo quidem obtinuerat, illiusque incolumitatem fore perpetuam vicini crediderant. 7—10. Sed non ita multo post a militibus illis, Octaviani etiam iussa spernentibus, inscio patrono, possessionibus suis non sine magno vitae periculo eiectus est. 2—4. 16. —II. Sua igitur ut recuperaret, composuit hanc eclogam Maro; atque conditionem indignam poëtae praestantis, dum promissis confidit, miserrime bonis suis privati praeclare expressit. Haec si ponas, et cur maxima pars eclogae 19—50 in laudibus praestantiae poëseos Menalcae versetur, et cur Octaviano ille Caesarem inter deos beneficos referendo adulctur, v. 47., et Vari etiam gratiam quaerat v. 27., sponte patebit. Jam animum mihi adverte ad urbanitatem Maronis, de certis Octaviani promissis, quamquam spe firma mox sua recuperandi nititur v. 55. 67. nil memorantis, nec veteranos vehementer incusantis v 12., et speciem prae se ferentis, se pro agro toto Mantuanorum restituendo laborare v. 27. W. — Alia apud Servium narrata incerta fide nituntur. —

iptum hoc carmen eo anno, quo agri Mantuani et Cremo-ses a veteranis occupati sunt, paulo post primam eclogam. verum est, eclogam primam auctumno anni 713. esse con-ptam, hanc, cum de aestate agatur v. 60. in vernum anni . referri, cum H. Vossio velimus. W). *Carmen spiritum gilii et dignitatem epicam prodit, etsi in summa argumenti idem non multum ingenii agnoscam.*

LYCIDAS. MOERIS.

LYCIDAS.

io te, Moeri, pedes? an, quo via ducit, in urbem?

MOERIS.

ycida, vivi pervenimus, advena nostri,
od numquam veriti sumus, ut possessor agelli
eret: Haec mea sunt; veteres migrate coloni.
ic victi, tristes, quoniam Fors omnia versat,
illi (quod nec bene vertat) mittimus haedos.

LYCIDAS.

te equidem audieram, qua se subducere colles
ipiunt, mollique iugum demittere clivo,
ue ad aquam et veteres, iam fracta cacumina, fagos,
nia carminibus vestrum servasse Menalcan.

MOERIS.

dieras, et fama fuit; sed carmina tantum
tra valent, Lycida, tela inter Martia, quantum

Forma ducta ex Theocr. VII, qq; ᾳ πόδες ἄγον, Theocr. I, 42. *pedes* sc. ducunt. 2 *vivi enimus* sc. eo, ut possessor na agelli nostri diceret; sed sis dura. *H. nostri*, ut servi untur; cf. 12 et I, 8. Sic *tua* . accipe. - 4 *coloni*. Virgilium lligi, docet v. 16. *W.* - 5 *victi*, ressi. afflicti, quibus id, quod is solet, contigit, ut fundos tterent. *quod nec bene ver-* quae res in eius perniciem atur. Interposita haec, ut apud Ter. Ad. II, 2, 17. *quae res tibi vortat male. W.*) — 7 Situm agri Virgiliani puta fuisse hunc, ut ille inde a collium clivo usque ad Mincium fl. et fagos pertineret. cf. Ecl. I, 47 sqq. — *subducere se* colles dicuntur, qui ex alto in planum deducuntur, decrescunt, *sich in die Ebene verlieren*, iidem colles *demittunt iugum molli clivo*, cum dorsum collis molliter declive lenem ad planitiem descensum praebet. v. 9. *fracta* procella et vetustate.

Chaonias dicunt, aquila veniente, columbas.
Quod nisi me quacumque novas incidere litis
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,
Nec tuus hic Moeris, nec viveret ipse Menalcas.

LYCIDAS.

Heu, cadit in quemquam tantum scelus? heu, tua nobis
Paene simul tecum solatia rapta, Menalca?
Quis caneret Nymphas? quis humum florentibus herbis
Spargeret, aut viridi fontis induceret umbra?
Vel quae sublegi tacitus tibi carmina nuper
Quum te ad delicias ferres, Amaryllida, nostras:
„Tityre, dum redeo, brevis est via, pasce capellas,
„Et potum pastas age, Tityre, et inter agendum
„Occursare capro, cornu ferit ille, caveto?“

MOERIS.

Immo haec, quae Varo nec dum perfecta canebat:
„Vare, tuum nomen, superet modo Mantua nobis,

13 *aquila veniente*, irruente. In animo habuit poëta Lucret. III, 751. *tremeretque per auras Aeris accipiter fugiens, veniente columba. Chaoniae* vero *columbae* sollenni epitheto a Dodonaeo luco et oraculo per palumbes edito. Erat autem Dodona urbs Epiri, vetustissimis temporibus a Chaonibus habitatae. cf. Strabo VII. p. 498. C. *H.* Octaviani iussa et voluntatem veterani feroces non satis curasse videntur. *W.* — 14 *quacumque* ratione; nisi augurio monitus fuissem, ut quovis modo iurgia cum veteranis in agros irrumpentibus praeciderem, capitis periculum una cum hero Menalca adiissem. — *cornix* Cic. de div. I, 39. *cornix a sinistra facit ratum.*

18 *solatia r.*, carmina erepta. *H. solatia* carmina Virgilii, quippe qui carmine quinto agricolas consolatus sit, appellari notavit H. Vossius. — *Nymph.* Daphnin flentes. *W.* — 20 *Spargeret* — *induceret*, h. caneret, ut spargeretur — ut inducerentur; aut ut sparsa floribus esset terra, utque fontes arboribus consiti essent, uti Ecl. VI, 62. (Melius accipies *spargeret, induceret* pro: quis auctor esset carmine etc., si memineris iussu Mopsi V, 40. *spargite* — *inducite*. *W.*) Respicit autem Ecl. quintam, in primis v. 20 et 40, ubi vide. Utrumque vero dici, et *fontibus inducere umbras*, et *fontes inducere umbris*, cum per se satis constat, tum docet Burm. ad h. l.

21 *Vel quae* scil. quis caneret ea, quae (talia, qualia) nuper, cum caneres, ex te non sentiente addidici, quando ad Amaryllida te conferebas. *Amaryll. del. n.* Aut communem utriusque amicam dicere voluit, aut meam amicam, quod posterius magis placet. *H.* R. Vossio, Moeri canenti tribui quae cecinerit, placet. *W.* Tum subiicitur v. 23 — 25 breve carmen ex Theocr. III, 3 — 5. ad verbum conversum.

27 — 29 Aliud breve carmen. Aut quis haec caneret, quae etc. Nexus sententiarum hic esse vi-

a vae miserae nimium vicina Cremonae,
ites sublime ferent ad sidera cycni."

LYCIDAS.

Cyrneas fugiant examina taxos;
so pastae distendant ubera vaccae:
si quid habes. Et me fecere poëtam
; sunt et mihi carmina; me quoque dicunt
pastores; sed non ego credulus illis.
que adhuc Vario videor nec dicere Cinna
sed argutos inter strepere anser olòres.

MOERIS.

m ago, et tacitus, Lycida, mecum ipse voluto,
m meminisse; neque est ignobile carmen.

modo Mantua ab interi- fuerit, nomen tuum per rum Mantuanum cele- Sensum posteriorum ita ɔst, ut laudes Vari can- tissimis cycnis, quippe ncius abundaret, Ge. II, celebrandas traderet. ɪim sensum humanum cum omni rerum natura, t inanimata, poëtice com- ·. *De Varo* vid. ad Ecl. ritum eius aliquod fuisse a agris Mantuanorum a um iniuriis vindicandis. *modo M.* h. incolumis it, agris redditis; quo fa- illio quoque suae posses- asservabantur. — 28 *vae* . Scilicet cum Cremo- qui Cassii et Bruti partes rant, agri *i* militum as- signati erant, non suf- proximi agri Mantuani it, licet ea urbe in An- ibus fuisset. vid. Vitam 13. *H.* Martiali VIII, 56, us obversatus est *Iugera t miserae vicina Cremo-* ilius). Ceterum usu tem- ebat et Lycidae illud positum carmen inno- emur. *W.*
neta obtestandi formula ef, X, 4. Sensus est hic: sic apibus et gregibus tuis bene eveniat. *In- cipe* canere cf. V, 10. (Add. Iuv. IV, 34 *incipe, Calliope. W.*) *si quid habes*, quod memineris ex Memni- ca auditum, cf. 38. *Cyrneas — taxos*, Corsicanas ex *Κύρνος*; *taxus* omnino mellificio exitiosa; cf. Ge. IV, 47. *Cyrneas* ergo non aliter accipiendum, quam ut a notiore genere epitheton taxis dederis. — *Mel amarum* in ea insula con- fectum, satis notum post tot de Corsica virorum doctorum com- mentationes. 33 — 36 Theocritea VII, 37 — 41 sua fecit. *H.* De dis- crimine vocum *poëta* et *vates* vid. Not. ad VII, 28. *digna* cf. VII, 22. *W.* — 35 Varius nobilis Thy- estae, tragoediae, auctor. Donat. V. V. §. 63. — *Cinna* Smyrnam scripserat, carmen, quod decem annis elimavit, v. Catull. 95. cf. Martial. X, 21. — 36 *Anserem* ali- quem eius temporis poëtam, de quo Ovid. Trist. II, 435: Prop. II, 34, 48 agit, et ad quem Cic. Phil. XIII, 5 respicere putatur, hic ta- cite vellicari, docet Servius. Sed *inter olores* non nisi *vero anseri* locus est, et expressisse nostrum Theocritea Idyll. VII, 47. proba- bilius fit. *arguti* sunt canori.

„Huc ades, o Galatea; quis est nam ludus in undis?
„Hic ver purpureum; varios hic flumina circum
„Fundit humus flores; hic candida populus antro
„Inminet, et lentae texunt umbracula vites.
„Huc ades; insani feriant sine litora fluctus.“

LYCIDAS.

Quid, quae te pura solum sub nocte canentem
Audieram? numeros memini, si verba tenerem.

MOERIS.

„Daphni, quid antiquos signorum suspicis ortus?
„Ecce Dionaei processit Caesaris astrum,
„Astrum, quo segetes gauderent frugibus, et quo
„Duceret apricis in collibus uva colorem.
„Insere, Daphni, piros; carpent tua poma nepotes.“
Omnia fert aetas, animum quoque. Saepe ego longos
Cantando puerum memini me condere soles:

39 Ex Theocr. XI, 42 — 49. 63 sq. cf. V, 45 sq. ductum, sed oratione variata. Nobile vero bucolici generis argumentum Polyphemus Galateae Nymphae amore captus. cf. Bion Idyll. XV, 3 et fragm. XII, 3: Mosch. Idyll. III, 59 — 40 *ver purpureum* pro pulcro, ut notum a splendore purpurae petitum, non a colore. — 42 Frondes vitium memorat, utpote in vere.

44 Aliud Menalcae carmen, quod Moerin canere meminerat Lycidas. — *pura sub nocte*, serena. v. Burm. — 46 — 50 Persuasio vulgi tum erat, stellam crinitam, quae inter ludos D. Iulio ab Augusto V. C. 711. a. C. 43. (secundum H. Vossium mense Iul.) habitos apparuerat, et quam a. 1680 iterum in hominum conspectum venisse Halleius aliique docti viri opinati sunt, animam Caesaris in caelum recepti esse. v. Sueton. Caes. c. 88. Plin. II, 23. Dion. XLV, 7. Sen. Q. Nat. VII, 17. Ea poëta ingeniose ita utitur, ut Caesarem inter deos ruris relatum esse fingat. cf. Ge. I, 26. 27. 42. Ceterum illam stellam in nummis gemmisque conspici notum est. — 47 *Dionaei*, quod Caesar genus ab Iulo, isque ab Anchisa et Venere, ducere credebatur, mater autem Veneris *Dione*. *Iulium sidus* Horat. Od. I, 12, 47. — *processit*, orta est stella. cf. sup. Ecl. VI, 86. Eius vero stellae ortus bonum frugum proventum portendere et maturare fingitur. *H. duceret colorem*, in se duceret, acciperet, h. e. varia fieret. Idem apud Iuv. 2, 81. Similiter Ovidius dixit *trahere colorem*. *W.* — *Insere* cf. I, 74.

51 *Omnia fert aetas, animum quoque.* Memoria deficiente, puta Moerin subito obticuisse, nec quod coeperat, implere potuisse; itaque addit cum dolore: Omnia aufert, eripit, aetas, etiam animi vires, memoriam. Atqui saepe ego me, dum puer essem, memini totos dies aestivos cantando exigere; nunc tot carminum oblitus sum, ipsa etiam vox me deficit. — 52 *condere soles* h. e. exigere dies usque ad solis occasum. De Latinitate conf. Hor. Od. IV, 5,

ita mihi tot carmina. Vox quoque Moerin
ipsa; lupi Moerin videre priores.
n ista satis referet tibi saepe Menalcas.

LYCIDAS.

ó nostros in longum ducis amores.
omne tibi stratum silet aequor; et omnes,
ventosi ceciderunt murmuris aurae.
o media est nobis via; namque sepulcrum
lparere Bianoris. Hic, ubi densas
stringunt frondes, hic, Moeri, canamus;
os depone: tamen veniemus in urbem.
ox pluviam ne colligat ante, veremur,
s licet usque, minus via laedat, eamus.
s ut eamus, ego hoc te fasce levabo.

MOERIS.

lura, puer, et, quod nunc instat, agamus.
tum melius, quum venerit ipse, canemus.

blita passive, ut apud
92. *oblitos dolores pa-*
pi Moerin videre prio-
sa extulisses: obticui,
destituente memoria,
me prior vidisset; ex
c proverbio vulgari, cui
us subiti contactu sub-
it. Habet et hoc a
IV, 22.

ando n. caussas et ex-
afferendo differs meum
canentem te audiendi.
399. *Quapropter, quam-*
ndo multa moreris, Esse
ane tamen fateare ne-
— 57 *aequor*, int. lacum,
ion longo a Mantua fl.
iffunditur. *H. aequor*
placido et tranquillo.
89. 96. *W.* — *Sterni*,
, καταστορεῖσθαι, (v. c.
II, 57.) de tranquillitate
enne. ut et *silere*, *σιγᾶν*,
. II, 38. *Ἠνίδε σιγᾷ μὲν*
σιγῶντι δ' ἀῆται. —
i ceciderunt murmuris
aurae, in soluta oratione: murmur
aurae vel aura cecidit. Pro hoc
diceres: *aura murmurans*, idque
exquisitius *aura murmuris*. *H.*
De hoc exquisito genitivi usu vid.
Not. ad IV, 24. *cadere* de vento
Ge. I, 354. *W.* Ante oculos ha-
bebat Theocriti suavissimum ver-
sum: *τα δέ νιν καλὰ κύματα φαί-*
νει Ἄσυχα καχλάζοντα. Idyll. VI,
11. 12. cf. II, 38.

60 *Bianórem* eundem cum Ocno
et conditorem Mantuae, h. l. et ad
Aen. X, 198 — 200 Servius facit.
Sed verius est, fuisse virum cla-
rum, heroem Mantuanorum. Maro
autem vestigia pressit Theocriti
VII, 10. 12. — *stringere* simplic.
est decerpere, amputare. cf. ad
Ecl. I, 57: Ge. II, 368. — 62 *ta-*
men veniemus, etiamsi paullulum
quiescentes dederimus operam
cantilenae. — 65 *nox pluviam ne*
colligat ante, cum vespera nubes
in pluviam colligantur. — 64 Pres-
sit vestigia Theocr. VII, 35. 36. —
65 *hoc fasce*, haedorum, quos por-
tat, onere. — 67 *ipse* Menalcas.

ECLOGA X. GALLUS.

ARGUMENTUM.

C. Cornelius Gallus, *de quo supra ad Ecl. VI, 72 actum, amicam Lycoridem habuit; quam etiam elegis celebravit, saepe a Propertio, Ovidio, Martiale, aliisque laudatis. Servius adeo ad v.* 1. *huius eclogae et Donatus Vita* §. 38. *libros eius quatuor fuisse* Amorum *memorant, sub nomine* Lycoridis *editos. Is a perfida amica desertus, magno dolore oppressus, in hoc carmine tamquam pastor aliquis in Arcadiae montibus ac silvis, sub antro aliquo proiectus, amores suos deflere fingitur. Obiurgat Virgilius Musas, quod solae non adfuerint Gallo, curis amoris confecto* 8—12; *cum tamen amoris et miserationis affectum testatae sint etiam res inanimatae, arbores et saxa* — 15; *tum greges cum pastoribus* — 20; *accesserint denique consolandi caussa dei ipsi Apollo, Silvanus, Pan* — 30. *Tum Gallus in questus erumpens sortem suam et infaustum amorem deplorat, querens quod sibi non fuerit conditio pastoris Arcadici, amore felici fruentis; a qua praesentem suam fortunam, ubi perdite amata Lycoris in terris longinquis alium foveat, tantopere recedere.* — 50. *Inde subitum consilium pastoris more vivendi, fistula canendi et venandi* — 60; *sed repente in tanto amoris aestu solatia inde nulla cernens, praesidia contra amoris vim prorsus non quaerere constituit.* — 69. *Accedit exordium cum epilogo, quibus singularem suum Galli amorem testatur Maro. Habet hoc carmen mirum artem primum in eo, quod, ad maiorem Galli dignitatem, omnia non modo ad vitam pastoritiam, sed ad tempora heroica, in quibus permixti mortalibus dei vivebant, relata et ex sensibus et opinionibus istorum saeculorum adumbrata sunt; quare ferre debemus, si qua paullo altiore ac graviore spiritu hic dicta reperiamus; deinde vero, quod impotentis et spreti amoris aestus ille ac furor, in omnes partes animum rapiens, ipsum legentis animum commovere videtur; quamquam hac in parte Theocriti vestigiis institit, Idyll. I, unde, quae de Daphnide dicta sunt, in Gallum transtulit, ut multa tantum Latinis verbis reddiderit; in aliis autem cum eo cer-*

Universe vero a simplicitate et venustate pastoritii is et Theocritea suavitate in plerisque recessit.

im de Lycoride *addunt interpretes, Servio duce: eius verum nomen* Cytheridem, *et esse eandem cum ii amica illa, mima, ex Ciceronis Philipp. II, 24, 25 : . X, 10 et 16.: ad Div. IX, 26. cf. Plutarch. Vita ii p. 74. ed. Brian.: Plin. VIII,* 16. *infami, cui, Volumnia Eutrapeli libertae, nomen verum fuit* Volumnia. *quamquam de eo valde dubito, ut ferri potest, ita illud n, quod, de temporum ratione securi, contendunt ex ad v.* 1, *eam propterea Gallum destituisse, quod Anin Gallias euntem secuta sit, quo v.* 22 *sqq.* 46 *sqq. nt, fidem non habet. Nam Cytheris anno* 710. *ab Antiam dimissa erat, vid. Cic. Philipp. II,* 28. §. 69.; *autem ecloga ante annum* 717, *quo Antonius in Oriente cripta non est. Nam anno* 717. *ineunte, M. Agrippa ninio Gallo Coss., ab Agrippa consule exercitus Roin Gallias ductus Rhenum transiit; quo referendi ver-* . 47. 28. *vid. Vit. Virg. a.* 717.: *ex quo exercitus n aliquem sequi potuit Lycoris, dum Gallus sub Augusto npeianas classes ab Italiae litoribus arcendas in armis zut in alia expeditione versabatur.* H.

Jt argumentum amor Galli insanabilis *naturam rei itio carmine tractandae acciperet, alia detrahenda adve, alia mutanda erant. Unde illud fingitur, Gallum ola Arcadiae rupe iacentem de amore questum esse. alloquin commemoratio montium, pastorum et deorum ium aliena esset* 16—30.; *neque appareret, unde ipsi i Galli militantis amores innotuissent. Sed quam commiles, stipendia, in Campania fortasse, faciens in Arn subito transferatur, vix perspicies, neque ex hac parte ionem Maronis laudabis.* W.

Extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.
Pauca meo Gallo, sed quae legat ipsa Lycoris,
Carmina sunt dicenda. Neget quis carmina Gallo?
Sic tibi, quum fluctus subterlabere Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat undam:
Incipe; sollicitos Galli dicamus amores,
Dum tenera adtondent simae virgulta capellae.
Non canimus surdis; respondent omnia silvae.
Quae nemora, aut qui vos saltus habuere, puellae
Naides, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnasi vobis iuga, nam neque Pindi
Ulla moram fecere, neque Aonie Aganippe.

1 *Arethusam*, Nympham Ortygiae in Sicilia, ut in carmine bucolico, pro Musa invocat. cf. Ecl. VII, 21. Quidni enim pastor Siculus, ut Pana aliosque deos agrestes, ita numina locorum invocet? Neque ideo Nymphae mutantur in Musas. Vid. Theocr. VII, 91. Mosch. III, 77. *H. Concede lab.* h. e. permitte ut in extremo hoc argumento elaborem, atque in eo me adiuves. cf. VII, 22. *concedite carmen. W.* — 2 *sed quae legat ipsa Lycoris.* scil. ut et erubescat de levitate sua ac perfidia, et tam bonum ac constantem amatorem indigne deseruisse eam poeniteat. — 4 *fluctus Sicanos*, maris Siculi, Ionii; unde *Doris amara* pro aqua salsa ac marina (saltem pro mari. *W.*) Doris enim Oceani filia, Nerei coniux. Nota est vel ex Moschi fragm. VII. de fonte hoc Siciliae et eius cum Alpheo, flumine Elidis, intercursu fabula; v. Ovid. Met. V, 494 sqq. cf. Aen. III, 694. ornavit Statius Silv. I, 2, 203 sqq.: Theb. I, 271: IV, 239, ubi nostrum expressit. — 6 *sollicitos amores*, qui animum sollicitum reddunt, cruciant; πολυκηδής, πολυμέριμνος; Theocr. X, 20. ὦ φρόντιστος Ἔρως. — 8 *respondent*, resonant, per echo. *H. Respondere* cum accusativo iungitur, ut ἀποκρίνομαί τι Graece dicunt. vid. Westerh. ad Terent. Andr. V, 2, 8. *W.*

9 sqq. Solae Naides non affuistis Gallo moerenti. Ex Theocr. Id. I, 66 sqq. — 10 *indigno — amore*, quo dignus non erat; cum *meliore flamma*, ut Hor. Od. I, 27, 20. loquitur, dignus esset non obnoxius tam constans amator, ut a perfida et levi puella spernneretur. *H.* Ex codicibus antiquis alii *peribat* praeferunt, sed rationes eorum non sufficiunt. *W.* Parnassus, Pindus et Helicon memorantur fontium, qui in iis sunt, respectu, quos Naides frequentare putandae sunt. Non vero hic de Musis quaeritur. — 12 *Aonie Aganippe*, fons in Helicone, monte *Aoniae*, quo nomine Boeotia ab Aonibus, antiquis incolis, insignita est. Forma adiectivi *Aonie* pro Aonia Graeca est. Apud Silium XIV, 515. versus similiter desinit: *Ortygie Arethusa.* cf. Ecl. II, 24. *H.* Ceterum versus certe 11. 12. sensu carere mihi videntur, nisi statuas *puellae Naides* esse pro Musis. *Puellae* appellantur Musae innuptae; sed ut Musae intelligantur, necesse est accedat adiectum, ut *Pierides*, apud Iuv. IV, 35. *Narrate, puellae Pierides; prosit mihi vos dixisse puellas.* Ita h. l. accedit *Naides* h. e. fontes sacros colentes. Similis causa, cur so-

Illum etiam lauri, etiam flevere myricae;
Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem
Maenalus et gelidi fleverunt saxa Lycaei;
Stant et oves circum, nostri nec poenitet illas;
Nec te poeniteat pecoris, divine poëta:
Et formosus ovis ad flumina pavit Adonis.
Venit et upilio; tardi venere bubulci;
Uvidus hiberna venit de glande Menalcas.
Omnes, unde amor iste, rogant, tibi? Venit Apollo;

rores Pierides dixerint veteres, et *sorores Naides* vid. Culic. 18. *Pierii laticis decus — sorores Naides.* A fontibus consecratis *Musae* et *Nymphae* vocatae sunt, sed, apud Latinos certe, adiecto, quo declararetur, Musas esse intelligendas. vid. VII, 21. Notatn dignum, quod ex Xantho (vid. Hist. Gr. fragm. ed. Creuzer p. 156.) servatum est: Lydos Nymphas nomine Musarum appellasse. — *Lauri, etiam* vid. Not. ad III, 6. *W.* — 14. 15 Si *Maenalus* et *Lycaeus*, τὸ *Ἀνάκτορον*, montes Arcadiae, Gallum defleruint; necesse est in Arcadia tum fingi illum sola sub rupe iacentem; cui et reliqua accommodata. Ipse ibi, v. 26. et 16., Gallo adfuit.

16 *nostri nec poenitet illas.* Omnino hanc sententiam afferre voluisse videtur: etiam ipsi ovium greges, pascuorum immemores, tuum dolorem miserari videntur; hoc ex Theocr. l. l. v. 74. 75. Quod cum nude ponere poëtam dedeceret, aliunxit alterum, commendatos eo nomine greges esse, itaque nec petitum ab iis carminis argumentum Gallo displicere debere; ut sup. Ecl. VI, 2. — *nostri nec poenitet illas* proprie est, contentae sunt nobis pastoribus; tum cum vi dictum pro: gaudent nobis, cantibus nostris delectantur, et nunc etiam nobiscum lugere sortem nostram non dedignantur; nec tu aut curam eorum te indignam indica, aut in meo carmine sub pastoris persona exhiberi dedignare. Etiam Adonis pastoris munus ac nomen non detrectavit. *H. Poenitere* de iis, quae contemnimus. Cic. Acad. IV, 22. *Quid eum Musarchi poenitebat?* *W.* — 18 Est haec de *Adonide pastore* paullo reconditior fabula; sed a Theocr. I, 109.

19 *Venit et upilio.* Ad consolandum Gallum accessere etiam pastores; et primum quidem venere ovium custodes, tum *bubulci tardi* a lento et tardo ingressu boum, quos pascunt. — 20 *Uvidus h.* Venit etiam subulcus Menalcas; de quo, id quod maxime in subulcum convenit, addit: eum modo de nocte in silvis ad pastum gregis glandibus legendis vacasse. Hinc *uvidus* a rore matutino. — *hiberna glande.* In hiemem a poëtis Italis referri solet glandium colligendarum tempus v. Ge. I, 305. Sic arbutorum Ge. II, 520, ubi de hieme agitur. Lucret. V, 938. *quae nunc hiberno tempore cernis Arbuta.* Sed si hieme a glandibus colligendis Menalcas e silvis revertitur, illa, quae memorantur in hoc carmine, Gallum sub rupe iacere v. 14, et ferulis florentibus ac liliis ornatum Silvanum venisse, huic tempori non congruunt. *H.* Hinc *hiberna* accipi video pro ea, quae per hiemem in silvis iacuit. At *hiberna pira* apud Plin. XVI, 26. huic interpretationi non favent. *W.* — 21 *unde amor iste*, h. e. a

Galle, quid insanis? inquit; tua cura Lycoris
Perque nives alium perque horrida castra secuta est.
Venit et agresti capitis Silvanus honore,
Florentis ferulas et grandia lilia quassans.
Pan deus Arcadiae venit; quem vidimus ipsi
Sanguineis ebuli baccis minioque rubentem.
Ecquis erit modus? inquit. Amor non talia curat.
Nec lacrimis crudelis Amor, nec gramina rivis,
Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellae.
Tristis at ille: Tamen cantabitis, Arcades, inquit,

qua puella; quam puellam amas? τίνος ὦ ποθὲ τόσσον ἔρασσαι; v. 78.

21 *Apollo — Silvanus — Pan.* Comparari cum his possunt illa Moschi III, 26 sqq. — 23. cf. v. 47. et Argumentum, 24 *agresti capitis Silvanus honore*, ornatus serto e ferulis et liliis. Ita scilicet et a poëtis et in priscis monumentis Silvanus exhibetur, ut coronam ex frondibus arboreis aut grandibus floribus et arundinibus gerat, manu Ge. I, 20. cupressum aut alium arboris truncum teneat. Conf. Lucret. IV, 591, quem expressisse h. l. noster videtur: Pan *Pinea semiferi capitis velamina quassans.* Eximia cum venustate porro hoc idem transtulit Columella X, 43 *Satur auctumnus quassans sua tempora pomis.* Ceterum in his versibus color ductus esse videtur ab Odyss. φ, 58 sqq *H.* Distinctionem post *honore* in editione recentissima Heynii sublatam video. Sed vereor, ut constructio: *quassans ferulas et lilia honore cap.* h. e. corona, placeat. *Venit agresti honore capitis* dicitur, ut Aen. IV, 11. *successit* (Aeneas) *forti pectore sedibus.* Durior est, ubi adiectivum deest, compositio apud Iuvenalem, XI, 106. *clipeo venientis et hasta dei* mentionem facientem; quam loco Valerii Fl. I, 438. *tu medios gladio bonus ire per hostes, Euryte* defendendam esse non putabis; quippe ubi *ire gladio* idem sit ac *ferro viam patefacere. W.* — *Ferula* autem frutex, foliis foeniculo, specie et usu arundinibus, quibus pro baculis utimur, similis; Graecorum νάρθηξ. — 27 *rubentem*, cf. sup. ad VI, 22. *Ebulum* nostris *Attich*, herbae genus, baccas rubras, in similitudinem sambuci, *Hollunder*, producens. *H.* 28 *Ecquis er. modus?* Deest res, cui sit modus imponendus. Intellige *furori.* Sed illam rem non raro omissam vidimus. Aen. IV, 98. *Sed quis erit modus? W.*

29 *Nec lacrimis c. Amor.* Amor h. l. de deo accipiendum, si sanam sententiam conficere volumus. Amor χαιρέκακος non modo dolorem et cruciatum miserorum amantium nil curat, sed etiam ridet, ἄγχια παίζει, ut Moschus Idyll. I, 11, voluptatemque ex eo capit; nec lacrimis amantium crudelis eius animus unquam satiatur atque expletur, ad miserationem vertitur; cf. 61; id quod pastoritia rerum assimulatione ornat; Amor non magis saturatur lacrimis, ac gramen aqua etc. Color fere ut Ecl. VII, 51. 52. *Hic tantum boreae.* —

31 *tamen cantabitis A.* Etsi Amor talia nil curat, neque querelis meis quicquam pravidii contra eius superbiam inest; tamen ad leniendum dolorem meum hoc levandum faciet, si cantabitis *haec*,

Montibus haec vestris; soli cantare periti
Arcades. O mihi tum quam molliter ossa quiescant,
Vestra meos olim si fistula dicat amores!
Atque utinam ex vobis unus, vestrique fuissem
Aut custos gregis, aut maturae vinitor uvae!
Certe sive mihi Phyllis, sive esset Amyntas,
Seu quicumque furor, (quid tum, si fuscus Amyntas?
Et nigrae violae sunt, et vaccinia nigra)
Mecum inter salices lenta sub vite iaceret,
Serta mihi Phyllis legeret, cantaret Amyntas.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata, Lycori,
Hic nemus; hic ipso tecum consumerer aevo.
Nunc insanus amor duri me Martis in armis

h. e. amores meos infelices *H.* Particula *at*, deorum adhortationibus dolorem eius nihil levatum esse, significatur. *W.* — 35 Ductus color ex Theocr. VII, 86 sq. At illud non placet, quod repente Gallus, quem pastorem in Arcadia versari credebamus, se prodit non pastorem esse; ita ut omnia de deis et pastoribus memorata aliena esse necesse sit ab eius persona. — 38 *Seu quicumque furor.* Quamcumque sive puellam sive puerum amarem, eum amplexibus tenerem sub vite, nec in amorem Lycoridis perfidae incidissem. Characterem autem miseri amantis hic expressum meminisse debemus, qui, cum ipsis querelis suis in imaginem rei gratae et animi affectum illudentis incidisset, in ea sibi placet, ei inhaeret, eam prosequitur. Mox tamen v. 42. ad Lycoridem animo flagrante redit. *H.* Notabis constructionem *Phyllis* vel *Amyntas est mihi furor* h. e. causa furoris, furioso amore a me amatur. Cf. Obss. ad Tib. II, 3, 31. *W.* — 39 cf. Ecl. II, 16. ex Theocr. X, 28. sed ibi venustius et opportuniore loco. — *H.* 40 Ne *vitis* et *salices* coniunctae cogitarentur, Heynius coniecit *salices, lenta aut*, H. Vossius commate post *salices* distinguendum esse censuit. *W.* — 42. 43 *Hic gel.* etc. Mutata suaviter constructio pro vulgari: hic in regione amoenissima cum amata, qualis Lycoris, exigerem *aevum* h. e. aetatem totam mihi destinatam. *W.* — 43 *aevo*, senectute, quod Tibull. III, 3, 8. *Inque tuo caderet nostra senecta sinu. H.* Add. Aen. X, 85. *confectus aevo. W.*

44 Ad Lycoridem haec spectant in castra amatorem secutam: *Nunc amor te detinet. Te* ex Heumannii coniectura repositum. Nam, lectione codicum *me* retenta, Gallus amore flagrans in aliqua versatur expeditione. Et vero cum Augusto ad Pompeianas classes ab Italia arcendas in armis esse potuit. At haec aliena sunt ab eo, qui in Arcadia inter pastores desidere fingitur. *H.* H. Vossius defendit lectionem *me*, monens, Gallum in Arcadia de amore queri, non vivere; conditionique optabili, de qua inde a versu 35. dixisset, praesentem suam opponere v. 44. — Nec verba *Nunc me detin.* cum superioribus 14. *illum — iacentem* pugnare putabis, modo recorderis, hominem de conditione, in quam incideriut, quamquam *in praesentia* illam non sentientes,

Tela inter media atque adversos detinet hostis:
Tu procul a patria (nec sit mihi credere tantum!)
Alpinas, ah dura! nives et frigora Rheni
Me sine sola vides. Ah te ne frigora laedant!
Ah tibi ne teneras glacies secet aspera plantas!
Ibo, et, Chalcidico quae sunt mihi condita versu
Carmina, pastoris Siculi modulabor avena.
Certum est in silvis, inter spelaea ferarum
Malle pati, teneris que meos incidere amores
Arboribus; crescent illae, crescetis, amores.
Interea mixtis lustrabo Maenala Nymphis,
Aut acres venabor apros; non me ulla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circumdare saltus.
Iam mihi per rupes videor lucosque sonantis
Ire; libet Partho torquere Cydonia cornu

ita tamen loqui, ut *semper* in ea detentos. Adde quod verba *in armis* de milite proprie semper pronuntur. Num vero Lycoris ipsa militávit? Denique *insanus amor* Gallo furenti aptior. v. 22. *Galle, quid insanis?* Itaque *me* restitui. Ceterum verbis *amor me in armis detinet*, diligenter examinatis et illud inesse videbis, castra, ut remedium amoris, secutum esse Gallum. Nec hoc raro memoratur. *W.* — 46 *nec sit mihi credere*, h. utinam liceat mihi non credere! ne cogar credere *tantum*, tantam rem, tam atrocem. (Sunt qui *procul tantum*, ut ad spatium — Liv. 37, 39. *tantum* progressus — referatur, et hic et supr. VI, 16. iungant. *W.*) *μὴ τὴν μοι πεῖθεσθαι*. de forma v. ad Tibull. I, 6, 24. Ceterum in Servianis ad h. l. *Hi omnes versus Galli sunt, de ipsius translati carminibus.*

50 *Chalcidico versu*, h. Euphorionis Chalcide oriundi, sive Latine reddito, sive imitatione expresso; quod Probus firmat: Euphorion, — cuius in scribendo *colorem* sequutus videtur Gallus. v. sup. ad Ecl. VI, 72. Iam ea carmina fistula canere h. e. inter pastores recitare constituit (vel colorem iis pastoritii carminis cam. *W.*). Egregie autem a cruciati et in omnes partes animi inconstantia expri Nunc enim v. 52 in solitud sese abdere constituit, mox ve tum 62. omnia ista aspernati 53 *Malle pati*, amores. *Pati* lute positum pro durare n fortunam ferendo et apud L V, 313. *disce sine armis puti*, aliosque. — 54 *crescent crescetis amores*. hoc vero, si aliud, Virgiliana elegantia dig Compara Ovid. Epist. V, 23.

55 *mixtis — Nymphis* pro gari; permixtus Nymphis. cf. B ad Horat. Od. IV, 1, 22, *H. lus bo*, peragrabo; cf. Horat. Od. 25, 11. Ad choreas cum Nym instituendas haec retulit H. sius. *W.* — *acres* autem prop apris; h. animosos, iracu *θυμώδεις, θερμούς*. — Pa nius, mons Arcadiae, memor quia in Arcadia constitutus Gallus a poëta. — 58 *luc sonantes*, resonantes sive a la canum ac clamore venantium, omnino, cum vento silva agit hoc quidem cum sermonis p rumque usu coniunctius. —

Spicula; tamquam haec sint nostri medicina furoris,
Aut deus ille malis hominum mitescere discat.
Iam neque Hamadryades rursum nec carmina nobis
Ipsa placent; ipsae rursum concedite silvae.
Non illum nostri possunt mutare labores,
Nec si frigoribus mediis Hebrumque bibamus,
Sithoniasque nives hiemis subeamus aquosae,
Nec si, quum moriens alta liber aret in ulmo,
Aethiopum versemus ovis sub sidere Cancri.
Omnia vincit Amor; et nos cedamus Amori.
Haec sat erit, divae, vestrum cecinisse poëtam,
Dum sedet et gracili fiscellam texit hibisco,
Pierides; vos haec facietis maxima Gallo,
Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas,
Quantum vere novo viridis se subiicit alnus.

dania iacula a Cydonia, urbe Cretae, *Gnossia spicula* Aen. V, 306.

60 Iam vota sua damnat, ut contra furoris sui insaniam nil valitura, et tamquam Amor mala non finiturus sit misericordia. — *haec* a versu 49. memorata. — *H. deus ille*, Amor; vid. Not. ad Tibull. III, 6, 13. *W.* — 61 *mitescere*, ad miserationem flecti atque dolores miseri amantis finire. *H.* Sequitur v. 64 *illum mutare* h. e. misericordiam eius movere. *W.* — 64 *labores*, aerumnae et molestiae vitae pastoritiae, quas, cum amorem nil sit quod animo eximere possit, se vel extremis Septentrionalis Australisve regionis partibus incassum subiturum esse ait. — 65 *Nec si f.* ex Theocr. VII, 111 — 114. adumbrata, cf. Horat. Od. I, 22. extr. *frigoribus mediis*, media hieme, χείμασι μέσσοις: Thraciam si adeam, cuius gens *Sithones*. — *subeamus*, duremus frigus Thraciae. Burm. de cadente in caput magna nivis vi et copia accipit. *H. Hebrumque — Sithoniasque.* In membris per voces *et — et* vel *nec — nec* copulatis per particulas *que — que* partes minores unius membri iunguntur. vid. Tibull. I, 2, 47. Ludit in epitheto *aquosas*. *W.* — 68 *Aethiopum versemus oves*, pro inter Aethiopes, in Aethiopia. *versare* h. l. agere, pascere, ex νωλεῖν, unde ἀνώλος, ὁλονώλος etc. — *liber* pars corticis interior; omnino pro cortice. — *sub sidere cancri*, sub tropico. *cedamus A.* consilio amorem sanandi vel levandi desistit Gallus.

70 De se iam poëta loquitur, ad Musas conversus: haec se lusisse pastoritio carmine v. 71; petit vero ab iis, ut, quae ipse minima in Galli honorem fecerit, ipsae faciant, ut pro maximis Gallo sint, h. eam et gratiam et dignitatem habeant, quam carmina gravia. *H. dum sedet*, praesens interpositum pertinet ad *cecinisse*, ut Aen. X, 55 — 58. *W. Fiscella*, calathus in usum cogendi lactis. cf. Tibull. II, 3, 15. De *hibisco* v. sup. II, 30. — 73. 74 *Gallo, cuius amor.* cuius in dies magis amore teneor. — *viridis se subiicit alnus*, tenera crescit, cf. Ge. II, 19. est ab iis, quae se attollunt, sursum erigunt, emicant, ductum; haec enim *se subiicere* dicuntur, Ge. IV, 385. Ab eadem re duxit imaginem famae Horat. Od. I, 12. 45. *Crescit, occulto velut arbor aevo, Fama Marcelli.*

Surgamus; solet esse gravis cantantibus umbra, 75
Iuniperi gravis umbra; nocent et frugibus umbrae.
Ite domum saturae, venit Hesperus, ite capellae.

P. VIRGILII MARONIS BUCOLICON LIBER EXPLICITUS.

75 *gravis — umbra*, nociva: physicis de causis, ut rheumatismos arcessat nimio calore solutis membris. cf. Lucret. VI, 785 sqq. *iuniperi* vero molestae exhalationes, in primis sub noctem. — 76 *nocent et frugibus umbrae.* cf. Ge. I, 121. 156. 7. — 77 *venit Hesperus*, in conspectum venit sole occidente, oritur. cf. ad Ecl. VIII, 30: IX, 47; alias *surgit*, ut Horat. Carm. II, 9, 10. *Vespere surgente*, et *surgentibus astris* pro vesperi Ge. I, 440.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICA.

PROOEMIUM.

Ad Georgica facetum *illud ac* molle, *quod pec aliquo Musarum munere Virgilio concessum Horatius memorat* *), *proprio quodam modo sp videtur. Mollitudo quidem ex eo est, quod, cu quisito aliquo et numerorum et orationis cultu élaborata et expolita sint, nihil duri, scabri e ridi, quod in divino Lucretii carmine offendi spersum est, nihil, quod otiose vacet aut utilius Nec modo verborum delectu et iunctura, verum sententiarum veritate, lumine ac naturali facili apto nexu, ingenii artisque insignis felicitas, q Virgilio erat, effecit, ut leni ac facili cursu defluerent. Habent porro* decus *et* excultam *ali* elegantiam, *uti Quinctilianus* **) *istud* facetum *ratii interpretatur; cum scilicet in argumento tenui et humili, quod ad rusticam orationis aspe tem tantopere non modo patebat, sed et deflectel inclinabat, omnia sint scite, honeste, et liber tractata, ut politum, elegans et urbanum inge ubique facile agnoscas. Ad iuncturam enim o rum lenem ac mollem et numerorum artificium tumque carminis nitorem, et ad cultissimae orat verecundiam et vemustatem referendum nobis videtur elogium illud, quod tam variis, incertis et obscuris modis a viris doctis versatum esse vi Magnificam autem et praeclaram esse illam liani carminis praedicationem, quis non videt?*

*) Sat. I, 10, 44. 45. *molle atque facetum Virgilio adnuerunt gau-* *dentes rure Camoenae.* **) VI, 3, 20.

enim summa laus, quae in id carminis genus cadere possit, quod didacticum *appellare solemus. Cum enim eius natura in eo posita sit, ut* sive notio aliqua, sive sententia, sive sententiarum, etiam praeceptorum de quacumque sive scientia sive arte complexus aliquis eo sermonis genere exponatur, quod quam maxime ad permulcendum voluptate aliqua animum vim habeat; *voluptatem illam non tam ab ipso argumento, quamquam in eius delectu quoque hoc videndum est, ut ne iniucundum sit, quam ab eius tractatione et ornatu exspectandam esse facile apparet. Nam cum neque factum, aut* res gesta *aut* actio, *neque animi aliqua* affectio, *voluntatis inclinatio aut vehementior impulsus mentis et perturbatio, quae et ipsa cum actione aliquantum coniuncta sunt, in eo carmine tractentur, quo ipso fere eius a reliquorum carminum natura diversa indoles continetur, in re exponenda illud et ornanda tanto maius artificium requirit, quo minorem vim res ipsa ad delectandum habere potest, quoque magis cavendum poëtae est, ne ad subtilem praeceptionem, qua nemo facile delectatur, aut ad meram rerum* descriptionem *carmen hoc revocet, qua animos nostros non diu cum voluptate teneri satis constat* *). *Itaque ex toto materiae apparatu ea deligenda sunt, quae cum aliqua voluptate audiri, aut, si per se nihil suavitatis habeant, ornari et nobilitari ab arte possint; quaecunque autem tractanda selegeris, ea rerum facie quasi ac vultu eoque colore exhibenda sunt, quo maxime niteant hominumque animos ad cognoscendam rem et contemplandam invitent et alliciant. Tum perspicuitas a lucido, non autem dialectico, rerum ordine, argumentorum delectu, dispositione et expositione ad animum tenendum accommodata arcessenda est. Tenent autem animum ea, quae non modo nihil molestiae ei creant, dum cognoscuntur, verum etiam, dum*

*) v. du Bos reflex. critiq. P. I. S. 9.

leni ac facili cursu in animum influunt, non horrida aliqua ac ieiuna subtilitate exarescunt, sed eo corpore ac colore succoque expleta sunt, quo ad impellendos sensus nostros animumque aliquam vim habeant. Quo fit, ut in ornatu summa huius carminis posita videatur. Ad ornatum autem referenda sunt cum omnia ea, sine quibus ille recte esse nequit, verborum numerorumque recta, elegans, ac suavis ratio, tum rerum argumentorumve, quae, quod ornatum capere videbantur, ad exponendum seposueras, ea elocutio et repraesentatio, quae ad animum continua gratarum imaginum ac sensuum vicissitudine tenendum quam maxime sit idonea. Quod quidem ita maxime assequi videare, si, iis exceptis, quae nullum ornatum admittunt, et breviter ac simpliciter exponenda sunt, cetera verbis ac sententiis locupletibus variarumque rerum similitudinem ac colorem in animum revocantibus expressa sint; ea vero, quae universe dici poterant, ad factum aliquod et actionem singularem revocata, ad vivum repraesentata, descriptione oculis subiecta, exemplis et comparationibus illustrata, sententiis gravibus sint distincta, omninoque ita tractata, ut non tam animus doceri se sentiat, quam delectari; ut non magna animi intentione ad cognoscendum opus sit, sed ut satis sit, modo animus recipiendis impulsibus variarum imaginum pateat; ut praecepta et sententiae quasi corpore aliquo inductae sensibus subiectae ante oculos incedere palpareque posse videantur, utque, dum in ipsa rerum tractatione et usu versari te existimes, sine omni molestia, putes te adsuescere potius rebus agendis, quam discendis. Iam res aliae naturali aliqua seu dignitate seu suavitate se commendant, in quibus poëtae iam satis parata laus, modo ne eas oratione deterat; sufficit ut aequet; sin amplificet et augeat, id vero ad tanto maiorem ingenii commendationem facere necesse est: aliae autem res aut naturâ sua tenues et ieiunae aut opi-

nione humiles et nullo suo decore insignitae sunt; quas si poëta cum per se grato aliquo habitu, tum externarum rerum, in primis digressionum, virtute satis ornare potuerit, summam eo poëticae facultatis et artis laudem consequitur. Itaque digressiones ad ornandum huiusmodi carmen in primis magnam laudem habent. In iis autem Virgilii ingenium hoc in primis commendat, quod consilio et carminis argumento illae et dilectu et ornatu accommodatae sunt. Est utique ornamentorum in iis materia liberalior maiorque splendor, pro indole tamen et natura carminis; atque ars mirifica primum in iunctura horum locorum et in transitu redituque a digressione ad praeceptionem, tum in praecipiendi formulis suavique earum varietate, quam magna ex parte Arato et Nicandro debet, denique in venustate, proprietate, copia orationis ac dictionis, in qua Lucretianum carmen ante oculos habuit et saepe expressit, sed emollitum et expolitum ad poëtarum Alexandrinorum elegantiam. Quibus rebus efficitur delectatio illa, quam poëta sibi habere debet propositam.

Atque haec illa sunt, a quibus Virgilii laus, si a iudicio aliquo profecta videri debet, in primis repetenda est. Est is proprius quasi Virgiliani carminis character, ut, si ingenium Homericum in inveniendis rebus desideres, si Theocriteam simplicitatem et nativam aliquam venustatem, qua animi, inani nostrorum morum fuco nondum contaminati, magnopere capiuntur, frustra in eo quaeras, elegantiam tamen cultumque summum, eundemque rectum, purum, pudicum ac decorum, simulque elaboratissimum et exquisitissimum, facile agnoscas. Inveniendi quidem sollertiam, si animi sensa libere eloqui fas est, non maiorem in Georgicis quam in reliquis eius carminibus deprehendimus: adumbrata fere omnia, depromta et hausta, plurima fere ad verbum conversa sunt et

translata ex Graecis Romanisque scriptoribus. Enimvero si Homero atque aliis poëtis illa diviniore, quae in inveniendi felicitate cernitur, ingenii vi cedit Virgilius, in hac, quae secunda esse videtur ab illa, facile omnium est princeps habendus, ut ea, quae ab aliis acceperit, multo ornatiora et pulchriora ab eius ingenio prodeant. Illa autem ingenii Maroniani propria venustas in nullo eius opere magis cognoscitur, quam in Georgicis, omnibus numeris absoluto, perfecto et expolito carmine; ut, si nostra interpretatione hoc assecuti sumus — nos enim id secutos esse non negamus — ut non modo verborum ac sententiarum vim declaraverimus, verum etiam carminis pulchritudinem in primisque ornatum sensibus et oculis adolescentium subiecerimus, nos operam nostram non omnino male collocasse arbitraturi simus.

Hesiodi opus, Ἔργα καὶ Ἡμέραι *inscriptum, imitatione a Virgilio expressum esse, fuerunt, qui,* loco *Ge. II,* 176. Ascraeumque cano Romana per oppida carmen, *usi affirmarent. Cf. Macrob. V,* 2. *Falso. Nam vix tribus vel quatuor locis Hesiodeae sententiae a Marone sunt redditae; carminum ipsorum forma non convenit; diversa utriusque indoles et natura, diversum consilium. Hesiodus non Georgica, h. e. de re rustica, scripsit aut scribere voluit, sed totius vitae rusticae, qualis tum erat, coniunctae illius vel maxime cum agricolatione, rationes tradere, prudentiae insuper et morum praecepta proponere. Quod autem* Ascraeum carmen *appellat opus suum Virgilius, id eo pertinet, quod in simili fere genere illud versatur. Ceterum de consilio, quo ad Georgica componenda aggressus sit Maro, et de tempore, quo illa composuerit, vid. Vit. V. a.* 717. 724.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER PRIMUS
AD C. CILNIUM MAECENATEM.

ARGUMENTUM.

Georgica, *seu de* re rustica *praecepta, arationem, arborum, vitium in primis et olearum, culturam, pastionem et mellificium, e Romanorum notione complectuntur. Ordinem dicendorum ducit* propositio *et* argumentum *operis v.* 1—5. *Inde* invocatio *numinum agrestium cum ipso Caesare Augusto* — 42. *Tum de* prima *operis rustici parte, quae est de* Aratione, exponit: *ac primum quidem,* quando *illa incipienda sit* — 49. *Ante omnia* coeli solique natura *est exploranda* — 63, *unde* leges culturae diversae *proficiscuntur, in primis* arationis — 99 *et* sationis — 121. *Cum in his multum laboris et aerumnae tolerandum sit,* digreditur *ad* causas *huius rei* mythicas *inde a Saturni aetate* — 159. *Inde de* instrumento rustico — 175.; *tum* de aliis ad opus rusticum faciendum curandis, *in his de area ad terenda grana paranda* — 186.; *iudicium de futuro anni proventu unde facere liceat* — 192. *de semine medicando* — 196. *de seminum delectu faciendo* — 203. *Sequitur locus* de temporibus operum rusticorum *diserte tractatus. Tempus sationis* — 230. Digressio *de solis cursu annuo et quatuor anni tempestatibus* — 256. *Quae curanda sint tempore pluvio* — 267.; *diebus festis* — 275. *Dierum lunarium, qui fausti vel infausti sint, observatio* — 286,; *nonnulla noctu melius tractanda* — 296.; *alia per calorem aeris* — 299.; *alia hieme* — 310. *Ita viam sibi parat ad duas* anni tem-

pestates *poëtica arte describendas, alteram* auctumni, *alteram* veris incuntis, *utramque* procellosam; *observanda itaque esse earum tempora* — 336, *et religionibus deos exorandos* — 350. *Esse etiam certa tempestatum per vices succedentium* prognostica. *In his exponendis et ordinandis copiosus est poëta* — 468. *Multo ornatius est episodium, ad quod aditum sibi struxit, de* prodigiis, *Iulii Caesaris nece facta, bellum civile subsecutum portendentibus* — 497. *Subiunguntur* vota *pro Augusto ad fin.*

Quid faciat laetas segetes, quo sidere terram
Vertere, Maecenas, ulmisque adiungere vites
Conveniat; quae cura boum, qui cultus habendo
Sit pecori; apibus quanta experientia parcis:
Hinc canere incipiam. Vos, o clarissima mundi
Lumina, labentem coelo quae ducitis annum,

1 Primis quatuor versibus argumentum operis exponitur: *agricultura et rusticatio* lib. I; *vitium et omnino arborum cultura* lib. II; *res pecuaria* lib. III; *res apiaria* lib. IV. Primo versu Hesiodei operis titulum *Ἔργα καὶ ἡμέραι* expressum esse, iam Servius monuit: *quo opere et quibus temporibus ager colendus sit.* — Est autem ad ornatum verborum ab initio statim attendendum. Ait agere se velle primo loco de agri et vitium cultura. *laetas segetes*: Hesiod. *Ἐργ.* 775. *εὔφρονα καρπὸν* dixerat. Cicero de Or. III, c. 38 laetas segetes *etiam rustici dicunt; quod enim declarari vix proprio verbo potest, id translato quum est dictum, illustrat id, quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo posuimus, similitudo. Vites* pro omni arborum genere ponit. In his: *ulmisque adiungere vites*, secundum Italiae situm locutus est, in qua vites altius elevantur. *Serv.* — 3 De re pecuaria agam. *Qui cultus habendo sit pecori* pro vulgari: quae cura sit pecoris, quod quis possidet, sive alit. Sollemne vero in re pecuaria est *habere;* hinc pro ornatu adiectum *habendo.* — *cultus*, pro cura; ut Cic. de N. D. II, c. 63. §. 158. *quae quidem* (oves) *neque ali, neque sustentari, neque ullum fructum edere ex se, sine* cultu hominum et curatione, *potuissent.* — 4 *quanta* h. quae *experientia*, scil. apibus habendis, ad mellificium necessaria sit: pro *cura* subiunxit aliud, quod cultui apum accommodatum est, *experientiam* et usum, quo mellificationis ratio valde exculta est. cf. Ge. IV, 315. 316. *Quis deus hanc, Musae, quis nobis extudit artem? Unde nova ingressus hominum* experientia *cepit?* — 5 *Hinc*, post bucolica, aiunt. Omnino initium designat; alias *nunc.* Quae sequitur invocatio deorum rusticorum, est haud dubie inter ornatissima ac splendidissima loca carminis.

6 *labentem caelo quae ducitis annum*, h. quorum decursu tempora anni efficiuntur. Cf. Lucret. V, 1435 — 38. *Sidera annum*, eius tempora, vicissitudines et partes *ducere*, tamquam regant et moderentur, sollemne est; scilicet quoniam ista ortu et occasu suo illae

et alma Ceres, vestro si munere tellus
niam pingui glandem mutavit arista,
laque inventis Acheloïa miscuit uvis:
os, agrestum praesentia numina, Fauni,
simul Faunique pedem Dryadesque puellae;
ra vestra cano: tuque o, cui prima frementem
t equum magno tellus percussa tridenti,
une: et cultor nemorum, cui pinguia Ceae
entum nivei tondent dumeta iuvenci:

rum vices designant. *ducunt annum coelo* h. in coelo, in sa oriuntur et occidunt; et rsu anni dixit *annum labi*, procedentem; *labi* prode temporis fuga seu deest. Ceterum poëtam h. l. ophicam opinionem eorum, olem et Lunam sub Liberi erae (Cereris) nomine coli derunt, non popularem sen confesso est, si quidem et *alma Ceres* sunt appositod malim. Sin haec numina a *luminibus*, coniunctione terposita, dura est oratio et nda pronuntiatione: Vos, o , Liber et Ceres, et vos, Nymphaeque, *ferte pedem*, leste. Sed et apud Varronem I, 1, 5. in duodecim deis ista numina, Sol, Luna, et Ceres, distinguuntur. *H.* 8. *W.* — 7 Quandoquidem initia arationis ac vitium sadebentur. *tellus* permutavit *m arista*, ut exhibeatur ix eius rei, cuius tantum et instrumentum fuit; pro *ibus*, h. e. variarum arborum bus corticem cum nucleo tibus, vesci coeperunt homirumento. — 8 *Chaoniam*, Ecl. IX, 13. — *pingui*, ἀδρᾷ, tumenti. — 9 Vestro benehomines vini usum invene— *miscuit pocula terra*, vitilitis effecit, ut misceri pos— *Poculo Acheloïa* pro aqua, am splendide! Acheloum e fluvium, priscis carminelebratissimum, pro quovis e et aqua quacunque, more antiquorum Graecorum, (v. Macr. Saturn. V, 18) dixit. *H. uvis* pro vino dicitur, ut *racemus* loco simillimo Ovidii Fast. V, 343. *Donec eras mixtus nullis, Acheloe, racemis.* *W.*

10 *praesentia numina*, et potentia et propitia; v. Ecl. I, 42. *H. praesens*, h. e. potens, *deus* inter pedestres dixit et Cicero Tusc. I. §. 28. *W.* — 11 Fauni et Dryades silvas et pascua curant. *munera vestra*, frumenta, vitem, armenta, greges.

12 Sequuntur Neptunus, Aristaeus, Pan, Minerva cum Silvano, *cui prima f. Fudit equum tellus*, cuius iussu primum e terra equus editus est. Nota fabula de Neptuni cum Pallade certamine, cum dei arbitrium tulissent, ut, uter rem mortalibus utilissimam produxisset, eius nomine nova urbs (Athenae) appellaretur. cf. Bentl. ad Horat. Carm. I, 7, 7. — *Fundere* proprie de partu felici ac facili, tum poëtis omnino procreare. — 14 *Cultor nemorum*, h. e. pascuorum, hinc et gregum, curam habens, est Aristaeus, Apollinis et Cyrenes filius, qui, Cycladibus magna siccitate et fame afflictis cum, Ceam arcessitus, Sirium placare monstrasset, quo facto etesiae aërem temperare coeperunt, Iovis Aristaei et Apollinis Nomii nomine cultus fuit. v. Pindar. P. IX, 104 sq. Apollon. Argon. II, 500 sqq.: IV, 1132. cf. ibi Schol. et h. l. Serv. inf. Ge. IV, 317 sqq. *nemora* autem, ut *saltus*, pro pascuis. — 15 *dumeta* pro saltibus, loco arbustis consito. — *pinguia*, her-

Ipse nemus linquens patrium saltusque Ly
Pan, ovium custos, tua si tibi Maenala cu
Adsis, o Tegeaee, favens: oleaeque Mine
Inventrix: uncique puer monstrator arat
Et teneram ab radice ferens, Silvane, cu
Dique deaeque omnes, studium quibus a
Quique novas alitis non ullo semine fruge
Quique satis largum coelo demittitis imb
Tuque adeo, quem mox quae sint habitu
Concilia, incertum est; urbisne invisere,
Terrarumque velis curam, et te maximu

bosa. — *tondet*, pascunt herbas inter arbusta. *H. cui*, cuius beneficio; vid. Not. ad II, 5. *W.* — 17 *si tibi Maenala curae*, quae [illegible] quidem Maenalus, Arcadiae mons pascuis egregius, tibi est longe gratissimus, tu mihi rem pecuariam tractanti propitius, precor, adsis. — 18 *Tegeaee* Pan ab Tegea oppido Arcadiae, in qua et montes Lycaeus (τὸ *Λύκαιον*) et Maenalus (τὸ *Μαίναλον*. et τὰ *Μαίναλα*). *Si* in invocationibus et obtestationibus frequentissimum. 19 *uncique puer m. aratri*, Triptolemus Eleusinius, a Cerere arationem edoctus. cf. Callim. in Cerer. v. 22 ibique Spanhem.

20 Tali habitu *Silvanus* tenerum cupressi truncum (*cup.* ab. r.) ferens in marmore apud Boissardum occurrit T. IV. tab. 30. p. 134. et alibi. cf. Ecl. X, 24. 25.

21—23 Dii agrorum, silvarum et tempestatum praesides. — 22 *non ullo semine*, nulla satione, sua sponte provenientes, opp. v. sq. *sata*. Sic et Ge. II, 10. 11. 14. *Namque aliae* (arbores) *nullis hominum cogentibus, ipsae Sponte sua veniunt — Pars autem posito surgunt de semine*. Ovid. Met. I, 107. de aurea aetate: *Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos sine semine flores*.

24 Et multo magis tu, o Caesar, adsis propitius, quippe mox deus futurus, quamquam adhuc incertum est, cuius [illegible] quicunque tame adsis v. 40.

25 *Urbesne* [illegible] *velis*, et an *vel* [illegible] ctes, suscipere a [illegible] *ram* ac tutela[illegible] eiusdem iunctu[illegible] ac Bentl. ad H[illegible] *dei invisere* dic[illegible] bes, quas aut p[illegible] colunt, aut in q[illegible] sollemnia sacra[illegible] malim, ut *invis*[illegible] spicere, regere[illegible] pergere, *et terr*[illegible] vertendo extuli[illegible] *terrarum*, h. e. p[illegible] *velle*. Sic *βούλ*[illegible] rum. Bene a[illegible] deos urbium et [illegible] referri potuit; [illegible] *λιοῦχοι*. Mem[illegible] Callimachi in [illegible] *μὲν — σὺ δ' ἐ*[illegible] *Λύτοὺς*. Notan[illegible] tionis, qua idem[illegible] *lisne deus esse*. [illegible] 1, 45 sqq. — 2[illegible] seu caelum, sive[illegible] puto, orbis te[illegible] pro magnus. — [illegible] tem, cum inter [illegible] beat te *auctore*[illegible] tutelam agricolat[illegible] fere notionem sp[illegible] in potestate habe[illegible] git. — Iam debeb[illegible] *ctum materna*

m frugum tempestatumque potentem
t, cingens materna tempora myrto;
immensi venias maris, ac tua nautae
sola colant, tibi serviat ultima Thule,
ibi generum Tethys emat omnibus undis;
ovum tardis sidus te mensibus addas,
us Erigonen inter Chelasque sequentis
r; ipse tibi iam brachia contrahit ardens
, et coeli iusta plus parte relinquit:
d eris (nam te nec sperent Tartara regem,
regnandi veniat tam dira cupido,
s Elysios miretur Graecia campos,

orbis cingens m. t. dicet corona myrtea Auro deo, a Venere dea, sacra, oriundo imposi- *tempestatum*, malim de ue mutationibus et anni , quam de procellis, acuia cum frugibus illa est; *tempestates* pro sive statis sive quialiis vel Lucretii exe dicuntur, ubi ad anni emperiem aerisque muquae cum ipsis tempo- succedit, respicitur. inter deos marinos principiaris. *venias*, futurus *ule* autem *servire* dicitur , quatenus eius potenen per omnia maria paer insulas, in primis ulè declarantur. — *numitentius* voc. quam, praemen. — 31 *Teque sibi Tethys emat*, et una ex bus tibi nubat. Eos, qui adscripti essent, deabus at; sic Hercules Hebae. gusto maris deo una n, filiarum Oceani et labitur, dote numerata, dixit; ex more heroum ta sunt ex Homero τὰ itum nuptae sponso prodata. Splendide adie- *ibus undis.*

An novum sidus, et quidiaco, coelo accessurus um, mensium, ac dierum mensuram siderum decursus facit; itaque *menses* memorat. *tardos* dixit poëtico more, ut epitheto ornaret. Nam anni, dies, menses modo tardi modo celeres, longi, breves, pro consilio poëtae, appellari possunt. Alii subtilius de *aestivis* mensibus cogitant. — 33 *Qua locus*, h. inter Virginem et Scorpium signa, qua nunc Libra est, quae antiquitus a nullo astrologo inter signa habebatur, locum vero eius Chelae, seu Scorpionis brachia occupabant; quo respexit Ovid. Met. II, 195—197. *Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpios, et cauda flexisque utrimque lacertis Porrigit in spatium signorum membra duorum.* Deinde Libra vacans spatium occupavit, sed ita, ut ab Scorpio teneretur, ut etiam expressum in Marmore Farnesio conspicitur. Librae itaque locum assignat Augusto. Haec satis est tenere ad poëtae locum. — *Chelas sequentes*, sequaces, flexiles, ex natura Scorpii. — *ardens* scorpius, ut sidus, lucens; hoc simplicissimum. — *iusta plus parte*, eleganter, signum maioris reverentiae.

36—39 Exquisita orationis conversione eloquitur ultimum illud: an inferis diis adscribi velis; quod poëta nolit. *Tartara* omnino pro locis inferis. — *mirari* h. l. celebraro, multis verbis ornare. — 38 Etsi a poëtis, inquit, Graecis de campis Elysiis multa magnifice

Nec repetita sequi curet Proserpina matrem);
Da facilem cursum, atque audacibus adnue coeptis,
Ignarosque viae mecum miseratus agrestis
Ingredere, et votis iam nunc adsuesce vocari.
Vere novo, gelidus canis quum montibus humor
Liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit,
Depresso incipiat iam tum mihi taurus aratro
Ingemere, et sulco attritus splendescere vomer.
Illa seges demum votis respondet avari
Agricolae, bis quae solem, bis frigora sensit;

commemorata sunt, et Proserpina in locis inferis sibi adeo placere dicitur, ut inde redire nolit. 39 *Nec — curet*, nolit, noluerit, seu ut fabulam de Proserpina respiciat, quae nunc ignoratur, ut illa non coacta, ut vulgo fertur, sed lubens in inferis manserit; nam comesta mali Punici grana huc vix referri possunt; seu ut ea nunc reditura non sit vel a matre vocata. — 41 *mecum miseratus* iunge interpretando. opem enim ferre rogatur. v. 42 *iam nunc assuesce*, utpote deus futurus. — *ingredere* autem, incipe, ut Ge. II, 274 inprimis de dicturo; *Sic contra est ingressa Venus* Aen. IV, 207. et VIII, 513.

43—46 Aratio cum vere primo instituenda est: Vide Hesiod. *Εργ.* 458 sqq. — 43. 44 Cum nix liquescit, et terra, a frigore constricta, tepidae aurae afflatu resolvitur. *putris gleba*, emollita tepore, resoluta et tenera v. ad II, 204. — 45 sq. Quam ornate pro: iam tum arationis initium faciendum est! Lucret. V, 209 *vis humana — validoque consueta bidenti Ingemere et terram pressis proscindere aratris.*

47 — 49 At iterata aratione opus est, ut agri proventus felix sit. *Illa seges — bis quae solem, bis frigora sensit.* seges h. l. est terra, ager. Tenendum est, vulgo *tertia* aratione seri solitum fuisse, ita ut vere iucunte agor proscinderetur, aestate iteraretur, sub finem auctumni tertiaretur. vide v. c. Colum. II, 4. et 8.; ad hunc morem respexit noster v. 45. A agricolae, qui in terra rite subi da et conterenda summam cult ponebant, *quater* arabant, s quidem iam sub finem auctu tum vere anni sequentis, mox state, denique auctumno, cum tionis tempus instaret. Graec solemne fuisse videtur, ut col e Theophr. Caus. Plant. III, καὶ ὅταν μετὰ τοὺς πρώτους τους νεάσωσι etc. Hoc vero f bant, *ut solem et frigus ager tiret*, ὅπως χειμασθῇ καὶ ἡλιω ut idem Theophr. paullo ante *bis* vero, quia bis in hibernum in aestivum (vere et aestate) t pus aratio talis incidit. vide mas. Exerc. Plin. p. 510. P locus XVIII, 20. s. 49, 3. unica ius versus interpretatio: *qu seri sulco Virgilius existim voluisse, cum dixit, optimam segetem, quae bis solem, bis gore, sensisset*; cum scilicet go trina aratione defungere aratores Itali, h. tertiatione Varr. I, 29 sq.: Colum. II, Quamquam idem Plinius innue detur, iam tum diversas de hoc co sententias viguisse. *quarto* vero pro quarta aratione dic cum per se patet, tum ex eo Plinii loco XVIII, 20 s. 49: *Spissius solum, sicut plerumq Italia, quinto sulco seri melius in Tuscia vero nono.* Mox ta v. 64 sqq. poëta in communi acquiescere videtur, pingue ac vere arari iubens, tenue sub autumnum, ut scilicet sub hiem

e inmensae ruperunt horrea messes. V
t prius, ignotum ferro quam scindimus aequor,
los et varium coeli praediscere morem
a sit, ac patrios cultusque habitusque locorum,
uid quaeque ferat regio, et quid quaeque recuset.
segetes, illic veniunt felicius uvae;
orei fetus alibi atque iniussa virescunt:
mina. Nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
a mittit ebur, molles sua tura Sabaei;
halybes nudi ferrum, virosaque Pontus

ratur. — 49 *illius*, seu. sege-
i agricolae; prius melius *ru-*
horrea, replent; praeclare
gnam copiam significandam.
. II, 5, 84. *Distendet spicis*
plena Ceres. ubi v. Obss.
. X, 307. *Pressaque flamme-*
mpatur fiscina caltha. Cf.
XII, 527.
- 63 Ante arationem et to-
us rusticum natura soli coe-
considerandae est. Cf. Co-
ib. I. praef. — *ignotum ae-*
agrum, cuius natura nobis
est. — 51 *coeli morem*, aeris
m, temperiem. — *varium* pro
i regionum natura ac situ
im. — 52 *habitus locorum*,
ram, indolem, agri, ex prae-
omnium, qui de re rustica
re. vide vel Xenoph. Oecon.
sqq. — *patrios cultus*, co-
ationem usu maiorum pro-
H. patrios propter divi-
que — que, et — et necesse
stiam ad *habitus* pertineat,
ms antiquos, proprios. *W.*
Plin. XVIII, 47 extr. *In om-*
lem parte culturae. — valet
m illud: quid quaeque re-
iatur. Iam in iis, quae se-
r, agnosce poëticam ratio-
epositionem generalem per
exempla declarandi et or-
Convenit locus cum *Aetna*
259 sqq. — 55 Hino Co-
X, 16 natura soli, *quae —*
consternitur ubere mali. —
mina autem seu herbas de-
pascua. — 56 *Nonne vides*
r formulas enumerationum
pro praeterea, porro. *Οὐχ ὁρᾷς* ap. Arat. (Mihi quidem haec formula ad exempla annectenda usurpari h. l. videtur. Diversum est *nonne vides etiam* apud Lucret. II, 196. — *ut mittit* pro ut mittat cf. Ecl. IV, 52. *W. Crocei odores* pro croco. — *Tmolus* Lydiae mons, vino generoso nobilis, v. II, 89, at eundem a croco Maro hoc loco commendavit. Assentitur Colum. III, 8, 4. In Cilicia crocus frequens proveniebat, in primis ad Corycium promontorium. Iam, cum Tmolus communi aliquo veterum errore Ciliciae tribuatur, qua de re Burmannus egit, credo, quod ad istas oras Cilices aliquando imperium extendesunt; etiam h. l. cum Cilicia nominanda esset, poëta Tmolum posuisse videri potest. Vide Burm. ad h. l. et ad Ovid. Met. XII, 109. Nisi vero, quod nunc puto, ipse Tmolus olim crocum tulit, Virgiliusque Graecum aliquem poëtam expressit. — 57 *molles — Sabaei*. perpetuum epitheton populorum Asiaticorum, effeminatorum coeli indulgentia et soli bonitate. Sic *tener Arabs* Tibull. II, 2, 4, ubi vid. Brouckh. *Mitti* vero, h. e. exportari, sollemne de mercibus, ex eo loco petitis, ubi praecipuus earum mercatus est; est igitur idem ac *provenire*. — 58 *Chalybes nudi*, utpote in ferro cudendo occupati. Sic *nudus membra Pyracmon*, Aen. VIII, 425. — *virosa castorea*, h. Castoria s. fibri testes, tetri odoris, grave olentis; quo sensu potissi-

Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges aeternaque foedera certis
Inposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides iactavit in orbem,
Unde homines nati, durum genus. Ergo age, terrae
Pingue solum primis extemplo a mensibus anni
Fortes invortant tauri, glebasque iacentis
Pulverulenta coquat maturis solibus aestas:
At si non fuerit tellus fecunda, sub ipsum
Arcturum tenui sat erit suspendere sulco;
Illic, officiant laetis ne frugibus herbae,
Hic, sterilem exiguus ne deserat humor arenam.
Alternis idem tonsas cessare novalis
Et segnem patiere situ durescere campum;

num *virus* et *virosum* dici solet. *Castoreum Ponticum* praestantissimum sui generis habebatur. v. Strab. III. p. 163. (248.) 59 *Eliadum palmas Epiros equarum* poëtice inversione dictum esse volunt pro: Epiros mittit equas, quae Eleas palmas, h. victorias in ludis Olympicis, parant. Sed *palma*, victoria, pro victore dicta est; et *palmae equarum*, h. victoriae, dictae sunt equae victricea, quae palmam et victoriam reportant. Sic *tertia palma Diores* Aen. V, 339. cf. Drakenb. ad Silium XVI, 504. *Epirus, εὔιππος, εὐπωλος*, generosis equis nobilis: Ge. III, 121. *Et patriam Epirum referat. Equas* noto more, quo sexus feminei animantia praestantiora habentur. *Eleus campus* inf. III, 202. *Eleo carcere missus equus* Tibull. I, 4, 52. Olympia enim in Elide erat.

60 *Continuo*, non est h. l., ut *principio*, *αὐτίκα*, formula inchoandae orationis: cf. inf. 169. 356. sed: statim a rerum initio. — *has leges*, ut cuique terrae suum ingenium, sua ratio colendi esset. — *foedera* h. l. conditiones, leges, ut Aen. I, 62 et al. *H. has leges aet. foedera* pro has leges et haec foedera *aet.* cf. Val. Fl. I, 847. *Has ita sedes aeternaque moenia. W.*

63 *Ergo age*, *i.* Refer ad v. 43. *Vere novo, primo vere esse arandum* sic: in primis autem pinguis et glebosus ager primo statim vere arandus est; levis proximo autumno. v. Plin. XVIII, s. 65, a: Colum. II, 4. *terrae solum*, ut *γῆς πίδον*. — 66 *maturibus solibus*, calore adultae aestatis coquatur solum. cf. Ge. II, 259 sq. — 67 *si non fuerit tellus fecunda*, h. si tenuis, si gracilis. cf. Colum. II, 4. extr. — *sub ipsum Arcturum*: Colum. XI, 2, 65 *Non. Septemb. Arcturus exoritur.* — *suspendere*, leviter proscindere, vomere non alte descendente. — 69 *Illic*, in pingui solo. Ge. II, 261. *Humida maiores herbas alit.*

71 — 159 Recreatur ager et vires sumit variis modis et hominum studiis; et primum quidem ipsa cessatione cultus. — 71 *Idem patiere*, porro patiere, *tonsas novales* dixit hic proprie, et ex Varronis de R. R. I, 29, 1. et Plinii XVIII, 49, 2. sententia, de agro, qui alternis annis vacat et novatur. — *tonsae* eae terrae h. demessae, *novales* sc. terrae, rarius. Usitatum *novalis ager* vel *novale*. — *situ* pro otio, cessatione; unde epith. *segnem*. — *durescere*, requiescere. Totum praeceptum ex Virgilio repetit Plin. XVIII, 21. 50. cf. Colum. II, 10, 7. II, 14, 1. Varro I, 44, 3.

bi flava seres, mutato sidere, farra,
prius laetum siliqua quassante legumen,
enuis fetus viciae tristisque lupini
leris fragiles calamos silvamque sonantem.
enim lini campum seges, urit avenae;
t Lethaeo perfusa papavera somno.
amen alternis facilis labor, arida tantum
turare fimo pingui pudeat sola, neve
os cinerem inmundum iactare per agros.
loque mutatis requiescunt fetibus arva;
ulla interea est inaratae gratia terrae.

-76 *mutato sidere*, anno al- -*Sidus* pro solo, ut saepe; anno et pro anni tempore. demessis per aestatem le- bus, altero anno, insequenti n eodem agro farra serun- Colum. II, 10 et 11. Inverse oratione utitur poëta, ut a recedat. Debebat enim ita dicere: aut altero quoque legumina in agro seres, et i tertio iterum far. — *farra* o quocumque frumenti ge- -74 *legumen siliqua quas-* ornate pro simpl. legumen. *liqua quassans* sc. so, quae ento agitatur, contremiscit, ulmo inhaerens, in primis aruit. De faba autem inter- r poëtam Plinius XVIII, 21. XVII, 9, 7. — 75 *tenuis vicia*, mui semine, si cum faba es. — *tristis lupini*, amari, e; contristatur enim de- is vultus. Est genus legu- panperum et Cynicorum Πένητος, non confundendum pulo. Lupini seges agro ando admodum utilis habi- lin. XVII, 9 s. 7. et XVIII, 5. inprim. Colum. II, 14, 1. 76 *fragiles calamos*, quia it Ecl. VIII, 82 — *silvam* ratione, qua etiam florum, am silva, grata similitudine, . cf. inf. v. 152 et IV, 273. *cannabias* dixit Gratius 47 pro segete. — *sonantem*, alami aridi sunt, et, si mo- ventur, strepitum edunt. — 77 Poëtica suavitate pro: at lino vel avena vel papavere seri nolim agrum interquiescentem; nam ea urunt h. exsiccant agrum. Repetit ex nostro Plin. XVII, 9. s. 7. Colum. II, 14, 3. cf. II, 10. 17. Pallad. Octobr. 2. Hino *linum* in agro hu- mido seri solet; et Gratius Cyneg. 34. *Optima Cinyphiae paludes lina dabunt*. cf. sqq. — 78 *perfusa somno papavera*, vim sopotificam, quae natura nigri praecipue papaveris est, habentia.

79 — 83 Cf. Colum. II, 14, 3. Mihi videtur ea esse sententiae progressio: Possunt tamen illa, et linum et avena et papaver, alternis annis recte seri, dummodo fimo saturetur agrum. — *labor facilis* sc. agri; facile illam molestiam, illam noxam ex iniquitate lini perferre ac tolerare potest ager, modo bene stercoretur. *labor* tribuitur agro, quemadmodum *defatigari, refoveri* ille dicitur. Alia interpretandi ratio est, ut verba *sed tamen* ad versus 73 — 76. referas. Tum sensus: si tamen alternis frumenta et legumina in agro serentur, bona eum adiuvabis stercoratione; — 82 *Sic*, ut fimo saturetur ager. Sensus: atque interea etiam utilitatem aliquam (ea enim est *gratia*) ex agro percepisti. *H.* Mihi haec: *Nec nulla* etc. praecedenti versui non adiuncta, sed opposita videntur hoc sensu: Si tamen agrum novalem reliqueris, subac-

Saepe etiam sterilis incendere profuit agros,
Atque levem stipulam crepitantibus urere flammis:
Sive inde occultas vires et pabula terrae
Pinguia concipiunt; sive illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor;
Seu pluris calor ille vias et caeca relaxat
Spiramenta, novas veniat qua succus in herbas;
Seu durat magis et venas adstringit hiantis,
Ne tenues pluviae, rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreae penetrabile frigus adurat,
Multum adeo, rastris glebas qui frangit inertis
Vimineasque trahit crates, iuvat arva, neque illum
Flava Ceres alto nequidquam spectat Olympo;
Et qui, procisso quae suscitat aequore terga,

quenti ille anno uberiore frumenti proventu tibi gratiam referet. *Nec*, ut saepe, est idem fere, quod nec tamen. *gratia est terrae* cf. Colum. II, 2. ant. m. *siccum, densum et macrum agri genus ne tractatum quidem gratiam refert* h. e. fructum reddit labori aequalem. — *nec nulla*, et aliqua, nec exigua. *terra inarata* h. e. leguminibus non consita; *interea*, dum frumentum non seritur. *W.*

84 Aliud praeceptum de stipulae incensae ad agrum beneficio. Cf. Plin. XVIII, 72. extr., qui ad Virgilium respicit; *steriles agros*, stipulas agri, ut v. sq. explicatur. — 86 *Sive — sive*. Pro varia soli, vel macri vel uliginosi vel densi vel rari, natura varias caussas subiicit. — *pabula* sunt succi, qui nutriunt semina ac plantas, puta ex cinere crematarum stipularum et lixivio. — 88 *inutilis humor*, vitiosus, noxius. — 89 *caeca spiramenta*, meatus occultos et latentes, nos *poros* dicimus; mox *venas*. *Vada latentia* ap. Gratium Cyneg. 423. — *adstringit* calor condensando molle et lutosum solum. — 93 *Adurere* convenit proprie frigori tantum et aestui solis. Sed sollemni figura generalior inde notio *nocere* elicienda et ad illud: *ne tenues pluviae*, referenda est. *Penetrale frigus* iam Lucretius dixerat I, 495. — *tenues* ex natura pluviae petitum epitheton, quod hic nullam vim habere debet, ut saepe epitheta ponuntur. Alioqui *pluviae tenues* in vitio esse possunt.

94 — 99 Omnibus omnino modis terram frangendam, comminuendam, et a sole excoquendam esse, omnes monent de R. R. auctores. v. Xenoph. Oecon. c. XVI, 11 — 14. — *glebas inertes* dicit poëta, quae, nisi comminuantur, nil generant. Agit autem poëta sqq. verss. de *occatione* et *pulveratione*. cf. Plin. XVIII, 49, 3. (20): etiam in vinea Colum. XI, 2, 60: Varro I, 29. — 95 *trahit crates*, Colum. II, 18, 4. *tum glebas sarculis resolvemus, et inducta crate coaequabimus* etc. Crates ex vimine satis validae esse sunt putandae in solo raro ac pulverulento. — 95. 96 Ex Callimacho suavissima imago expressa: Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηαι, Κείνοις εὖ μὲν ἄρουρα φέρει στάχυν etc. H. in Dian. 129. *neque nequidquam* h. non sine fructu; *spectat*, propitia est, *respicit*, ut Gratius loquitur, qui hunc locum ante oculos habuit, Cyneg. 426. 97 — 99 Etiam ille multum iuvat arva, qui etc. cf. praecepta ab Colum. II, 22. 25: Plin. XVIII, c. 49, 2. Frequenti autem hac ara-

Rursus in obliquum verso perrumpit aratro,
Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis.
Humida solstitia atque hiemes orate serenas,
Agricolae; hiberno laetissima pulvere farra,
Laetus ager; nullo tantum se Mysia cultu
Iactat, et ipsa suas mirantur Gargara messis.
Quid dicam, iacto qui semine comminus arva
Insequitur cumulosque ruit male pinguis arenae?
Deinde satis fluvium inducit rivosque sequentis,
Et, quum exustus ager morientibus aestuat herbis,

tione perficitur denique hoc, quod dictum *recte subactum esse* aiunt, *ut non intelligatur, utro vomer ierit.* v. Plin. XVIII, 49, 2. extr. cf. Colum. II, 4, 1. *terga resoluta* agro tribuit idem X, 7. Idem imitatus est hunc locum libro X, v. 91 — 98. — 99 *Exercetque f.* tractat, versat. Colum. IV, 14, 2. de fossione vineae: *nam utique frequenter solum exercendum est.* cf. inf. II, 356. Post haec illud: *atque imperat arvis,* quamquam eleganter dictum, paullo otiosius positum videri potest. Sed habet *imperare* vim coercitionis, acerbitatis et iniquitatis. Sic *imperant vitibus* apud Colum. III, 3, 6: Sen. de Tranquill. an. c. 14. *Danda est remissio animis — Ut fertilibus agris non est imperandum: cito enim exhauriet illos numquam intermissa fecunditas* inf. II, 369. *tum denique dura exerce imperia.*

100 De tempestate monet, quae sementem iactam excipit. Praeceptum ad Italicum solum spectat. *Humida solstitia,* aestates. cf. Ecl. VII, 47. *Solstitium* tantum de aestivo Latine dicitur; hiemale *bruma* vocatur. vide in primis Plin. II, 19, s. 17. adde XVIII, 25, s. 58. cf. Salmas. Exerc. Plin. p. 175 et al. *humidum* tempus, ut pluviarum irrigatione fervidi caloris vis temperetur. — 102 *nullo — cultu* non ullo cultu; *tantum se iactat Mysia,* fertilitatem summam habet, *quantum* tali tempestate, qua ille ager fruitur. Haec ratio est simplicissima, et praeferenda. *H. nullo cultu iactat — mirantur* h. e. cultu non efficitur, sed tempestate, ut iactet — mirentur. *W.*

104 — 110 Et prodest, semente facta, glebas rastris comminuere, ut semina obruantur, et aqua agrum obducere. *Quid dicam* de eo, *qui;* transitus formula, etiam in pedestri oratione. (Et formula transeundi, qualis *quid loquar de re militari* apud Cic. Tusc. I, 2. *W.*) Praeclare haud dubie etiam ille facit, qui. — 105 *arva Insequitur,* sulcos factos in arvo prosequitur, alium post alium rastris frangendo, et cumulos, seu nimium seu inutiliter pinguis, h. duri, soli glebas tenaciores, contundit et evertit et omni parte aequat. Fit hoc alias sarritione. — *insequi* idem quod urgere, instare, et sine intermissione ac mora rem statim aggredi vel prosequi. Sic *fossor insequitur, pampinator insequitur* apud Colum. et inf. 155 *insectari terram rastris.* Hesiod. Ἔργ. 469. ὁ δὲ τυτθὸς ὄπισθεν Δμωὸς, ἔχων μακέλην, πόνον ὀρνίθεσσι τιθείη, Σπέρματα κακκρύπτων. *arena* pro solo, terra omnino v. IV, 291. Ceterum v. 106 sqq. poëta Il. φ, 257 sqq. egregium locum ante oculos habuisse videtur — 106 Post arationem factam exoptanda pluvia; supplet eius defectum ars, inducta in agrum aqua. — 107 Totus scilicet versus translatus ab animantium sen-

Ecce supercilio clivosi tramitis undam
Elicit? illa cadens raucum per levia murmur
Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva.
Quid, qui, ne gravidis procumbat culmus aristis,
Luxuriem segetum tenera depascit in herba,
Quum primum sulcos aequant sata? quique paludis
Conlectum humorem bibula deducit arena?
Praesertim incertis si mensibus amnis abundans
Exit, et obducto late tenet omnia limo,
Unde cavae tepido sudant humore lacunae.
Nec tamen, haec quum sint hominumque boumque labores
Versando terram experti, nihil improbus anser,
Strymoniaeque grues, et amaris intuba fibris

su. — 108 *clivosi tramitis* pro montis molliter clivosi, in quo rivulis tramitem facit. — *supercilium*, ut ὀφρύς, pro superiore montis parte. — 110 *scatebris* simpl. pro aqua, ut v. 106 *fluvius* et *rivi*.

111 — 117 Depasci potest herba segetis nimis luxurians a pecude; et deduci aquae stagnans colluvies per collicias. *Quid, qui* h. e. quid dicam de eo, qui cf. 104. *W.*) — *ne gravidis*. Hesiod. Ἔργ. 473. Ὣδέ κεν ἀδροσύνῃ στάχυες πεύοιεν ἕραζε. — 112 Pro interpretatione sit Plin. XVIII, 44, 2. *Inter vitia segetum et luxuria est, quum oneratae fertilitate procumbunt*. etc. 45 *Luxuria segetum castigatur dente pecoris in herba duntaxat; et depastae quidem vel saepius nullam in spica iniuriam sentiunt*. Theophr. Hist. Plant. VIII, 7. Ἐν δὲ ταῖς ἀγαθαῖς χώραις πρὸς τὸ μὴ φυλλομανεῖν ἐκνέμουσι καὶ ἐκτιλίουσι τὸν σῖτον. fit idem falce inter nos. 113 *quum sulcos aequant sata*. Scilicet sulcus nunc designat terram inter duo sulcos proprie dictos elatam, *porcam* dictam. Ponitur enim *sulcus* varie; etiam pro ipso agro seu arato seu sato, ut inf. 216. pro aratione ipsa sup. 68. — 114 *paludis collectum humorem*, *Wassergalle*. Collecta et stagnans lacunae aqua, putris colluvies, deducitur sulcis aquariis factis, quos *collicias* dixere Plin. XVIII, 49, 3: Columm. II, 8, 3. *elices* apud Festum hic vero eius generis sulcus seu fossa significatur, qua aqua deducitur *arena*, per vel ad arenosum locum, ubi in sabulum se insinuans exarescit. solet etiam sol humido arena admixta humor educi. — 115 *incertis mensibus* vel et auctumni, quod anni tempus incertae tempestatis est. cf. Ovid. Art. II, 318.; hic tamen de vere potissimum agitur. — *exit*, evagatur ripas, Aen. II, 496. — *obducto tenet* pro simplici obducit. *sudant humore tepido*, putrido et noxio. *sudant*, madent loca, ut quibus lacuna exsistit. *H.* Cf. Aen. II, 582. *sudarit sanguine litus*. *h*

118 — 121 Nota transitum ad aliam rem, ad eas, quae segeti nocent; cf. Lucret. V, 214 sqq. — *improbus*, insatiabilis, avidus, et ob ipso noxius. cf. inf. 145. 6. *Probus* est, quod verecunde fit, intra modum est, moderatum, hinc iustum, modicum, aequum; *improbum* autem, ἀναιδές, quod modum excedit, immodicum, nimium; inaequum, iniustum; nimis magnum et vehemens. cf. Aen. IX, 6. E Thraciae finibus, cuius fluvius *Strymon*, veniunt grues in Graeciam, cum hieme ingruente migrant; translatum est epitheton

nt, aut umbra nocet. Pater ipse colendi
facilem esse viam voluit, primusque per artem
agros, curis acuens mortalia corda,
pere gravi passus sua regna veterno.
ovem nulli subigebant arva colono;
iare quidem aut partiri limite campum
it: in medium quaerebant, ipsaque tellus
liberius, nullo poscente, ferebat.
ilum virus serpentibus addidit atris,
rique lupos iussit, pontumque moveri;
ue decussit foliis, ignemque removit,

oëtis. *H.* Plura eiusmodi ornantia, ad sententiam iderata, quin a terris, de ermo est, aliena, deprepud Virgilium, ut Ecl. IX, onias columbas, IX, 30. *taxos. W.* — *intubum* e rum genere, erraticum, u radicum minutis filis rpens; Theophr. Hist. II, 11. τὸ κιχώριον — στικὸν δὲ καὶ τῇ ῥίζῃ ις μακρόῤῥιζον — διὸ καὶ ρον. ὅταν γὰρ ἐκλαχα-, πάλιν τὸ ὑπόλοιπον λαμβάνει γενέσεως. non ortense, nobis *Endivium*, 120. memoratum, sed et genus est, πικρὶς dictum; quuntur anseres et aliae nesticae. v. Colum. VIII

. Iove ita constitutum est, e omnia paranda sint. Feitus ad digressionem ors poëticis fecundam. Lohesiod. Ἔργ. 42 sqq. Redit ositum v. 150. 155. — *vit agros*, h. fecit moveri, cessitatem colendi impo- excitavit industriam homibuitur autem Iovis iussis, b eius imperio contigit. — oro ignavia, inertia. Ne- Ecl. I, 60. *Nec segnem nos marcere iuventam* etc. — ia h. homines, quibus im- *H. primus* illorum, qui i rexerunt. *W.*

125 Expressa ex Hesiod. Ἔργ. 90 sqq. et Arato 110 sq. — 126 Eadem reddita ab Ovid. Met. I, 136: Am. III, 8, 42. *nec fas* erat, non sollemne, solitum, ut saepe. — 127 *in medium*; quidquid quaerebant, parabant, in commune parebant et afferebant. cf. Iustin. XLIII, 1, 3. — 128 *liberius*, liberalius, felicius, ἀφθόνως. expressum enim ex Hesiod. Ἔργ. 118. καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωρος ἄρουρα Αὐτομάτη πολλόν τε καὶ ἄφθονον. Lucret. V, 940. *Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.* Aut dictum esse voluit *liberius*, quam nunc, pro libere, cultu non coacta; ut Horat. III, Carm. 24, 12 *Liberas fruges — immetata ferunt iugera.* (Posterior interpretatio vera, usu iudice. Horatii loco *liberae fruges* sunt, quae domino certo propriae non sunt. *W.*) *nullo poscente* h. arante. sup. 99. *imperare arvis. nullo cogente* Ovid. Met. I, 103.

129 Serius subnata sunt vitae nostrae mala. Haec per partes declarat. Sub Iovis imperio serpentes facti sunt venenati, lupi rapaces etc. *malum*, noxium, *virus* indidit. — *serpentium* aliqua genera sunt *atro colore. atras viperas* Hor. Carm. III, 4, 17. — 130 Effravit lupos, *pontumque moveri iussit*, ventorum vi et procellis; nam mala physica, mutata naturae facie, nunc enarrantur. De navigatione mox v. 136. agitur. — 131 Non iam, ut ante, folia rorem ali-

Et passim rivis currentia vina repressit,
Ut varias usus meditando extunderet artis
Paullatim, et sulcis frumenti quaereret herbam;
Ut silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas,
Navita tum stellis numeros et nomina fecit,
Pleïadas, Hyadas, claramque Lycaonis Arcton:
Tum laqueis captare feras et fallere visco
Inventum, et magnos canibus circumdare saltus;
Atque alius latum funda iam verberat amnem,
Alta petens pelagoque alius trahit humida lina:

quem melleum eliquabant; v. sup. Ecl. IV, 30. Plin. XVI, 8. s. 11. cf. ad Tibull. I, 3, 45. detersum hoc mel est favis; ut *silvis decussus honor* inf. II, 404. — *ignem removit*, ut is in venis silicum absconditus, *abstrusus*, (ut mox v. 135. Aen. VI, 7. *quaerit parca semina flammae Abstrusa in venis silicis*) lateret, dinque ignoraretur, usque dum discerent homines silicum attritu eum elicere. Κρύψε δὲ πῦρ Hesiod. Ἔργ. 50. — 132 *rivis currentia vina*, h. e. rivos vini fluentes; sic copiam vini eloquebantur veteres, antiquissimo phantasmate, ut quasi e fontibus quibusdam huiusmodi flumina vinosa prodiisse dicerent. — 133 Omnia haec Iupiter ita moderatus est eo consilio, ut usu invenirentur artes et ingenia hominum acuerentur et ad industriam excitarentur. — *meditando*, exercendo, experiundo. *H. meditando* proprie dicitur; nam ad inveniendum meditatione opus est. *Usui* autem tribuitur, quod, hominibus, quibus re aliqua opus est, tribuendum. *W.* — 134 ut *frumenti herbam*, h. frumentum, segetem, cf. Ecl. V, 26. *herba graminis*, *usus* (h. e. homines, ubi usus esset) *quaereret sulcis*, aratione pararet. *H.* Commode afferunt ex Iustino 44, 4. *frumenta sulco quaerere docuit*. *W.*

136 Tum primum navigatio inventa. — *sensere* onus novum fluvii adhuc intacti, h. e. habuere. — *alnum* vero nominat, quia palustribus et littoribus gaudet. Ge. II, 451. *Nec non et torrentem undam levis innatat alnus, Missa Pado.* — 137 *numeros et nomina fecit*. ad certum numerum revocavit et nominibus notavit. — 138 *Arctos*, ursa maior, Helice, olim Callisto, *Lycaonis* filia, nota vel ex Ovid. Met. II, 505. — *clara* vero, quippe sidus. Sic sup. v. 5. *clarissima mundi lumina*. *H. Pleïadas, Πληϊάδας*, tetrasyllabum; cf. Propert. III, 5, 36. et Ovid. Met. I, 670. Pliadum ortu navigatio incipiebat, earundem occasu cessabat. — *Lycaonis Arcton*, ut *Oileus Aiax* Ovid. Met. XII, 622. *W.*

139 *Venatio* et *aucupium* inventum. — *visco* decepere aves, quae hic vocabulo *feras* comprehensae. — 141 *Piscatus* inventus. *funda βόλος*, Ovidio A. A. I, 763. *iaculum* rete in fluvium proiectum; itaque *verberat amnem*, qui iecit. Iungebatur antea et distinguebatur *verberat amnem altâ petens*; ita *alta erant* medium alvei; ut sensus esset: audet iam piscator ad medium alveum procedere, *alta petens*; alius in ipso mari everriculis piscatur. At loquendi usu haud probatur, *altum flumen* dici, ut *altum mare*. Itaque praestat iungere *amnem*; *Alta petens pelagoque*, etsi durum est, copulam in tertium locum reiici. *H. Altus* pro profundus dici, unde *flumina altissima* Caes. B. Civ. III, 77. constat; nec *alta petere* de flumi-

um ferri rigor, atque argutae lamina serrae;
am primi cuneis scindebant fissile lignum:
um variae venere artes; labor omnia vicit
probus et duris urguens in rebus egestas.
ima Ceres ferro mortalis vertere terram
stituit, quum fam glandes atque arbuta sacrae
eficerent silvae, et victum Dodona negaret.
ox et frumentis labor additus, ut mala culmos
sset robigo, segnisque horreret in arvis
rduus: intereunt segetes; subit aspera silva,
ppaeque tribulique, interque nitentia culta
lix lolium et steriles dominantur avenae.

dici posse negaverim. *Ima pe-* de vino Horat. Sat. II, 4. 57. t poëticum, quod is, qui iacit, *a p. tere* dicitur, cum fundae hoc buendum sit. Quamobrem anuiorem praefero distinctiom. *W.*

143 *ferri rigorem* poëta pro ipferro rigido dixit; secuti eum nilius, Prudentius, et alii; inlligitur tamen h. l. usus ferri ad strumenta procudenda, securim primis, durati; adiicitur serra, rro iam in laminas cudi coepto. — 5 *venere*, provenere, inventae nt. — *labor improbus*, pervicax, i nulla acrumna vincitur. cf. ot. ad 119.

147 Inopia victus homines coet ad fruges serendas. — *ferro*, mere ac ligone. — 148 *quum m silvae*, quae poëtice *diis sae* dicuntur, *deficerent* quoad *andes et arbuta*; et cum *quers*, cuius generis nobilissimae ad Dodonam silvae, non amplisatis magnam glandium copiam ppeditarent. *H.* Positura verrum hanc iubet constructionem: *andes atque arbuta silvae s. deerent.* Accedit, quod *deficere* m quarto casu est deserere, requerc. — *Silva sacra* dicitur, singulae arbores, *quercus* Ecl. II, 13. *pinus* ibid. 24. *W.*

150 Redit ad propositum, v. 121. lox etiam noxae, mala et damna am *labor* ut *πόνος* pro *πῆμα*, *βλάβη*), invasere segetes: *robigo mala*, exitiosa, quae culmos exedit, *carduus*, *Distel*, qui et late serpere et semen quaquaversus disseminare solet. — *segnis*, qui efficit segne, et retardat, ad quodcumque adhaerescit, tenax; seu, quod praestat, sterilis, infecundus, inutilis. Nam *segnis*, qui motu caret, est etiam qui nil giguit. Sic Ge. II, 37 *terrae segnes*. Et Ge. II, 275 *in denso ubere*, solo, *Bacchus non segnior*, vitis, non minus ferax est. — *horreret* dicitur cum vi pro cresceret. *Horrere* poëtis omnia, quae erecta stant vel eminent, ut pili in metuentis corpore, notum est; ita et spinosa virgulta. opp. 153 *nitentia culta*. — 152 *silvam* vocat lappas, lolia etc., ut v. 76 leguminum *silvam sonantem*; ea *subit*, succedit in segetis locum. — 153 *lappae* nostris *Kletten*. Plinius *ἀπαρίνην* ita reddidit. — *tribuli*, spinae genus, in Italia frequens, *Burzeldorn*. — *lolium*, nostris *Lolch*, lolium temulentum Linn. — *infelix*, sterile, ut *felix* arbor pro frugifera. Epitheton hoc, tanquam Virgilium auctorem agnoscens, laudat Plin. XXII, s. 77. *avena* pro frumenti vitio olim habita, ut et hordeum in eam degenerare crederent, v. Plin. XVIII, 44, 1; sed peculiarem herbam, sui seminis, esse docent recentiores. Respexit h. l. Plin. XVIII, 17, 2. *Nam lolium et tribulos et cardu-*

Quod nisi et adsiduis terram insectabere rastris,
Et sonitu terrebis aves, et ruris opaci
Falce premes umbras, votisque vocaveris imbrem;
Heu! magnum alterius frustra spectabis acervum,
Concussaque famem in silvis solabere quercu.
Dicendum et, quae sint duris agrestibus arma,
Quis sine nec potuere seri nec surgere messes:
Vomis et inflexi primum grave robur aratri,
Tardaque Eleusinae matris volventia plaustra,
Tribulaque, traheaeque, et iniquo pondere rastri;
Virgea praeterea Celei vilisque supellex,

os lappasque non magis quam rubos inter frugum morbos potius, quam inter ipsius terrae pestes numeraverim. Coeleste frugum vinearumque malum, nullo minus noxium, est robigo. Frequentissima haec in roscido tractu convallibusque, ac perflatum non habentibus; e diverso carent ea ventosa et excelsa. H. Constuctionem notes suaviter variatam in verbis *intereunt segetes*, cum priora *ut esset robigo — horreret* a verbis *labor additus frumentis* pendere fecisset. Sed nemo in sententiis et temporibus variandis felicior Virgilio. *W.*

155 Pergit, sed variata oratione, alia segetum mala commemorare; glebarum tenacitatem, avium rapinas, arbustorum umbras, et aquarum inopiam. Singulis malis sua remedia subiungit. — 155 De *sarritione* loquitur. Fit ea sarculo, quod h. l. *rastrum*, semente facta, ante occationem. cf. Colum. II, 12. (Non de tenacitate glebarum agitur, sed hic versus ad herbas inutiles et noxias (151 — 54) est referendus. *W.*) *Quod*, ὅ καθὸ, quamobrem, *nisi* etc. (*quod nisi* Ecl. IX, 14. Sic *quod utinam* coniuncta leguntur apud Cic. ad Brut. I, 4, 10. *W.*) *insectabere* pro insectatus fueris; ut et reliqua. Sed ita solent poëtae. (Terent. Ad. I, 1, 30. *Nam qui mentiri aut fallere insuerit patrem, aut Audebit, tanto magis audebit ceteros. W.*) *assiduis* pro assidue. cf. Tib. II, 1, 51. — 157 frondes arbo umbram facientium amputan esse dicit: *falce premitur* id. q secando coercetur vel tolli Horat. I. Carm. 31, 9. *Premant lena falce — vitem.* cf. Calp. 110, 111. — *rus opacum* h. ar ribus consitus ager, pro arb bus. — *votisque vocaveris imbr* h. nisi pluviae tibi votis obti rint. — 158 Messem parcam f monet Virgilius. Ex Hesiod. Ἔ 394. 395. ὥς τοι ἕκαστα Ὧρι ξηται, μή πως τὰ μεταξὺ χατί Πτώσσης ἀλλοτρίους οἴκους, μηδὲν ἀνύσσης.

160 — 166 De *instrumentis* o ris rustici agit: primum *vome vomis* et *aratrum robustum*; t *plaustra* bobus iuncta; unde *v ventia* se, *tarda*, pro tarde, q volvuntur, tracta a bubus, et ag tur tarde rotis parvis iisque sc dis, sine radiis — tympana app lant, II, 444. — cuiusmodi ro etiamnum in Lombardia visunt *Cereri* sacra, quippe aquatio p fecta. *Tribulum* fit *e tabula l pidibus aut ferro asperata*, q (quae) *imposito auriga aut pond re grandi trahitur iumentis iu ctis, ut discutiat e spica gra* Varro R. R. I, 52, 1. Usus ei adhuc inter Turcos. *Trahea*, traha, vehiculi genus sine roti iungit cum tribulo etiam Colu II, 21. *rastri* admodum mag pondere; puta dentibus ferre item, pergit poëta, reliqua *supelle*

ae crates et mystica vannus Iacchi:
quae multo ante memor provisa repones,
gua manet divini gloria ruris.
uo in silvis magna vi flexa domatur
m et curvi formam adcipit ulmus aratri; 170
stirpe pedes temo protentus in octo;
ures, duplici aptantur dentalia dorso.
ir et tilia ante iugo levis, altaque fagus,
ie, quae currus a tergo torqueat imos;
ensa focis explorat robora fumus. 175

viminibus et materia ru- Varro ait I, 22. 1, h. e. *Celei* appellatur, Eleusinii, is, Triptolemus, a Cerere, excepta, sationem frugum t; v. Hymn. in Cer. 96 sq. l. I, 5, 1. Referuntur aullam supellectilem *crates*, cuius usus erat in *mysteiniis*; portabatur enim in acchi, quae certo Eleusidie ex Ceramico Eleusiebatur. Ceterum Hesiodi ite oculos habuit Virgili*ργ.* 425 sqq. Etiam no*versu* 161 *nec potuere esse possunt.*

x Hesiod. *Ἔργ.* 457 *τῶν μελέτην ἐχέμεν, οἰκήια memor* ad ornatum adie- ibid. v. 422 *μεμνημένος*, , non omittens et oblivi- Colum. I, 8, 8. — *provisa* ornate pro providebis. — satis magnam ex opere et i laudem consequi cupis. - 175 De partibus *aratri* agitur. *Continuo*, princiad v. 60. ulmus in *burim* da est, quod statim in ip- fit, cum ulmus a rustico rvatur, ut curva adolescat d. 427 sq. Est autem *buris* (*Krümmel*) proprie pars eteria postica, tignum inae, cui et temo iunctus est ipse, h. e. lignum seu fertratum glebas eruens. Huic *stirpe*, in inferiore parte temo, *ἰστροβοεύς*, *pedum* i aures et dentalia iunguntur et aptantur. *Aures* esse videntur prominentiae duae (*Streichbretter*), sive affixi utrimvue asserculi aut ferramenta, quibus sulcus latior efficitur, et lira seu porca altior. Hinc Palladius I, 43, 1 *aratra aurita* memorat: *Aratra simplicia, vel, si plana regio permittit, aurita, quibus possint contra stationes humoris hiberni sata celsiore sulco attolli — Dentale* (*Scharbaum, Pflughaupt*), *οὔλυμα*, interpretabar cum aliis, duce Servio, lignum, quod vomerem recipit, cui vomer induitur; sed, quomodo aut *duplici dorso* aptari vel potius ipsum *duplici dorso* esse posset, difficile dictu erat. Nunc meliora edoctus in eam sententiam libens concedo, ut *dentale* sit ipse vomeris dens, qui solum infringit; uti a Columella iunguntur vomer et dentale lib. II. 2, 24. *Duplex* autem eius *dorsum* ad duo vomeris crura referemus. — Mox *iugum* ac *stiva* s. manica (*Sterze*) conficienda esse dicitur, *quae currus imos a tergo torqueat*, h. aratrum ipsum, rotis subnixum; quod Gallis peculiare fuisse et Serv. h. l. notat et Plin. XVIII, 48. p. 123. l. 23, mode Harduini interpolationem ne admittas. *H.* Martinus emendavit *altaque fagus stivae*, recepit H. Vossius. Bene. Nam copula in *stivaque* ferenda non est. *W.* — *Robora* vero, h. materia seu lignum, unde haec conficiantur, *fumo durata* esse debent. cf. Hesiod. *Ἔργ.* 45. 629. — *explorat* videtur exprime-

Ne subeant herbae, neu pulvere victa fatiscat;
Tum variae inludant pestes: saepe exiguus mus
Sub terris posuitque domos atque horrea fecit;
Aut oculis capti fodere cubilia talpae;

re naturam fumi, cum lente per minutas particulas sese insinuat, ut *iter, vias, tenebras explorare* dicimur. Potest tamen etiam dictum esse, ut poëtis alias *probare*, ut de bonitate ligni inde constet; nisi enim firmum et probum sit, exarescens rimas aget. Ceterum advocant viri docti Hesiod. *Ἔργ.* 427 sqq.; mihi tamen aratri, quod ibi describitur, et cuius forma ex antiquis codd. tum in vulgaris Hesiodi editionibus tum in Montfauc. Palaeograph. Gr. p. 9. exhibetur, alia forma esse videtur et ab h. l. diversa.

176. 177 Nova transitionis forma: Multae res tenues, per se non magni momenti, curandae sunt in re rustica. — 178 De *area, ἀλωᾷ*, veterum cogitandum est; qui erat locus in ipso agro editior, qua ventus perflare posset, solidus ac complanatus, in quo frumentum ex agro congestum statim terebatur et ventilabatur; tum purgatum corbe in horrea deportabatur. v. Varro de R. R. I, 51. non enim, ut apud nos, tritura in horreo instituebatur. Scilicet anni tempus, quo hoc faciebant, siccum nec pluviis obnoxium, quale in istis regionibus esse solet, tectum locum, ut apud nos, non requirit. In iis tamen partibus, in quibus coelum inconstantius, aut nubilaria vicina habebantur, v. Varr. I, 13, 5. aut in horreo perticis exterebantur grana per hiemem. v. Colum. II, 21, 4. Modum conficiendi aream eandem fere cum nostro tradit praeter Varron. I, 51. Cato de R. R. 91 et 129. cf. Colum. II, 20. v. ad Ti-

bull[illegible], 5, 21. Pro *cylindr*
dum lapidem vel column
gmentum memorat Palladi
tit. 1. Eundem usum pr
pavicula, instrumentum te
viendae et solidandae apt

180 — 186 Observa, qua
ornatu et copia haec di
alioqui mures, talpae, bufo
que reptilia, nec non cur
et formicae nocent frum
neu pulvere fatiscat.
proprie est viribus fractis
solvi, laxari, dilabi. Ita Ae
naves rimis fatiscunt, s
compagibus, ita ut rimae fi
Ge. II, 249. terra pinguis
haud unquam manibus ia
tiscit, solvitur, dilabitur
mas. *Sed picis in morem*
tos lentescit habendo. Aen.
Saxis solida aera fatisc
petitis ictibus galea rumpit
que et h. l. est, ne area, a
terra in pulverem solvitur
cat pulvere, in pulverem
et attenuetur. — *victa*
caussa adiectum. *Ne in ri*
na oblitescant, et recipia
aquam, et ostia aperiant
atque formicis, ut Varro
tum variae illudant peste
varia animalcula nociva i
clam subeant — quod eleg
ludere dicitur cf. Ge. II, 5
hac ratione eludant opera
ram agricolae. — *exigu*
non hoc de certo genere a
dum, sed *exiguus* est e
ornans. Clausula versus ia
ctiliano VIII, 5, 20 — m
cuit. *H.* Similem vid. He

Inventusque cavis bufo, et quae plurima terrae
Monstra ferunt; populatque ingentem farris acervum
Curculio, atque inopi metuens formica senectae.
Contemplator item, quum se nux plurima silvis
Induet in florem et ramos curvabit olentis;
Si superant fetus, pariter frumenta sequentur,
Magnaque cum magno veniet tritura calore:
At si luxuria foliorum exuberat umbra,
Nequidquam pinguis palea teret area culmos.
Semina vidi equidem multos medicare serentes,
Et nitro prius et nigra perfundere amurca,
Grandior ut fetus siliquis fallacibus esset,

159. et Aen. III, 390. *W.* — *quae plurima*, qualia multa, *οἷά τε πολλά*. *H.* Conf. Not. ad Tibull. I, 2, 15. *W.* — *populat ingentem farris acervum* expressit Columella II, 20, ubi de amurca, qua aream conspergere solebant veteres; *nam ea res a populatione murium formicarumque frumenta defendit.* cf. Prudent. in Symm. I, 1052. *H.* Cf. Aen. IV, 402. *formicae farris acervum quum populant.* — *frumentum* enim *populare* dicuntur formicae, cum id ablatum in tecta sua congerunt. *W.*

187 — 192 Ornatus locus. Ut de futuro anni proventu iudicari possit, observandum esse dicit, an nux *amygdala*, quae primo vere floret, abundet multo flore; ita enim magnam fertilitatem anni fore; sin pro flore arbor foliis luxurietur, messem fore malignam. Est autem *nux*, generis nomen, h. l. de amygdala accipiendum ex aliorum scriptorum praeceptis. — *Contemplator*, *τεκμαίρου* Graeci poëtae, ut Nicand. Theriac. v. 396, Oppian. v. 438. — *Nux induet se in florem*, usitatius esset *induit se flore*, ut saepius apud Auctores R. R. v. c. Columell. IV. 24. §. 12, *induunt se uvis* n. vites, h. vestiunt se. et inf. Ge. IV, 142. *Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos Induerat*; verum etiam Aen. VII, 20. *Quos — Induerat Circe in cultus atque ora ferarum.* Tum *nux plurima* vel nux, quae multa est in silvis, h. quibus silvae abundant, vel, quod melius, ut sit, quando nux *plurimum*, h. cum maxime, induit. Ge. II, 166. Italia *auro plurima fluxit.* cf. Ecl. VII, 60. *H.* vid. Not. ad II, 182. *W.* — *fetus*, quorum maior copia est, poëtice pro ipso flore dicti, *tritura* pro messe. *H.* Proprie dixit Virgilius. Laboriosa tritura magnum frugum sequitur proventum. *veniet*, agricolis. *W.* — *umbra* est arbor ipsa umbrosa, frondosa. — *H.* Et hic proprie locutus est Maro. *exuberat umbra* etc. est: abundat umbra, effecta per luxuriam foliorum. *W.* — *pingues palea* h. e. abundantes palea, non granis. *H. pinguis* cum sexto casu iunxit Iuven. III, 247. *pinguia crura luto.* *W.* Simplicissimum mox ut iungas *nequidquam teret. Area teret culmos*, poëtica ratio non infrequens pro: culmi terentur in area, inf. 298. v. ad Tibull. I, 5, 22.

193 *Semina* leguminum fructusque siliquis continentur, intelligo; nam paullo post: *siliquis fallacibus*; et confirmat Plin. XVIII, 17, (45). et Colum. II, 10, 11: III, 10, 18, qui Virgilium de faba loqui affirmant. conf Pallad. XII tit. 1: Geopon. II, 35; In aliarum frugum seminibus idem tentatum, v. c. in tritico Plin. XVIII, 73. amygdalis v. Pallad. II, 15. §. 7. — *medicare*, inficere, macerare succis alienis.

Et quamvis igni exiguo properata maderent.
Vidi lecta diu et multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quot annis
Maxuma quaeque manu legeret; sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri;
Non aliter quam qui adverso vix flumine lembum
Remigiis subigit, si brachia forte remisit,
Atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.
Praeterea tam sunt Arcturi sidera nobis
Haedorumque dies servandi et lucidus Anguis,
Quam quibus in patriam ventosa per aequora vectis
Pontus et ostriferi fauces tentantur Abydi.
Libra die somnique pares ubi fecerit horas,

196 solere ait, legumina serenda a multis humectari et macerari, ut inde nata aliquando celerius coquantur. *Siliquae fallaces*, quia saepe folliculi, cum inanes sunt, maiores videntur. *H. fallaces* epitheton inde petitum, quod siliquae vel folliculi grandes fetus saepe parvos reddunt. vid. Not. ad Tib. II, 1, 19. *W.* — *maderent*, mollita, coquerentur *igni*, quamvis exiguo. cf. Plaut. Men. II, 2, 51. *iam haec madebunt.* — 197 *H. vidi* quum rem adiicis novam, verbum priore periodo usurpatum repetens copula non indigebis. Praecessit autem *vidi*. *W. Spectata*, dum leguntur, explorata. — 199 Grandissima semina legi nostri poëtae auctoritate iubet Colum. II, 9. §. 11. 12. cf. Varro I, 52. Suaviter a poëta in re tenui gravissima sententia generalis interponitur: omnia mortalia in deterius vergunt, nisi continuam curam iis tuendis adhibueris. — *vis humana*, hominum opera, h. homines. habuit in animo Lucret. V, 207. 208. *Quod superest arvi, tamen id natura sua vi Sentibus obducat, ni vis humana resistat.* — 200 Aen. II, 169 *Ex illo ruere et retro sublapsa referri Res Danaum.* ubi vid. Not.

203 *Atque* iam Gell. X, 29 et Serv. interpretati sunt *statim*. Est antiqua loquendi ratio. In XII. tabulis: *Si in ius vocat, atque eat.* ubi vid. Intpp. Etsi ita facere necesse non duco, modo suppleas: *Non aliter, quam is retro sublapsus refertur*, qui navigium agit — *atque illum in praeceps prono rapit alveus amni.* Alia ratio verba ordinandi: *non aliter quam si is, qui — subigit, remisit forte brachia, atque alveus rapit illum lembum.* *H.* Priorem ex posterioribus sequor, quippe simplicissimam et poëticam: *non aliter quam* (h. e. sicut) refertur is, *qui — subigit, si* remisit *brachia*, atque *alveus illum* (lembum) rapit. Ita *atque* propriam retinet significationem, sicut *et* Ge. I, 513. *W.*

204 Agricolis siderum ortus et occasus non minus sunt servandi quam navigantibus; v. Colum. XI, 7, 31. Posterius ornat: iis, qui in Pontum et Hellespontum navigant. — *tentare* est adire. Ge. III, 8. *tentanda via est* etc. quamquam proprie ad iter ignotum et periculosum referri debuit. — *Abydus* ostreis nobilis. Ex sideribus vero poëtico more sigillatim aliquot septemtrionalia enumerat, quorum cum ortu procellae ingruunt. *H. vectis* et vehentibus. Commode laudat H. Vossius Aen. VI, 355. Add. Aen. I, 481. *tunsae pectora*, quae tundunt pectora, et infr. I, 293, *solata*, solans. *W.*

208 *Ab* aequinoctio auctumnali usque ad brumam hordei sationem esse ait. Pulcritudo loci ex forma sideris, *librae*, petita, obvia,

iedium luci atque umbris iam dividit orbem,
rcete, viri, tauros, serite hordea campis
ie sub extremum brumae intractabilis imbrem:
non et lini segetem et Cereale papaver
ipus humo tegere, et iamdudum incumbere aratris,
i sicca tellure licet, dum nubila pendent.
fabis satio; tum te quoque, Medica, putres
piunt sulci, et milio venit annua cura,

multi imitando assequi stu-
nt, in primis Lucan. IV, 58.
VIII, 467—469: Colum. X,
um *paribus Titan orbem li-
rit horis.* — *somnus* pro no-
- *Libra*, h. sol in Libra con-
is, *dividit orbem*, h. coelum,
m luci atque umbris, h. par-
rbi, coelo, diem et noctem,
ea aequinoctiali constitutus,
ec versus arcticum neque ant-
am polum processit, neque
tri parti longiores dies no-
attulit. — *bruma intracta-*
dura, aspera, ut alias *indomi-*
ae vix vinci, superari, tolera-
est. Sic melius, quam ut sit,
propter frigoris rigorem nul-
tractari, agi, potest. — *ex-
m imbrem* noli urgere; us-
d solstitium brumale. Est
ndum de coelo Italiae, in
hiemale tempus magna sui
pluvium est; quodque nobis
le frigus est, illic sunt plu-
rumales. Seritur autem hor-
auctumnali tempore in ter-
nigniori coelo subiacentibus.
. II, 9 et al.: Varro I, 54:
XVIII, 10. §. 1. hinc messis
inus maturior.

De *lino* diversa idem Pli-
etiam de Transpadanis, tra-
VIII, 56. Ad lini autem et
ris sationem terra aratur;
mnino nunc praecipit matu-
n esse arationem — *papa-
reqle*, quia Cereris ornamen-
mbolicum esse solet in si-
apud poëtas. — *nubila pen-*
legantes e natura rei, nubi-
ndam in imbres solutis, —
iamdudum cf. Not. ad Aen. II,
103.

215—218 Vere seritur faba, s. legumina, medica, et milium. *Me-
dica*, herba a Medis advecta per bella Persarum Graecis illata, pa-
buli genus praestantissimi. vid. Plin. XVIII, 43: Strabo lib. XI, p. 796. C. nostrum *Lucerne*. Eius laus et cura ap. Colum. II, 11. §. 2. — *Fabae*, cuius diversum a nostra faba genus, et rotundum ac parvum legumen veteribus in usu erat. v. Indic. Scriptt. R. R. non idem omnibus serendi tempus, in primis si Columellam lib. II, c. 10. §. 9. compares. Verum Plinius: *Virgilius eam per ver seri iubet, Circumpadanae Italiae ritu*, XVIII, 12, 30. p. 115. Sed quam varie, quam copiose extulit singula haec poëta! — *putres* sulci, fractis et comminutis crebra aratione, stercoratione et frigoris penetrabili vi, glebis. vid. Ge. II, 204 et al.: Colum. II, 11, 3 *Locum, in quo Medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, et eum tota hieme putrescere sinito* rel. *Milium* non vere modo sed et aestate et hieme serebatur; unde calumnia Senecae Epistol. LXXXVI. Vere tamen commodissima satio. v. Colum. II, 9, 18: XI, 2, 33: Pallad. IV. tit. 3: Geopon. II, 38. — *milio venit annua cura* poëtica copia dictum quidem pro: milium seritur. v. Colum. II, 9. extr.: Plin. XVIII, 26. s. 66. extr.; sed cum respectu *medicae*, quae ex uno *denis* (nam apud Plinium l. l. corrupte *tricenis* legitur) annis durat.

Candidus auratis aperit quum cornibus annum
Taurus, et adverso cedens Canis occidit astro.
At si triticeam in messem robustaque farra
Exercebis humum, solisque instabis aristis,
Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur,

217 *Vere-quum*, sole in Taurum ingresso, h. ineunte vere. Ad tempora autem designanda amant poëtae siderum motum commemorare, quoniam ea ratio poëticum ornatum admittit. — *Taurus* est signum verni temporis; eum Sol illo tempore adibat IV Cal. Maias. cf. Petav. Auctar. Op. de doctr. temp. VII, 3. *Candidus*, quatenus sidus fulgens, clarum, *auratis cornibus*, rutilantibus propter lucidissimas in fronte stellas, *aperit annum*, cum anni tempus id, quo tellus resoluta flores herbasque effundit, tum incipit; sed quam suaviter! emergere sidus Tauri et adscendere coelum tum videri potest; itaque cornibus et capite quasi nixus viam sibi facit, qua specie in asterismis et tabulis Orbis coelestis exhiberi solet. *Canis* vero, Sirius tum occidit heliace, h. occultatur, conspici amplius non potest, sole nimium vicino. Cedit tum *astro adverso* h. e. Tauro, astro ex adverso illi posito; is enim instat cornibus minacibus. In sphaera sedet canis, adversam habens Tauri frontem. Huic lectioni auctoritatem addunt codices. Codices alii minus bene habent *averso astro*; quae verba ad *canem*, qui cederet aversus, pertinerent. Colum. XI, 2. §. 36. *XV Cal. Maias sol in Taurum transitum facit — Pridie Cal. Maias Canis se vespere celat.*

219 — 224 Tritici et farris satio non fit nisi post matutinum occasum cosmicum Pleiadum, et post ortum heliacum Coronae, h. mense Octobri. — 219 *Triticum* veterum diversi a nostro generis fuisse statuit Martinus, quod v. 220 et apud Varr. de R. R. I, 48, 1. *arista* h. acus tenuis e gluma prominens ei tribuatur. Verum eius sunt omnino plures, quas vocant, species. — *Far*, nobis *Dinkel*, *robustu*[illegible] sive cuius praestantia e pond[illegible] censetur, ut apud Colum. II, 6, tritici genus *robur* dictum, *quon*[illegible] *am et pondere et nitore praest*[illegible] sive, et hoc verius, quod aeris, v[illegible] torum pluviarumque ac frigoris [illegible] iurias melius, quam alia frum[illegible] genera, ferre possit; in quam se[illegible] tentiam apud Theophrast. [illegible] Caussis plant. IV, 6, toto capite [illegible] ρὸς ἢ κριθὴ inter τὰ ἐγχυρότ[illegible] referuntur. — 220 *solis insta*[illegible] *aristis*, frumenti solius, tritici [illegible] farris, curam et rationem hab[illegible] — 221 Pleiades seu Ver[illegible] *Atlantis* filiae, *absconduntur* [illegible] matutinae, h. occidunt [illegible] tempore, mane submergunt[illegible] occidentali parte, dum sol int[illegible] ab oriente emergit. *Abscond*[illegible] *tur* autem — ita laudatis v[illegible] poëtae nostri interpretatio[illegible] subiungit Columella II, 8. 1. — [illegible] *tero et trigesimo die post auct*[illegible] *nale aequinoctium, quod fere* [illegible] *ficitur nono Cal. Octobris; pro*[illegible] *quod intelligi debet tritici* [illegible] *dierum sex et quadraginta* [illegible] *occasu Vergiliarum, qui fit a*[illegible] *IX Calend. Novembr. ad bru*[illegible] *tempora.* Columellae se[illegible] etiam citra Cal. Octobr. fieri [illegible] cet. Sed v. loc. Idem lib. XI, 2, [illegible] *XIII et XII Cal. Novemb. solis* [illegible] *ortu Vergiliae incipiunt occid*[illegible] *tempestatem significat — V Ca*[illegible] *Novemb. Vergiliae occidunt.* [illegible] XVIII, 56. (24). *Virgilius tri*[illegible] *cum et far a Vergiliarum occa*[illegible] *seri iubet; hordeum inter aequ*[illegible] *noctium auctumni et brum*[illegible] *viciam vero, fascolum et len*[illegible] *Boote occidente.* Sed idem div[illegible] fere agricolarum hac in re [illegible] instituta deinceps exponit. [illegible] spexisse autem noster Hesio[illegible] putatur in notis versibus [illegible]

Gnosiaque ardentis decedat stella Coronae,
Debita quam sulcis committas semina, quamque
Invitae properes anni spem credere terrae.
Multi ante occasum Maiae coepere; sed illos
Exspectata seges vanis elusit aristis.
Si vero viciamque seres vilemque faselum,
Nec Pelusiacae curam adspernabere lentis,
Haud obscura cadens mittet tibi signa Bootes;

383. 615. Omnino tenendum, Graecos a Pleiadum ortu, medio Maio, aestatem ac messem, ab occasu hiemem cum aratione ac semente duxisse. Locus classicus apud Arat. Phaen. 264. 7. cf. Plin. XVIII, 29. et inf. ad Ge. IV. 231 sqq. — 222 *Gnosia stella Coronae ardentis* est sidus Coronae, notissima stellarum, a corona Ariadnes, quam Bacchus coelo affixit, appellatam; erat autem Ariadne Minois, regis Cretae, filia, in qua *Gnosus* urbs. v. Arat. Phaenom. 71. et ibi Grot. ad imag. p. 33 sq. *Ardet stella*, dum lucet, fulget; *stella* autem Coronae memoratur, aut quia inter ceteras huius sideris stellas una est luculentissima, omniumque prima conspicitur, aut ut *stella* sit pro sidere. Si *stella decedere* dicitur, id nihil aliud est, quam occidere aut occultari, cf. 50; verum ad eam anni partem, de qua hic agitur, adultum autumnum, occasum sideris huius non pertinere, sed ortum, docent astronomi, et qui inde sua petiere: Hygin. Astron. 5. *Haec Cancro et Leone exoriente occidit, exoritur cum Scorpio Nonis Octobris.* Columella XI, 2, 51. *IV Non. Iul. Corona occidit mane;* et §. 73. *II Non. Oct. Corona incipit exoriri — VIII Id. Octob. Coronae clara stella exoritur — III et prid. Idus Octob. Corona tota mane exoritur.* cf. Plin. XVIII, 74. pr. Hanc difficultatem — nihil enim codices variant — ita post Servium viri docti, nec tamen, ut totam rem expediant, tollunt, ut stellam oriri et emergere heliace non aliter dicant, quam ut recedat a sole, *decedat*, quo videri iam non possit. Enimvero ita *succedere*, subire, adscendere, oriri, dicitur sidus, non *decedere*. Restat, ut Maronem in erroneum calculum incidisse dicamus. Et ita res se habet. Democriti ea ratio fuit: v. Geop. II, 14. — 223. 224 ornatissimi versus! *invitae*, quandoquidem, ut recipiat semina, aratione subigenda est.

225. 226 *ante occasum Maiae*, h. Pleiadum, e quibus una Maia est. Ad rem Xenoph. Oecon. c. XVII, 2: Columella XI, 2, 80. *Vetus est agricolarum proverbium, Maturam sationem saepe decipere solere, seram numquam, quin mala sit;* quod et Plin. memorat XVIII, 56. Posterius iam Hesiodus monuerat Ἔργ. 479 sqq. *II. aristis.* E codicibus alii *avenis* praeferunt. Nam veteres secundum Plin. XVIII, 17, 44. credidisse, semina frumenti diutino situ in avenas steriles degenerare. *W.*

227 — 230 Viciae, faseli, et lentis satio sub initium mensis Novembris usque ad multam hiemem. In his autem omnibus clementioris coeli nos memores esse fas est. *II. viciamque* sub occasu Arcturi, Novembri mense incipiente satam esse, ex Plinio XVIII, 15, 37. monet H. Vossius. *W.* — 227 *Faselus* est genus fabarum, quod nobis *Bona porcina* et *Turcica*, propter frequentiam *vilis* dictus. — 228 *Lentis* magna praestantia et copia apud Aegyptios; v. Plin. XVIII, 31.; epitheto igitur ab Aegypti urbe petito ornatur. — 229 *Bootes*, qui et Arctophylax cum stella Arcturo, occasu

Incipe, et ad medias sementem extende pruinas.
Idcirco certis dimensum partibus orbem
Per duodena regit mundi sol aureus astra.
Quinque tenent coelum zonae: quarum una corusco
Semper sole rubens et torrida semper ab igni:
Quam circum extremae dextra laevaque trahuntur,
Caerulea glacie concretae atque imbribus atris:
Has inter mediamque duae mortalibus aegris
Munere concessae divum; via secta per ambas,
Obliquus qua se signorum verteret ordo.
Mundus, ut ad Scythiam Rhipaeasque arduus arcis
Consurgit, premitur Libyae devexus in austros.
Hic vertex nobis semper sublimis; at illum
Sub pedibus Stys atra videt Manesque profundi.

suo tempus serendae viciae *certum* indicat. Colum. XI, 2, 78. *IV Cal. Nov. Arcturus vespere occidit.* Add. Plin. XVIII, 74. Vide de *lentis* satione Colum. lib. II. c. 10. § 15. et Plin. XVIII, 31. cum Emendat. Hard. XII. Palladius XII, 1, 1. *Novembri — nunc seritur prima lenticula. H.* De verbis *medias pruinas* vid. Not. ad 340. *W.*

231 sq. De zonis coeli et zodiaco. Ut ad anni vices et siderum ortus et occasus tempora operis rustici definiri possint, solem certum per coelum cursum tenere ait v. 231 — 256.

232 Ambiguum, fere ut v. 6. in voc. *coelo*, cui verbo *mundi* iungendum sit. Optimum factu esset iungere *orbem mundi*, quo ipsum coelum declararetur; ut *orbis coeli, terrarum*, et *orbis mundi* etiam apud Manilium; hunc *regit sol per duodecim signa*, quatenus facto per ea decursu constituuntur ea, quae in coelo sunt, siderum motus ac tempora. Verum ordo, quo verba collocavit poëta, iubet copulari *mundi astra*, ut passim *sidera coeli*. Adumbravit autem haec poëta ex Eratosthenis versibus, apud Heraclidem Ponticum de Allegoriis Homer. p. 476. cf. Tibull IV, 1, 151 sqq. — 235 *extremae* sunt in extremis partibus positae, et *trahuntur* est plenius pro *sunt*; ducuntur enim circuli paralleli. — 236 *concretae* proprie quidem tantum *glacie*, sed eadem tempestas *atros imbres*, δυβροους ζοφόεντας, affert, et recte adiuncta ad idem verbum referuntur. Eratosth. l. l. *Αἰεὶ χρυμαλέαι, αἰεὶ δ' ὕδατι μογέουσαι.* — 237 *aegris* cum dilectu h. l. positum epitheton pro miseris; δειλοὶ βροτοὶ Homeri.

238 *Via secta per ambas.* Zodiaci descriptio; et mox poli arctici et antarctici. Quae sequuntur, facile e sphaerae coelestis doctrina intelliguntur. *H. obliquus ordo.* Via solis est obliqua. Hinc Ovid. Met. II, 130. *Sectus in obliquum est lato curvamine limes.* Add. Propert. IV, 1, 84. *obliquae signa iterata rotae* vocantur signa Zodiaci. *W. — per ambas*, inter, ut v. 245. *per duas Arctos*; v. Macrob. in Somn. Scip. II. c. 8.

240 *Mundus* et hic pro coelo. — *arces* poëtis omnino pro locis excelsis, et pro montium iugis v. inf. IV, 461 et saepe. *H.* Et *arx Pangaea* Val. Fl. I, 575. dixit. *W.* — 241 *premitur devexus* ornate pro vergit, ut *consurgit*, elevatur. — 242 *Hic vertex*, polus arcticus, *nobis semper sublimis*, conspicuus. — 243 Pulcerrime pro: polus antarcticus latet, οὐκ ἐπιφανής, ut Arat. Phaenom. v. 25, unde haec

Maxumus hic flexu sinuoso elabitur anguis
Circum, perque duas in morem fluminis Arctos,
Arctos Oceani metuentis aequore tingui.
Illic, ut perhibent, aut intempesta silet nox
Semper et obtenta densantur nocte tenebrae,
Aut redit a nobis Aurora diemque reducit,
Nosque ubi primus equis oriens adflavit anhelis,
Illic sera rubens adcendit lumina Vesper.

expressit Virgilius, *non cernitur*, ut ἀΐδης· at suspiciunt illum, eodem modo ut nos polum coeli arcticum supra caput nostrum suspicimus, inferi, qui subter terrarum orbe Orcum et Tartarum habitare putantur. Igitur iungenda: *illum sub pedibus*, qui nobis est sub pedibus. Alii iungunt *vident sub pedibus*, vident subter se polum antarcticum, ei insistunt. Ita sequeretur, poëtam *Ἀΐδην* in medio terrae collocasse, quod a communi poëtarum ratione alienum. *H. Man. profundi* cf. Not. ad Aen. IV, 387. *W.*

244 *elabitur*, labitur, circumflectitur Draco, utrique ursae implicitus. Servius laudat Hesiodeum: *ποταμῷ ῥέοντι ἐοικώς*. Sed tota sententia conversa ex Arato, Phaen. 45—48. — 246 Septemtrionalia illa sidera, interque ea Ursas maiorem et minorem, Helicen et Cynosuram, numquam occidere, infra *ὁρίζοντα* seu finitorem non descendere, semper nobis conspici, notum. Fundus poëtici ornatus Homer. Il. σ, 489 et Od. ε, 273. ubi v. Intpp. Iis intervolvitur Draco. *metuentes* pro: *non* tinguntur, *numquam* occidunt; quasi ab hoc sibi caveant, quod numquam faciunt. *Ἄρκτοι κυανέου πεφυλαγμέναι ὠκεανοῖο* dixerat Aratus l. l. Sic Horat. II, 7. *penna metuente solvi*, non solvenda.

247—251 *Illic*, sub polo antarctico, aut nox est perpetua, aut dies ibi est, dum nostro coelo nox oritur, et contra. Hae fuere non satis subtiles veterum opiniones de terris australibus, et altero hemisphaerio, de quibus post Strabonem Macrob. in Somn. Scip. II, c. 9 sq. videndus. Ad nostrum locum proxime facit Lucret. V, 649—654. Quam vero ornate: *intempesta silet* (est) *nox — tenebrae*, ut profundam noctem, altas tenebras esse significet! *Nox* autem, ut *tenebrae* obtenditur, obducitur. Homer. Odyss. λ, 19. *Ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται δειλοῖσι βροτοῖσιν.* — Est nox *intempesta*, quia tum res agere non est tempestivum. 249 *redit Aurora* sc. ad eos. *H.* Usurpantur verba *redire, reducere, recurrere, referre*, alia similiter composita, ubi de rebus, in primis naturae, statis vicibus redeuntibus agitur. Ita Horat. Od. II, 10, 15. *Informes hiemes reducit Iupiter, idem summovet.* Cf. eiusdem IV, 7, 1. 12. et infr. 336. 339. 440. 458. *W.* — 250 *equis anhelantibus* tribuitur *afflare* id, quod ante se habent, ut in cursus certamine eos, quos ante se decurrentes fere cursu attingunt. *Afflant equi solis* eas terras, quas sol oriens illuminat. Iam poëtica inversione dixit: *Sol oriens afflat nos equis*; ut et Aen. V, 739. (*oriens* pro sole Ovid. Fast. I, 653. *W.*) — 251 *Vesper*, Hesperus, Sole occidente, in conspectum venit, oritur, *lumen suum profert*. Ita accepit Silius quoque, qui hunc versum expressit XI, 514. 515. *Invadunt campum et late fulgentibus armis Accendunt ultro lucem surgentis Eoi.* Namque illa vulgaris ratio, qua de facibus et candelis accipitur, quae ut incendantur, vesper caussa est, non quidem indocta est, sed humilis tamen et ab-

Hinc tempestates dubio praediscere coelo
Possumus, hinc messisque diem tempusque serendi,
Et quando infidum remis impellere marmor
Conveniat, quando armatas deducere classis,
Aut tempestivam silvis evertere pinum.
Nec frustra signorum obitus speculamur et ortus,
Temporibusque parem diversis quatuor annum.
Frigidus agricolam si quando continet imber,
Multa, forent quae mox coelo properanda sereno,
Maturare datur: durum procudit arator
Vomeris obtusi dentem; cavat arbore lintres;
Aut pecori signum aut numeros impressit acervis.

herrens a tali carmine. Opportunius idem illud inf. v. 291.

252 *Hinc*, e solis hoc per Zodiacum decursu, a v. 231, succedentibus sibi invicem anni partibus, instantem tempestatum mutationem discimus. Habuit in animo versus Arati Diosem. 10 sqq. — *Tempestates* de quatuor anni partibus dici, ex v. 258. *Temporibusque;* coniunctam tamen mutati aeris ac coeli notionem esse, ex adiuncto patet. *Coelum dubium*, anil. instantibus pluviis, procellis. Ad cetera compara Tibull. IV, 1, qui eadem horum *limborum* ac *baltearum* seu *zonarum* enumeratione facta, cum intemperata substitisset, pergit v. 169. *Hinc placidus nobis per tempora vertitur annus: Hinc et colla iugo didicit submittere taurus* etc. Ex eadem observatione antiquus de Aeolo mythus natus. — *marmor*, aequor maris splendens; vid. Aen. VI, 729. — 255 *armatae classes*, ἔνοπλοι, simpl. instructae naves. cf. Hesiod. Epy. 631. 632 et 671. 672. Aliena aere rustica foret classis ad bellum armata. — 256 *tempestivam s. evertere pinum*, h. ligna ac materiem tempestivo caedere. Consulatur Cato de R. R. c. 51: Plin. XVI, 74. 75. s. 39.

257—167 Habet etiam alias utilitates, si observes siderum ortus et occasus, et vices anni temporum. Si pluvium tempus *continet* h. e. domi tenet (v. Burm. h. l.) agricolam, multa interea parare et facere licet, quae mox sereno coelo parum tempestive curanda essent. Hoc poëta ornatius extulit, post Hesiodum, quem compara 493. sqq. Praeterea monent grammatici, Servius ad h. l.: Macrob. VI, 8: Gellius X, 11. de delectu verborum adhibito a poëta: *Maturari* ea, quae accelerentur quidem, sed diligentiae tarditate cum industriae alacritate ac celeritate coniuncta; eadem, cum subito, raptim et properanter fiant, *properari*, cum non facile diligenter et accurate fieri possint. Nescio, an haec nimis subtiliter tradita sint. Ita saltem verba declaranda sunt, si de propria vi quaeras, ut maturum tempus sit rei agendae; properetur autem cum studio et industria; non tarde et cunctanter agatur. De re v. Caton. c. 2. §. 3. et Varr. I, 36. — 262 *vomeris dentem* omnino pro vomere dixisse videtur. — *lintres*. Si scaphas et fluviatiles naviculas intelligas, possis agrum Mantuanum omninoque istam Italiae oram Pado aliisque fluminibus perfusam cog tare; cf. Servium h. l. Convenientius tamen vitae rusticae esse videtur, ut vasa lignea concava et alveos interpreteris, qui inter rustica instrumenta sunt. Sic alveos, quibus uvae portantur in vindemia, *lintres* dixit Tibull. I, 5, 25. — 265 *aut pecori signum*. Ge. III, 158. *continuoque notas et nomina gentis in-*

ıunt alii vallos furcasque bicornis,
Amerina parant lentae retinacula viti.
facilis rubea texatur fiscina virga;
torrete igni fruges, nunc frangite saxo.
ɔe etiam festis quaedam exercere diebus
iura sinunt: rivos deducere nulla
o vetuit, segeti praetendere saepem,
as avibus moliri, incendere vepres,
tumque gregem fluvio mersare salubri.

— *numeros impressit acer-* ραψε, pro imprimit. Aut rvio tesserae et tabellae indae, acervis impositae, quimenti numerus designatur, *vi* sunt frumenta saccis seu ndita, quibus vasis inscrirfamilias, quot modios con-

5 *Vallos* esse palos, in est. — *Amerina salix* neria, Umbriae urbs, non Tiberi) inter terna salicis memoratur Columellae IV, i de pedaminum in vineis, ı ac viminum prospiciencura agit, cf. Plin. XVI, 266 *Rubi* (nostris *Bromıde*) *recisis aculeis alli-* lin. XVI, 69. *Cetera vinualia sunt ex rubo, maioeram, sed in egeno tamen iam, postulant.* — *Fiscina,* seu aliud vas vimineum rusticos, *facilis*, aut quae pera struitur, aut quia ex us facta, quae flecti et toxi , et sunt *facilia*. *Mollem* dixerat Ecl. II, 72. cf. ad I, 1, 40: II, 5, 15. — et Aen. I, 178. 179. Notum s aliquando tostis igne grai solitos fuisse; sed hic de e agitur, cum, vita iam ad m cultum perducta, far igni ıt, ut facilius mola, et quiıanuaria, qua utebantur, t glumis exui posset.

275 Non mirum est, ru- aliqua facere debere per , cum sint quae facere tiam festis diebus. cf. Serv. ret. 67 sq. Locum, qui sequitur, laudat et copiosius rem prosequitur Colum. II, 22, 1. et XI, 1, 20 sq. — *Quippe etiam*, nova transitus formula; ut alibi: *Quid quod.* — 269 *Fas et iura*, h. divina humanaque iura, ut iam Servius monuit. — 269. 270 *nulla religio*, h. nullus respectus deorum, nullus metus peccandi, *vetuit*, vetare solet, vetat, ut saepe. *Quod autem ait* deducere, *nihil aliud est, quam detergere; nam festis diebus rivos veteres sordidatos detergere licet, novos facere non licet.* Macrob. Sat. III, 3. Consentit Colum. II, 22, 3. *Rivum deducit* ac *ducit* is, qui aquam ex rivo vel lacu per prata irriganda ducit. *Satis fluvium inducit rivosque sequentes* supra v. 106. dixerat. *Deducitur* etiam rivus sive aqua, cum fossa exsiccatur; ut *collectus humor* supra v. 114, cum educitur et emittitur. Ut in sententiam Macrobii dictum sit, de aqua cogitandum, quae, ut per pratum deducatur, ne via praecludatur, sordibus purganda est. cf. Serv. ad 272. — 270 *Quamquam Pontifices negent, segetem feriis sepiri debere.* Colum. l. l. — 271 *Insidias avibus moliri*; ut reliquis consentaneum sit, de avibus praedantibus et nocivis intellige. — 272 *fluvio salubri. Cavetur enim in iure Pontificio, ut — festis diebus purgandae lanae gratia oves lavare non liceat; liceat autem, si curatione scabies abluenda sit; ideo hoc quoque inter concessa numeravit* Balantumque greges fluvio mersare. *quod si hucusque dixisset, licita et vetita confuderat, sed adiicien-*

Saepe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens
Incusum aut atrae massam picis urbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge; pallidus Orcus
Eumenidesque satae; tum partu Terra nefando
Coeumque Iapetumque creat, saevumque Typhoea,
Et coniuratos coelum rescindere fratres.
Ter sunt conati inponere Pelio Ossam

do salubri, *caussam concessae ablutionis expressit.* Macrob. Sat. III, 5. extr. cf. Colum. l. l. §. 2: Varro ap. Servium ad h. l.

273 — 275 Haec ex duriorum patrumfamilias ratione; ut Catonis, c. 158. v. Colum. II, 22, 5; *Vilia poma* dicuntur ad magnam copiam denotandam. Sic v. 227 *vilis faselus. Lapis incusus*, sive rudis, asper, sive cusus et incisus. De mola manuali fere accipitur post Servium. — *pix* variis usibus agrestium inservit; ut mustis condiendis etc. Notetur et illa forma: *agitator aselli onerat*, pro agricola, quem poma in urbem mittere dicturus, quia aselli opera ad id utitur, *agitatorem asini* poëta appellat; non enim de asinario agit. Ceterum ex v. 274. 275 patet, feriatis diebus etiam mercatus in urbibus habitos esse, unde ex venditorum pomorum pretio picem et lapidem parare potuerit agricola. cf. Varronis locum ap. Serv. ad 275.

276 — 286 Etiam dies lunares observandos esse dicit; esse enim alios faustos ad opus faciendum (hoc est, *felices operum*), alios infaustos. Sequitur autem superstitionem Hesiodi, versus finem Ἔργ. 765 sqq. vel potius Democriti. Plinius XVIII, 32 s. 75. *Illis quae sunt necessaria adiicientur de luna ventisque et praesagiis — Namque Virgilius etiam in numeros* (tempora) *lunae digerenda quaedam putavit, Democriti secutus ostentationem* (h. doctrinam). Est laudanda prudentia, quod paucis hanc attigit superstitionem, et observanda ars, qua fabulis intexendis locum facit separat. — 276 *ipsa dies alios*, non *alias*, e nota grammatica ratione. *H.* Sequitur *quinta — septima* vid. Tibull. III, 6, 32. *Venit post multos una serena dies*; ibique Obss. *W.* — *dedit dies Luna*, dat, h. e. sunt dies lunares alii fausti, alii infausti.

277 — 279 vid. Hesiod. Ἔργ. 802 — 804, qui tamen non eo *die* Orcum et Furias natas memorat, sed Furias periuria hominum ultum ire. Coeus et Iapetus e Titanibus, Coeli et Terrae soboles. De Typhoeo, e Terra et Tartaro nato, v. Theogon. 821 sq. et Apollod. I, 6, 3. Miro ergo commento quinto die lunari ait natos esse Orcum, Furias, Titanes, Typhoeum, Aloidas. *Typhoea*, Τυφωέα, binis postremis syllabis contractis. — *creat*, manifestum, esse pro *creavit*. *H.* Conf. Eclog. VIII, 45. *edunt* pro ediderunt, et Not. ad Ecl VI, 30. *Typhoëā* ut *Orphēā* Ecl. VI, 30. Nota brevitatem in verbis *pall.* — *satae* pro: ea die vel tum satae. Similem vid. I, 230. *W.*

280 *fratres* sunt Aloidae, Otus et Ephialtes. v. Apollod. I, 7, 4. Aen. VI, 582. *Aloidas — qui manibus magnum rescindere coelum Adgressi.* Nisi hic locus ad manum esset, non appareret, quidni et Gigantes esse possent, et ipsi fratres γηγενεῖς et eadem facinora ausi. Est autem *rescindere* pro exscindere cum notione perrumpendi, irrumpendi. — 281 Ex Odyss. λ,

atque Ossae frondosum involvere Olympum;
ter exstructos disiecit fulmine montis.
ia post decumam felix et ponere vitem,
isos domitare boves, et licia telae
; nona fugae melior, contraria furtis.
a adeo gelida melius se nocte dedere,
um sole novo terras inrorat Eous.
eves melius stipulae, nocte arida prata
itur; noctis lentus non deficit humor.
lam seros hiberni ad luminis ignes

ite hnius fabulae, quae
, quod motu terrae gra-
ia ab Olympo revulsa fu-
rabon. lib. IX, p. 658. A. —
hic est sursum, in altio-
im volvere. *Scilicet* est

ertorum operum primor-
icata dies. Non satis de-
sitne dies XVII intelli-
dies X, felix illa quidem,
ndum eam multo magis
imam faustam esse, affir-
n Hesiod. Ἔργ. 794, et
v. 770. 805. At, quae hic
numerantur, ad diem ille
rt v. 794 — 797. *H.* Si
II. intelligi voluit Maro,
ἑβδόμῃ ἐπὶ δέκα est
— *felix ponere* h. e. ido-
nero, ad ponendum. cf.
772. *felictor ungere. W.*
rensi boves de feris, qui
erdum iugo iuncti, erra-
siodus, quem respexit, v.
τοδας ἕλικας βοῦς· Πρηΰ-
χεῖρα τιθεῖς. *Addere li-*
e est telam ordiri; ut
i sit aut stamen et trama
nina textoria, cui illiga-
Ad verba *licia telae ad-*
annectere, compares Ti-
79. *annectit licia telis* et
eum locum. *W.*
onus dies servis fugitivis
quorsum hoc? Scilicet
m tanto maiorem adhibe-
ie diligens paterfamilias,
a de furtis non sollicito
t; est enim is dies furi-
faustus.

287—296 Sunt etiam noctu vel summo mane nonnulla tractanda. 287 *Dare se alii* dicitur is, qui se eius voluntatem se accommodat, gratificatur, concedit. *Res dant se*, ut sese offerunt, occurrunt. Sic et locus, occasio, tempus *se dare* dicitur. *Dat se* et *illud*, quod impulsum inclinat se, flectitur, cedit. Itaque et h. l. *multa se dederunt*, h. dare solent, offerunt se, perfici et peragi possunt. Servius: *melius nostro obsequuntur labori.* — 288 *Eoum* pro Lucifero, atque pro matutino tempore. Ἑῷος sc. ἀστήρ, Ἑωσφόρος. cf. Aen. III, 588. — *irrorat terras*, quia aëris humor et in herbis ros sub sensum venit mane, die orto; nam *solem novum* dicunt poëtae pro oriente.

289 *stipulae* quo sensu accipiendae essent, dubitabam. Si de frumento, videbatur repugnare v. 297. Altera ex parte vix bene poterant *stipulae* et *prata* de eadem re dicta accipi. (cui repetitio *nocte—nocte* satis obstat. *W.*) De foeno Plinii XVIII, 67 s. 4. *Quidam pridie rigant, ubi sunt rigua. Noctibus roscidis secari melius*, quia sc. noctes sunt humidae. Et *prata* ad foenicidium spectant. Denique volebam ad legumina referre, ut Colum. II, 10, 12. idem hoc de faba secanda praecepit. Nunc video in stipulis frumenti esse persistendum; vide ad v. 297. Vir doct., Voss. operis rustici intelligens, ad morem refert, quo post resectos culmos relictae stipulae serius secantur. Qua de re in lo-

Saepe oleo tardi costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, lapidemque revertens
Incusum aut atrae massam picis urbe reportat.
Ipsa dies alios alio dedit ordine Luna
Felices operum: quintam fuge; pallidus Orcus
Eumenidesque satae; tum partu Terra nefando
Coeumque Iapetumque creat, saevumque Typhoea,
Et coniuratos coelum rescindere fratres.
Ter sunt conati inponere Pelio Ossam

do salubri, *caussam concessae ablutionis expressit.* Macrob. Sat. III, 5. extr. cf. Colum. l. l. §. 2: Varro ap. Servium ad h. l.

273 — 275 Haec ex duriorum patrumfamilias ratione; ut Catonis, c. 158. v. Colum. II, 22, 5; *Vilia poma* dicuntur ad magnam copiam denotandam. Sic v. 227 *vilis faselus. Lapis incusus,* sive rudis, asper, sive cusus et incisus. De mola manuali fere accipitur post Servium. — *pix* variis usibus agrestium inservit; ut mustis condiendis etc. Notetur et illa forma: *agitator aselli onerat*, pro agricola, quem poma in urbem mittere dicturus, quia aselli opera ad id utitur, *agitatorem asini* poëta appellat; non enim de asinario agit. Ceterum ex v. 274. 275 patet, feriatis diebus etiam mercatus in urbibus habitos esse, unde ex venditorum pomorum pretio picem et lapidem parare potuerit agricola. cf. Varronis locum ap. Serv. ad 275.

276 — 286 Etiam dies lunares observandos esse dicit; esse enim alios faustos ad opus faciendum (hoc est, *felices operum*), alios infaustos. Sequitur autem superstitionem Hesiodi, versus finem Ἔργ. 765 sqq. vel potius Democriti. Plinius XVIII, 32 s. 75. *His quae sunt necessaria adiicientur de luna ventisque et praesagiis — Namque Virgilius etiam in numeros* (tempora) *lunae digerenda quaedam putavit, Democriti secutus ostentationem* (h. doctrinam). Est laudanda prudentia, quod paucis hanc attigit superstitionem, et observanda ars, qua fabulis intexendis locum fecit aperat. — 276 *ipsa dies alios*, non *alias*, e nota grammatica ratione. *H.* Sequitur *quinta — septima* vid. Tibull. III, 6, 52. *Venit post multos una serena dies*; ibique Obss. *W.* — *dedit dies Luna*, dat, h. e. sunt dies lunares alii faustis, alii infausti.

277 — 279 vid. Hesiod. Ἔργ. 802 — 804, qui tamen non ex die Orcum et Furias natas memoret, sed Furias periuria hominum ultum ire. Coeus et Iapetus e Titanibus, Coeli et Terrae soboles. De Typhoeo, e Terra et Tartaro nato, v. Theogon. 821 sq. et Apollod. I, 6, 3. Miro ergo commento quinto die lunari ait natos esse Orcum, Furias, Titanes, Typhoeum, Aloidas. *Typhoea*, Τυφωέα, binis postremis syllabis contractis. — *creat*, manifestum, esse pro *creavit*. *H.* Conf. Eclog. VIII, 45. *edunt* pro ediderunt, et Not. ad Ecl VI, 30. *Typhoēā* ut *Orphēā* Ecl. VI, 30. Nota brevitatem in verbis *pall.* — *satae* pro: ea die vel tum satae. Similem vid. I, 230. *W.*

280 *fratres* sunt Aloidae, Otus et Ephialtes. v. Apollod. I, 7, 4. Aen. VI, 582. *Aloidae — qui manibus magnum rescindere coelum Adgressi.* Nisi hic locus ad manum esset, non appareret, quidni et Gigantes esse possent, et ipsi fratres γηγενεῖς et eadem facinora ausi. Est autem *rescindere* pro exscindere cum notione perrumpendi, irrumpendi. — 281 Ex Odyss. 1,

ara, sere nudus: hiems ignava colono.
bus parto agricolae plerumque fruuntur,
ue inter se laeti convivia curant.
genialis hiems curasque resolvit:
essae quum iam portum tetigere carinae,
us et laeti nautae imposuere coronas.
nen et quernas glandes tum stringere tempus,
i baccas, oleamque, cruentaque myrta:
ruibus pedicas et retia ponere cervis,
que sequi lepores; tum figere damas,
a torquentem Balearis verbera fundae,
nix alta iacet, glaciem quum flumina trudunt.
l tempestates auctumni et sidera dicam?
ubi iam breviorque dies et mollior aestas,
vigilanda viris? vel quum ruit imbriferum ver,

turare autem et messem
ram praecipiunt omnes
nio in Italia. v. Pallad. in

x Hesiodo petita esse sa-
tat, Ἔργ. 391. γυμνὸν
, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. 392.
utem, mature, auctumno,
n et sationem esse faci-
f. sup. 208: II, 315. 316,
or aeris satis magnus, ut
este non egeat. *Nudum*
tum tunica indutum, toga
ula reiecta, post Cuperi
. satis notum. *Hiems ig-*
ono esse dicitur, quae co-
otiosum esse iubet, et ab
ub dio faciendo avocat.
*ue*ne frigeat, accipe, maxi-
emis partem. — 302 *ge-*
iems conviviorum hilarita-
s iocisque apta, qua genio
ur. Grata poëtis dictio. —
sae carinae sunt mercibus
naves. v. Tibull. I, 3, 40:
st. IV, 300 — 304, ex vetere
em versus Aen. IV, 418.
Not.
Ovidus hiberna venit de
Menalcae Ecl. X. 20. ubi
— 306 *cruenta myrta*, bac-
ti nigrae succo rubicundo
m, myrtiten, condiendum.
oleam, baccam stringere,
serpere, aeque ac frondes
stringere dicitur. cf. Cat. R. R. c.
65. Varr. R. R. I, 55. — 308 *Auri-*
tos lepores Afranio debet Maro. v.
Macrob. Sat. VI, 5. — 309 *verbera*
fundae poëta pro funiculis fun-
dae vel funda dixit, maiore orna-
tu, quatenus ea saxo emisso ver-
berat, ferit.

312 — 315 Tempestates subiun-
git, quae duabus praecipue anni
partibus frequentius ingruere so-
lent, sub auctumni initium inde a
medio Augusto 311. 2. 3. (Colu-
mella XI, 2, 57. 58) et sub veris
exitum, Aprili medio (Colum. ibid.
§. 36. sqq.) 313. 4. 5. Quam vere
ornate haec dixit, et quam procli-
vis hinc ad ornatissimam tempe-
statis aestivae descriptionem via!
Sidera auctumni, quia ad siderum
ortus et occasus tempestatum
tempora atque etiam causas re-
ferebant. cf. v. 335. *Atque* quid
dicam, *quae vigilanda viris*, quae
curanda et providenda sint agri-
colis, sub auctumnum, inde a
medio Augusto, ubi *mollior aestas*,
leniore calore, cum vehementior
aestus se iam remisit; vel *quum*
ruit ver, mense Aprili, circa Vergi-
liarum exortum. Videndum est
tunc, ne imbrium ingruentium vi
anni spes a procellis profligetur,
sementisque facta proluatur. *H.*
ruit, festinat; alii malunt: in

Spicea iam campis quum messis inhorruit, et quum
Frumenta in viridi stipula lactentia turgent?
Saepe ego, quum flavis messorem induceret arvis
Agricola, et fragili iam stringeret hordea culmo,
Omnia ventorum concurrere praelia vidi,
Quae gravidam late segetem ab radicibus imis
Sublime expulsam eruerent: ita turbine nigro
Ferret hiems culmumque levem stipulasque volantis.
Saepe etiam immensum coelo venit agmen aquarum,
Et foedam glomerant tempestatem imbribus atris

finem vergit. *W.* — *Horrere* (v. ad v. 151) *agri* aut *segetes* et *sata* dicuntur fere, cum aristae iam maturae sunt. *H. inhorrere* de rebus usurpatur, quae agitantur. Sic Val. Fl. III, 348, *inhorruit aether.* cf. Aen. III, 196. — *messis* pro *seges* — *frumenta lactentia* sunt fruges lacte plenae. *W.* — in *stipula*, h. culmo, *viridi*; cf. Iliad. ψ, 598 sq. — *lactentia turgent*, plenius etiam dictum quam lactent. Habuit hunc locum ante oculos Nemesianus Cyneg. 290 *Inde ubi pubentes calamos duraverit aestas, Lactentesque urens herbas siccaverit omnem Messibus humorem, culmisque armarit aristas* etc. item Columella X, 325 sqq.

316 Quid? quod, id quod multo maius est, in ipsa messe procellae aut imbres saepe ingruunt. Repetit locum Plin. XVIII, 35 sect. 79. cf. Colum. II, 21, 2. Similiter de vitibus inf. II, 419 *et iam maturis metuendus Iuppiter uvis.* — 317 *fragili hordea culmo* dicit poëta pro hordeo simpliciter aut certe culmis fragilibus hordei; hos culmos *stringunt*, qui falce secant; cum falcem amovent, tangunt scilicet et stringunt. Solent autem poëtae id, quod agitur, a variis actionis momentis designare. — 318 *ventorum praelia concurrere* plenius quam ventos concurrere. 319 *seges gravida* proprie ex *agro gravido*. Sed poëtae omne id *gravidum* dixisse videntur, item *fecundum*, quod succo plenum ac tumidum est, ut *gravidum uber* Ge. III, 317; *gravidae fruges* II, 143; *gravidae messes* Ovid. Met. VIII, 781. *H.* Simplicissimum est *gravidam segetem* exponere seg. gravidam frumentis: cf. 111. *aristae gravidae.* et II, 143. *W.* — 320 Venti segetem *eruunt* et in aerem expellunt, extollunt; hoc ornatius effert: *sublime expulsam eruunt*, quia *sublimem, in sublime*, ferunt. Reliqua: *ita turbine nigro* etc. difficultatem habent ex structura, quam, qui animadverterunt, varie tollunt. Sed aut variavit poëta orationem, cuius naturalis ordo hic erat: vidi ventos concurrere et hiemem ferre culmos et stipulas. Haec ita effert: *vidi concurrere*, et vidi ut *ita hiems ferret* — omittit autem particulam copulandi; aut, quod probabilis, dictum est comparative: *sic*, haud aliter, *hiems ferret*, hieme diriperetur, diripi videas stipula, quam nunc media aestate radicitus aristas fert. Est autem *hiems* tempus anni procellosum ineunte auctumno et exeunte vere 311. 2. cf. Lucret. V, 218. *flabraque ventorum violento turbine vexant* (sata). *H.* Posterior ratio explicandi vocem unice vera. *W.*

322 Interdum procellosi imbres ingruunt; et 328 sq. tonitrua gravia. Praecivit Hom. Il. π, 385 sqq. Lucret. VI, 255 sqq. *agmen aquarum* pulchre de imbre denso ingruente. — *venit*, ruit; *venire* enim etiam hoc sensu satis grave verbum. *Veniunt hostes, barbari*, qui impetum faciunt etc. ut docuit Bur-

ıra, sere nudus: hiems ignava colono.
›us parto agricolae plerumque fruuntur,
ue inter se laeti convivia curant.
genialis hiems curasque resolvit:
:ssae quum iam portum tetigere carinae,
ıs et laeti nautae imposuere coronas.
ıen et quernas glandes tum stringere tempus,
baccas, oleamque, cruentaque myrta:
uibus pedicas et retia ponere cervis,
que sequi lepores; tum figere damas,
ı torquentem Balearis verbera fundae,
nix alta iacet, glaciem quum flumina trudunt.
tempestates auctumni et sidera dicam?
ubi iam breviorque dies et mollior aestas,
igilanda viris? vel quum ruit imbriferum ver,

lurare autem et messem
am praecipiunt omnes
nio in Italia. v. Pallad. in

Hesiodo petita esse sa-
at, Ἔργ. 391. γυμνὸν
γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. 392.
ıtem, mature, auctumno,
ı et sationem esse faci-
l. sup. 208: II, 315. 316,
ır aeris satis magnus, ut
:ste non egeat. *Nudum*
um tunica indutum, toga
ula reiecta, post Cuperi
. satis notum. *Hiems ig-*
no esse dicitur, quae co-
tiosum esse iubet, et ab
ıb dio faciendo avocat.
ene frigeat, accipe, maxi-
mis partem. — 302 *ge-*
mis conviviorum hilarita-
ı iocisque apta, qua genio
ır. Grata poëtis dictio. —
sae carinae sunt mercibus
naves. v. Tibull. I, 3, 40:
st. IV, 300 — 304, ex vetere
ım versus Aen. IV, 418.
Not.
Ividus hiberna venit de
Menalcae Ecl. X. 20. ubi
— 306 *cruenta myrta*, bac-
ti nigrae succo rubicundo
n, myrtiten, condiendum.
oleam, baccam stringere,
erpere, aeque ac frondes
stringere dicitur. cf. Cat. R. R. c. 65. Varr. R. R. I, 55. — 308 *Auritos lepores* Afranio debet Maro. v. Macrob. Sat. VI, 5. — 309 *verbera fundae* poëta pro funiculis fundae vel funda dixit, maiore ornatu, quatenus ea saxo emisso verberat, ferit.

312 — 315 Tempestates subiungit, quae duabus praecipue anni partibus frequentius ingruere solent, sub auctumni initium inde a medio Augusto 311. 2. 3. (Columella XI, 2, 57. 58) et sub veris exitum, Aprili medio (Colum. ibid. §. 36. sqq.) 313. 4. 5. Quam vero ornate haec dixit, et quam proclivis hinc ad ornatissimam tempestatis aestivae descriptionem via! *Sidera auctumni*, quia ad siderum ortus et occasus tempestatum tempora atque etiam causas referebant. cf. v. 335. *Atque* quid dicam, *quae vigilanda viris*, quae curanda et providenda sint agricolis, sub auctumnum, inde a medio Augusto, ubi *mollior aestas*, leniore calore, cum vehementior aestus se iam remisit; vel *quum ruit ver*, mense Aprili, circa Vergiliarum exortum. Videndum est tunc, ne imbrium ingruentium vi anni spes a procellis profligetur, sementisque facta proluatur. *H. ruit*, festinat; alii malunt: in

Frigidâ Saturni sese quo stella receptet,
Quos ignis coeli Cyllenius erret in orbes.
In primis venerare deos, atque annua magnae
Sacra refer Cereri, laetis operatus in herbis,
Extremae sub casum hiemis, iam vere sereno.

planetas, Saturnum et Mercurium explicandi causa: *quo receptet, quos in orbes erret.* Vid. Not. ad Tibull. I, 8, 57. Ita *sidera* pro sidera errantia. Nec rarum *sidus Saturni, Veneris.* *W.* — 336 Observet, Saturni stella *quo* h. e., in quod signum se recipiat, cum quo sidere se coniungat: *in Capricorno enim facit gravissimas pluvias, et praecipue in Italia, — ut in Scorpio grandines.* Haec Servius, qui plura super *receptat* nugatur dicam, an observat. *H.* *sese receptet*, proprie; nam *se receptare, recipere* dicuntur ii, qui eo, unde aliquando discesserunt, proficiscuntur. Atqui planeta easdem semper in cursu suo stellas ingreditur. Add. Not. ad 249. *W.* Saturni motum tardissimum esse, et vix binis annis sexque mensibus unum signum transire, satis constat, ut vix intelligas, quem usum observatio tam tardi sideris ad tempestatum prognostica habere potuerit. Ex veterum tamen doctrina *stellae erraticae* inter eas habebantur, unde pluviarum aliarumque aëris vicissitudinum augurium caperetur. Inprimis *Saturni transitus* notatus est; vid. Plin. II. Sect. 39 XVIII. 25 sect. 67. *Ideo Virgilius errantium quoque siderum rationem ediscendam praecipit, admonens observandum frigidae Saturni stellae transitum.* et II, s. 39. *Igitur in suo quaeque* (sidera) *motu naturam suam exercent, quod manifestum Saturni maxime transitus imbribus faciunt.* Democriti ea fuit doctrina: v. Geopon. I, 12. *H.* Cogites velim, Saturni sidus in cursu suo permultas *stellas* unius *signi* ingredi, et ex his coniunctionibus omnibus de tempestatibus conicisse Veteres. *W.* Saturno *frigus* tribui, memorare nil attinet. v. Plin. II, 8 sect. 6. — 337 Observare monet Mercurii motum; hoc enim est *errare ignem Cyllenium* (quem hinc mutuatur Claudianus XXII, 440) *in orbes coeli*, movere se ad certas leges, quibus in coelo cursum in orbem exigit. Arridet lectio *coelo* cf. 6. *H.* Causa, cur *coelo* praeferendum sit, praeter auctoritatem cod. Medic., et haec mihi videtur, quod verba *quos in orbes coeli* diversos orbes coeli significant, planeta vero eundem cursum, *orbem*, peragit. Ceterum *in orbes errare* dicitur Mercurius, quippe qui ex planetis, si Lunam excoeperis, *minimum orbem*, intra spatium dierum 87. et 25 horarum, percurrit; itaque plures orbes peragrat, dum Saturnus *maximum orbem*, intra spatium annorum 29, dierum 166. et horarum 19. peragit. Bene igitur ad omnes planetas notandos *Saturnum* et *Mercurium* delegit. *W.*

338 Ex Hesiod. *Ἔργ.* 465. 466. Ad avertendas procellarum ingruentium clades religionum auxilium adhibendum esse monet. Declarat eas in primis per duo festa Cereris ineunte vere et instante messe. Agit autem poëta de *Ambarvalibus*, v. Tibull. II, 1, et, *si Suovetaurilia* eiusdem generis sunt, v. Catonem de R. R. c. 141. *refer*, proprie repete, hinc fer, facias. — *Operatus* pro operans. Est autem hoc vocabulum sacrorum. v. Tibull. ibid. v. 9. *H.* *laetis in herbis*, in gramine laeto (Ge. II, 525). Sub dio in herbis sacra et solemnia festi peragebant. *W.* — 340 Vel hic locus docere potest, quam parum interdum subtilis sit poëtae ratio. *Extremae sub casum hiemis*

n pingues agni, et tum mollissima vina;
n somni dulces, densaeque in montibus umbrae.
cta tibi Cererem pubes agrestis adoret,
tu lacte favos et miti dilue Baccho;
que novas circum felix eat hostia fruges,
nis quam chorus et socii comitentur ovantes,
Cererem clamore vocent in tecta. Neque ante
em maturis quisquam supponat aristis,
m Cereri, torta redimitus tempora quercu,
motus inconpositos et carmina dicat.
tque haec ut certis possimus discere signis,
usque pluviasque et agentis frigora ventos,

esse primum veris initium; biiciuntur ea, quae adultum ignificant; quamquam non mor sum, clementioris coeli stro poëta rationem esse dam. Similiter sup. 230 *ad s pruinas*, quod sane severe nequit. — 341 Hesiod. *Ἐργ.* bi de aestatis initio: *Τῆμος καὶ τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄρι-Vina mollia*, scilicet hiemis ecta mora, *asperitate*, duritia, *tia*, mitia, lenia. Ita et Grae-*ἶνος σκληρὸς* et *μαλακός*. *Bacchi sapor* Ge. IV, 120. *ani* h. l. nulli alii esse posnisi in herba vel sub arboro avium concentum etc. 343 bull. I, 1, 23.

E lacte, *melle*, vino, *mulsum* a innui, notat Macrob. III, magis fortasse subtiliter, vere. cf. eund. VII, 12 et et Caton. R. R. c. 134. Diis ibus libatur *ex more* lacte, vino. — 345 *felix hostia*, inda, ut Serv., quemadmo-*felix ager, arbor*; de his duemo, nec de hoc, hostiam m sacris admoveri, nefas ; sed *hostiam felicem* usu idi perpetuo dicimus hostia litari potest, quia pura et cio apta et diis grata, quae licis ominis et bonum fruproventum portendit, aut licis proventus causa, plaer eam diis, haberi potest. —

346 *chorus et socii* est chorus sociorum, turba. Int. autem socios operum, vernas, ut II, 528. — 347 *vocare in tecta*, ut adsit, invocare, pulcre dictum. Laudantur Colum. X, 430 et Horat. Carm. I, 30, 3. — 348 *Neque ante*. cf. Cato c. 134. Nunc alterum festum Cereris seu sacrum memorat, instante messe. conf. Cato c. 134. *Prius quam messim facies, porcam praecidaneam fieri oportet* etc. — 350 De incondita saltatione, in qua carmina messoria canebantur; ut de alio festo sup. Ecl. V, 73. *saltantes Satyros imitabitur*. — *Quernam coronam* in memoriam victus prioris gestatam Servius tradit.

351 Haec omnia, has tempestatum coeli et aëris vices, de quibus hactenus egit, porro magnum calorem, pluviam et gelu, e lunae phasibus et variis prognosticis, quae experientia docuit, intelligunt agricolae. Est haec meteorognosia agricolarum. Multa in his sunt, quorum ratio aliqua probabilis reddi potest; enimvero talis expositio non ad interpretationem poëtae spectat, sed ad expositionem et illustrationem rerum ipsarum a poëta traditarum. *H. haec* ad sequentia *aestusque — ventos*, referendum, et *possemus* e codicibus Medic. et Rom. praeferendum mihi esse videtur. *W.* —

Ipse Pater statuit, quid menstrua Luna moneret;
Quo signo caderent austri; quid saepe videntes
Agricolae propius stabulis armenta tenerent.
Continuo, ventis surgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumescere, et aridus altis
Montibus audiri fragor; aut resonantia longe
Litora misceri, et nemorum increbrescere murmur.
Iam sibi tum curvis male temperat unda carinis,
Quum medio celeres revolant ex aequore mergi

353 Ipse Iupiter *statuit*, h. fixum et constans esse iussit; mutuatus autem est haec ex Arati Phaenom. v. 10 — 13. *Monet* luna prognosticis, quae edit, ut solent vates *monere*, qui futura docent, et *menstrua luna* praeclare propter menstruas motus vices. — 354 *Quo signo caderent austri*: quod indicium esset venti mox cessaturi. Ita enim *cadere* pro residere, Ecl. IX, 58: Aen I. 154. ut contra *surgere* v. 356. Altera Cerdae interpretatio, ut *sit* pro *incidere*, quod Ge. II, 107, vel pro *surgere*, auctoritate destituitur. Habes duo, signa cessantis et ingruentis tempestatis. — *quid saepe videntes*, h. quo viso, quo occurrente prognostico seu indicio. — 355 cf. Calpurn. Ecl. V, 43 sqq.

356 sqq. — 364: Imminentes procellas nuntiat surdus aëris motus terra marique increbrescens, quo exterriti alites marini ad littus se recipiunt. Ex Arati Prognost. 177 sqq. (909 sq.) cf. Lucan. V, 565 — 568, qui in toto illo loco nostrum ante oculos habuit. Virgilium sequitur Plinius XVIII, 35 sect. 85. 86. 87, *Continuo*, primo. *ventis surgentibus*; mox v. 365 *vento impendente*. vide modo ad v. 354. *freta ponti* poëtica periphrasi pro ponto, mari; nihil amplius. — 357 *aridus fragor*, qualis asper et acutus liguorum aridorum, cum franguntur. Ita et Lucret. VI, 111 et Homericum *αὖον ἄυσεν*, ut Il. *ν*, 441 et *καρφαλέον ἄυσεν* Il. *ν*, 409. Effert autem haud paullo ornatius Aratea l. l. 180 *καὶ τε βοώμενα οὔρεσς ἄκρα*. — 359 *Littora miscentur*, h. perturbatur mare littora et saxa alluens, quibus alliduntur fluctus, et *resonantia miscentur* pro simplici *resonant*. Aratus ib. v. 178. 179. *μακρὸν ἐπ' αἰγιαλοὶ βοόωντες, Ἀκταί τ' ἠιόνες, ὅτε τ' εὐδιοι ἡσυχάσειαν*. *Littora ripaque si resonabunt tranquillo*, reddidit Plin. XVIII. 35 s. 58. *De nemorum murmure* seu mugitu cf. Aen. X, 97 — 99. Expressit h. l. Lucan. V, 551.

360 Iam tum satis gravis est tempestas in alto, ut navis *vix* resistat fluctibus, increbrescente procellae vi, cum etc. *H.* Varie hunc versum tentarunt interpretes. Nonnulli *a* omissum statuunt in verbis *temperat sibi curvis carinis*, quod per leges grammaticae facere non licet; alii e codicibus non bonis *a* receperunt, manifestam librariorum correctionem, eamque falsam — nam quis dixit: *tempero mihi ab aedibus, ab urbe*? —; sunt denique, qui emendent *tibi unda temperat carinis, tibi* h. e. tuis. Mihi difficultas ita expedienda videtur. *Sibi temperare* est se continere, sibi modum ponere. His addi potest tertius casus, *si* quaeritur: *adversus quem* (quae constructio est apud Sueton. Vit. Lucani) tibi temperes. nam *temperare* cum tertio casu est parcere. Cic. Verr. IV. c. 6. *Non recuso, quin ita me audiatis, ut, si cuiquam ulla in re umquam temperaverit, vos quoque ei temperetis.* W. Iam quod Aratus de *ardea* dixerat, v. 182 5. 4, hoc ad *mergos*

remque ferunt ad litora, quumque marinae
o ludunt fulicae, notasque paludes
t atque altam supra volat ardea nubem.
étiam stellas, vento inpendente, videbis
pites coelo labi, noctisque per umbram
iarum longos a tergo albescere tractus;
levem paleam et frondes volitare caducas,
mma nantis in aqua colludere plumas.
ese de parte trucis quum fulminat, et quum
ie Zephyrique tonat domus, omnis plenis
iatant fossis, atque omnis navita ponto
a vela legit. Numquam inprudentibus imber
: aut illum surgentem vallibus imis

t Virgilius. Contra Aratus mergos (*aithyiai*) in litplangere memoraverat; letur ductum, quod h. l. s narratur, *ludere in sicco*. *siccam* vid. Aen. X, 301. 364 Aratus de ardea praeci- *Κυρωμένου κε θάλασσαν ἔοικ' ἀνέμοιο, vento mote ra mare*, in quo Virgilius otest poëtice exornasse *Quodque ausa volare Ar- imis pennae confisa na-* can. V, 554. Ceterum Ci- ntenm *ἐρωδιὸν fulicem* at de Div. I. 8, ubi cf. Da- a accurate veteres sibi um putabant in nominirate reddendis.

t Arato ib. v. 194 — 200. n. V, 561 — 564: Plin. 5 sect. 80. De his *ἀκοφ*- ellarum v. loca apud Cerstro loco inter diosemeia inter omina et prodigia . II, 693. — 367 *Τοὶ δ' ὄπισθεν ὑπολευκαίνονται*. id. *albescere* elegantius istere. cf. Lucret II, 206. v. Arat. ib. v. 190 — 192: sect. 86.

am praesagia pluviarum ir. Primum est fulminum ius coeli partibus concurino, pergit, vs. 373 pluurae observatio in promam manifesta sine signo sunt — quae inde sibilicit — ut nemine facile non ante provida et animadversa pluvia opprimere possit.

370—372 Quando ab omnibus coeli partibus tonat, imbres ingruunt. conversa ex Arato ibid. 200 — 206, qui ultimus versus haud dubie suppositicius est. conf. Plin. XVIII, 35 s. 81 et de reliquis s. 87. rura natant, inundantur; ut *domus Euri* pro coeli parte, unde ille spirat.

373 *Numquam imprudentibus imber obfuit*, damna attulit, nocuit, obesse solet, potest. Ornatur vulgare: non facile imber supervenire potest *imprudentibus*, h. l. insciis, hominibus ita ut de pluvia imminente prognostico aliquo moniti non sint. Inf. 425. *Numquam te crastina fallet Hora, neque insidiis noctis capiere serenae*. — 374 Aratum Diosem. 299. 300 ante oculos habuit, et ille Aristotelem H. A. IX, 10. qui notavit, grues, (*quae alias, silentio per sublime volantes, serenitatem portendunt*, Plin. XVIII, s. 87) ubi in altum evolaverint, animadversa tempestate, statim se demittere et imbrem fugere. Adiicitur *vallibus imis*, h. ad valles, ut frondibus arborum se tegant; nam *imbrem surgentem vallibus imis*, h. nebulam, grammatice quidem recte iungitur, sed sententia ab h. l. aliena

Aeriae fugere grues; aut bucula coelum
Suspiciens patulis captavit naribus auras;
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo;
Et veterem in limo ranae cecinere querelam;
Saepius et tectis penetralibus extulit ova
Angustum formica terens iter; et bibit ingens
Arcus; et e pastu decedens agmine magno
Corvorum increpuit densis exercitus alis.
Iam varias pelagi volucres, et quae Asia circum
Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri,

est. Theophrast. de signis pluviarum, unde plura illustrari possunt, ὅταν γέρανοι πέτωνται, καὶ μὴ ἀναχάμπτωσιν, εὐδίαν σημαίνει· οὐ γὰρ πέτονται, πρὶν ἢ ἂν πεπόμεναι καθαρὰ ἴδωσιν. — 375. 376 ex Arato ibid. v. 222. 223. — *captavit*, captare solet, captat, *auras*, h. ducit, olfacit, ὠσφρήσαντο. Plin. XVIII, 88. — 377 Vid. eund. v. 212, 213. Versus totus est ex Varrone Atacino, notante Servio, una cum v. 376 et 379. — *arguta* ad vocem refertur. — 378 Ex eod. 214. 215. *veterem querelam* ad fabulam transformationis ranarum (v. Ovid. Met. VI, 376 sqq.) referunt; sed verbis simpliciter inest notio clamoris continui semperque eiusdem.

379 Arat. v. 224. 225. *tecta penetralia*, ut *adytum penetrale* Aen. II, 297; *templa penetralia coeli* Lucret. I, 1098, ut in nonnullis legitur. — *angustum iter*, κοίλης ὁχῆς, foraminis, seu, verius fortasse, callem, quo incedunt. Si prius, Aratum exprimit; sin alterum probes, convenit cum Aen. IV, 404. 5. *praedamque per herbas convectant calle angusto. H.* Cum praecedat *efferre ova tect. p.* h. e. cavis, *angustum iter* ad foramen referendum esse videtur. Nam *terens ang. iter* idem est ac *itinere angusto*. *Iter* pro via et Livius dixit 21, 44. *per pacata itinera fugere. W.* — 381 *arcus*, iris, *bibere*, h. haurire, attrahere aquas cornibus suis, pluvio tempore, etiam a nostris hominibus creditur. Arat. ibid. v. 208 *duplicem arcum* dicere satis habet: διδύμη Ἶρις. Nostrum laudat Seneca N. Qu. I, 6. — 381. 382. Arat. v. 231 — 237. *increpuit densis alis* debebat exprimere τιναξάμενοι πτερὰ πυκνά; in quo πυκνὰ pro πυκνῶς positum esse dubitari nequit, *crebro*. At Virgilius pro epitheto alarum accepisse videtur, cum *densas* reddit, ut ad multitudinem corvorum referat, qui, dum *denso* agmine volant, alis *densis* increpant. Ceterum ad hoc praesagium referenda sunt verba Horatii Carm. III, 27, 9. *Antequam stantes repetat paludes Imbrium divina avis imminentum.*

383—387 Praesagia pluviarum ex avibus marinis et cycnis memorat. *Iam videas varias volucres — infundere* etc. Cygni hic dicuntur *in stagnis dulcibus Caystri*, h. in stagnis, quae Caystrus fl. egressus ripas, inundando vicina, facit, *rimari prata Asia circum* pro vulgari: versari in iis. *rimari* de cycnis pabulum et herbas quaerentibus, cf. Ge. II, 199. — *stagna* dicuntur *dulcia*, utpote vivi et perennis fluvii, non situ putrescentis aquae. *Asiam paludem* dixit Aen. VII, 701. At Homerus Ἀσιὸν λειμῶνα. Est autem *Asia* angustus tractus paluster Lydiae ad Caystrum, non longe a Tmolo, satis notus ex Homer Il. β, 461. ἢ κύκνων δουλιχοδείρων Ἀσίῳ ἐν λειμῶνι Καϊστρίου ἀμφὶ ῥέεθρα·

n largos humeris infundere rores,
put obiectare fretis, nunc currere in undas
o incassum videas gestire lavandi.
rnix plena pluviam vocat inproba voce,
n sicca secum spatiatur arena.
urna quidem carpentes pensa puellae
e hiemem, testa quum ardente viderent
re oleum et putris concrescere fungos.
ninus ex imbri soles et aperta serena
re et certis poteris cognoscere signis.
que tum stellis acies obtusa videtur,
ris radiis obnoxia surgere Luna,

essit Virgil. v. 383. 384. artim a Varrone Ataci-, cuius fragm. in Cata- poëtarum: *Tum liceat lagi tardaeque paludis expleto studio* (est hoc, *incassum* dixit) *certa-, Et velut insolitum pen- fere rorem*; partim ab em. 210. 211. Πολλάκι ἢ εἰνάλιαι ὄρνιθες ἢ- λύζονται ἐνιέμεναι ὕδα- *caput obiectant fretis*, mersant. Quae omnia compares, poëticam in unquam novissimus post copiam non desideres. et Plin. XVIII, 87. us plenius v. 217—221. pressere Claudian. XV, n. V, 555. 556. *cornix* ropter *improbum*, nimi- em; v. sup. ad 119.— e pleno gutture, voce *vocare pluviam*, quam iam Lucret. dixerat V, .— *sola secum spatia-* ola, non gregatim; fere *sse, habitare.* 392 Ornate. Etiam pu- ducentes tempestatem n ingruentem ex scin- ucernae et fungi, qui in fungi speciem ex- cretione divinare no- *leum scintillat*, h. flam- utrita.— *testa* est lu- is. Vides, quemadmo-

dum rem vilem non ignobili oratione elocutus sit. Nec minus tamen bene et copiose Aratus ibid. 244—248. Add. Plin. XVIII, 84. cf. Apulei. Met. II, 18.

393—414 Sequuntur praesagia serenitatis; et primum quidem usque ad v. 400 ea declarata sunt per absentiam eorum, quae impendentes pluvias portendunt, duce Arato 206 sq. Tum vs. 401 ea apposita sunt, quae fiunt, serenitate succedente.— *Serena*, ut *serenum*, absolute dictum, ut alia simili modo, h. serenum coelum, (Val. Fl. I, 532 *nostras serena. W.*) quod *apertum* vocari potest, nullis nubibus obductum. καθαρὸν φάος ἀμβλύνεσθαι dixerat Arat. Prognost. 281 et φάτνην καθαιρομένην πάσης ὑπένερθεν ὁμίχλης v. 265, ubi ad unam stellam hoc praesagium retulit, cum Virgilius omnino obtusam stellarum et obscuratam lucem commemoret. *H.* *cognoscere signis*, ut 351 *discere signis*; cf. Not. ad Ecl. IV, 60. *W.* — 395. 396 non tunc acies stellarum cernitur *obtusa*, obscurata. Haec illustranda ex Arato, qui signum ingruentis tempestatis notat: cum lux stellarum repente obfuscetur, *nulla apparente causa*, nec nubibus inductis, nec luna suborta, *quae luce sua illis officiat. Nec tum luna*, quae *fratris radiis obnoxia est*, surgere videtur, h. e. surgit, oritur, in conspectum venit

Tenuia nec lanae per coelum vellera ferri;
Non tepidum ad solem pennas in litore pandunt
Dilectae Thetidi alcyones; non ore solutos
Inmundi meminere sues iactare maniplos.
At nebulae magis ima petunt campoque recumbunt;
Solis et occasum servans de culmine summo
Nequidquam seros exercet noctua cantus.
Adparet liquido sublimis in aëre Nisus,
Et pro purpureo poenas dat Scylla capillo:
Quacumque illa levem fugiens secat aethera pennis,
Ecce inimicus atrox magno stridore per auras

ita, ut stellae videri possint luce lunae obtusae, offuscatae esse. *H.* Praefero H. Vossii interpretationem: luna splendere videtur sua luce, non illam a *fratre*, Phoebo, mutuata. Id praeter alia postulat divisio *nec-nec-nec*. Variandi causa 398. 399. *non-non* pro *nec-nec* subiicitur; vid. Not. ad Aen. II, 197. 198. — *obnox.* Ge. II, 439. *W.* — 397 Ex Arato ibid. v. 206. 207. *vellera lanae*, nubeculas lanis similes, nostris hominibus *oviculas*, cum aliis intelligebam; at illae sunt serenitatis nuntiae, ex poëtae autem sententia esse debet prognosticum instantis tempestatis; numerat enim inter ea, quae, serenato coelo, absunt: *Tenuia nec* — Sunt ergo nubes per coelum sparsae, mox in densiorem nubem coiturae: Plin. XVIII, 35. s. 82. Add. Lucr. VI, 502 — 4. — 399 Theocr. VII, 59. *Nereidibus dilectas* dixerat. Iis incubantibus mare tranquillum esse, unde *dies alcyonii* dicti, nota res est. Alienum tamen et hoc est ab h. l., in quo praesagia ingruentis tempestatis memorantur, quae abesse nunc ait poëta. Mutationem aëris sentientes alcyones putandae sunt ingruente tempestate alis expansis in littore conspici. Raro autem illae in conspectum veniunt, nec nisi Vergiliarum occasu, tempore pluvioso, et circa solstitia brumae. Aristot. H. An. V, 9. Plin. X, 32 s. 87. — 400 *maniplos* non modo messae frugis, sed herbarum, graminis, straminis etc. eos *iactant solutos*, h. ita ut solvantur iactando. Notum hoc signum instantis mutationis aëris. Plin. XVIII. s. 88. *turpesque porci alienos ibi* (h. ipsis non factos) *manipulos foeni lacerantes.*

401 Sequuntur ea, quae cum adsunt, serenum coelum portendunt: subsidentes nebulae etc. Arat. ibid. 256 sqq. Plin. XVIII. s. 85. *nebulae e montibus descendentes, aut coelo cadentes, vel in vallibus sidentes serenitatem promittunt.* — 402 Arat. v. 267 — 269, ubi diserte ἤσυχον ἀείδουσα. Noctua observans solis occasum, noctem, sedens in arboris cacumine, canit assidue, sed frustra. Avis enim, quamvis ominosa, tempestatisque alias nuntia, tum tamen, quo minus serenitas redeat, non impedit. Plin. XVIII, 87. *Sic noctua in imbre garrula* (praesagit serenitatem), *at, sereno, tempestatem.* Nihil mihi videtur magis esse expeditum hac nostra ratione.

404 Lusus lascivientium, serenato aëre, alitum declarat uno exemplo, sed mythico, quo odia inter cirin et haliaeetum celebrantur. De Scylla, quae patrem Nisum Minoi prodiderat, in avem cirin mutata vid. Cirin, in quam vss. 538. 41. ex h. l. translati sunt; Ovid. Met. VIII. et sup. ad Ecl. VI, 74. — *liquidus* etiam aëris naturam mobilem denotat. — 407 *inimicus, atrox*, potest prius substan-

nitur Nisus; qua se fert Nisus ad auras,
vem fugiens raptim secat aethera pennis.
liquidas corvi presso ter gutture voces
uater ingeminant, et saepe cubilibus altis,
o qua praeter solitum dulcedine laeti,
se foliis strepitant; iuvat, imbribus actis,
niem parvam dulcisque revisere nidos:
equidem credo, quia sit divinitus illis
ium, aut rerum fato prudentia maior;
n, ubi tempestas et coeli mobilis humor
vere vias, et Iuppiter uvidus austris
t, erant quae rara modo, et, quae densa, relaxat,
ntur species animorum, et pectora motus

ipi, aut, quod malim, *ini-*
insequitur, h. e. inimice,
i quis duo epitheta iungi
uod, nisi alterum partici-
t, vix in bonis poëtis fieri,
n est a viris doctis, v. Ge.
: IV, 19: Aen. III, 70. Ubi
orationi δεινότης aliqua
on male tum duo epitheta
utem ad augendam rei gra-
, ut in illo, quod infra lib.
9. *Asper, acerba sonans.*
tiam tum facere licet, cum
plura attributa, adiuncta,
, quae rei propria sunt, de-
a ac describenda est: ut
, 283. *Ulmus opaca, ingens*
Malim iungi *inimicus Ni-*
equitur atrox h. e. atroci-
ementer — δεινὸς ὤν. —
, IX, 5 *victi tristes — mit-*
xplico: victi mittimus tri-
e. animo tristi. *W.*
Ex Arato ibid. v. 271 — 277
et. v. 1082 sq. *presso gut-*
arctato, acuto cantu, clan-
γαιυομένοισιν ὁμοῖα. —
quidae oppon. voci raucae,
vus alias imbrem denun-
412 *Χαίρειν κέ τις αἰθο-*
id. 274. — *dulcedine laeti*
state, gaudio. Similis locus
55. — *imbribus actis*, abla-
sis. *H. actis* pro actis coe-
V, 821. *fugiunt vasto ae-*
mbi. Prorsus convenit Ge.
II, 334. *actum coelo aquilonibus*
imbrem. Add. Ge. II, 130. *W.*

415 Non hoc eos propterea facere videri ait, quia illis *divinitus sit ingenium*, h. e. ex Pythagoreorum, Platonicorum, ac Stoicorum placitis *pars divinae mentis et haustus aetherii*, ut IV, 219, 220, ubi vide. cf. Ciceron. de Divin. I, 49 s. 110: 53 pr. — *aut rerum fato prudentia maior*, prudentia maior (quam in hominibus esse solet) *fato*, ut ante *divinitus*, a fato iis data. Alii iungunt: *prudentia maior fato rerum*, h. e. cui fatum rerum paret; nam vates, futura praedicentes, ea regere videri. *H.* Aliena haec interpretatio, cui vel divisio per particulam *aut* obstat. In vulgari ratione bene sibi opposita sunt *divinitus* et *fato*. Nam res constitutae sunt aut *divinitus* h. e. a numine aliquo, aut per *fatum*. Ad constructionem *prudentia rerum* illustrandam facit Cic. Senect. c. 21. §. 78. *futurorum prudentia*. *W.*

417 — 423 Verum, ubi coelum et aer mutatur, et aer humidus modo densatur, modo rarefit et tenuatur, naturae harum avium mutationem aliquam subeunt, et motus diversos a prioribus sentiunt. *H. Iuppiter* (aer) dicitur *uvidus austris*, austoribus pluviis,

Nunc alios, alios, dum nubila ventus agebat,
Concipiunt; hinc ille avium concentus in agris,
Et laetae pecudes, et ovantes gutture corvi.
Si vero solem ad rapidum lunasque sequentis
Ordine respicies, numquam te crastina fallet
Hora, neque insidiis noctis capiere serenae.
Luna, revertentes quum primum conligit ignis,
Si nigrum obscuro conprenderit aëre cornu,
Maxumus agricolis pelagoque parabitur imber:
At si virgineum suffuderit ore ruborem,
Ventus erit; vento semper rubet aurea Phoebe.
Sin ortu quarto; namque is certissimus auctor;
Pura neque obtusis per coelum cornibus ibit,
Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo
Exactum ad mensem pluvia ventisque carebunt,
Votaque servati solvent in litore nautae
Glauco, et Panopeae et Inoo Melicertae.
Sol quoque, et exoriens, et quum se condit in undas,
Signa dabit; solem certissima signa sequuntur,
Et quae mane refert, et quae surgentibus astris.
Ille ubi nascentem maculis variaverit ortum,

cum imber modo cessarit. — *alios, dum* pro: alios concipiebant, dum. Si constructionem spectas, verba *alios — dum agebat* pro parenthesi habenda. *W.* — 423 *ovantes gutture* h. laetantes cantu, laetam vocem edentes.

424 Ad praesagia e lunae phasibus, *lunas* dixit, et iis, quae in solis specie apparent, progreditur. Iis enim observatis, sequentis diei tempestatem ac coelum facile praedici posse, etiamsi noctis serenitas aliud promittere videatur. — 426 Sic Aen. V, 851 *coeli toties deceptus fraude sereni.* Rem ipsam subministravit Aratus Diosem. 46. sq. *H. hora*, tempus h. l. dies. Apud Ovidium Art. I, 250. *illa hora* de nocte dicitur. *W.*

427 — 432 Luna renascens si obscura fuerit, est praesagium pluviae; si rubicunda, venti. — 433 — 437 Quarta dies a nova luna si puro nitore fulserit, serenitatem per totum mensem portendit. Respicit h. l. Plin. XVIII, 79. Ex multis, quae de luna tradit Aratus Diosem. 51 — 55. 69 — 72, haec selegit poëta. — 427 Novilunium. *pelagoque*, nautis puta, *ore*, in ore. (Cf. Not. ad Ge. III, 439. *W.*) Vulgare: os suffuderit rubore. 341 *vento* h. l. cum ventus futurus est. *auctor*, qui pollicetur, vaticinatur, h. l. praesagit. — 436. 7 Secunda erit navigatio. 437 Parthenii versum esse, ex Macrob. V, 17 et Gell. XIII, 26 novimus: *Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ Μελικέρτῃ*, seu ut Gell. laudat, sed ex interpolatione, *Ἐναλίῳ Μελικέρτῃ. Melicertes* est Palaemon inter deos marinos receptus. De Panope vel *Panopea* (*Πανόπη, Πανόπεια*), Nympha Nereide, v. Aen. V, 240. Est autem metrum versus: *Glauco | et Pano | peae et | I.*

438 — 440 Ex Arato Diosem. 87 — 89. Sol in ortu et occasu prognostica *refert*, dat, fert. cf. 539. — *surg.* cf. Aen. IV, 552. — 441 Sol oriens si maculosus, nu-

Conditus in nubem, medioque refugerit orbe,
Suspecti tibi sint imbres; namque urguet ab alto
Arboribusque satisque notus pecorique sinister.
Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
Diversi rumpent radii, aut ubi pallida surget
Tithoni croceum linquens Aurora cubile,
Heu! male tum mitis defendet pampinus uvas;
Tam multa in tectis crepitans salit horrida grando.
Hoc etiam, emenso quum iam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis. Nam saepe videmus
Ipsius in voltu varios errare colores;
Caeruleus pluviam denuntiat, igneus euros.
Sin maculae incipient rutilo inmiscerier igni,
Omnia tunc pariter vento nimbisque videbis
Fervere: non illa quisquam me nocte per altum
Ire neque a terra moneat convellere funem.
At si, quum referetque diem condetque relatum,
Lucidus orbis erit, frustra terrebere nimbis,
Et claro silvas cernes aquilone moveri.

bibus obductus, ab exteriore tantum sui parte conspicuus et quasi concavus est, imber portenditur. Plin. l. c. *Concavus* sol *oriens pluvias praedicit; idem ventos, quum ante exorientem eum nubes rubescunt; quod si et nigrae rubentibus intervenerint, et pluvias.* — *medio orbe refugere* simpliciter accipi posset: abdi, e conspectu subduci; nam poëtis *medium* non accurate dicitur; sed vetat Aratus Dios. 96. Ad reliqua v. eund. 90. 91. 113. 114 et 123 — 125. — *ab alto*, ex aethere. v. ad v. 324. — *urguet*, ingruit. — 445 *Si in exortu sol longe radios per nubes porriget, et medius erit inanis, pluviam significabit.* Plinius XVIII, 35 s. 76. Aratus Dios. 97 — 99. — 446. 447 cum lux orientis solis erit pallida. Alter est versus Homericus Od. s, 1. — 448. 449 Ipsa structurae conversione orationem exquisitam factam vides; *mitis uvas* iunge; et *salire* pro cadere, cf. Aen. V, 458. — 450 — 453 Solis orbe nubibus obducto sub occasum, si nigrae nubes erunt, pluviae, sin rutilae, venti denuntiantur. *errare* ornatius quam esse. — 452 — 455 Arat. Diosem. 102 — 107. 454 Sin mixtae erunt nigrae et rutilae nubes, ventus cum imbribus denuntiatur. — *fervere* elegantius quam impleta esse. 456 Suavis orationis, in primis tenuioris, variandae color, similis in illis: Ge. II, 315 *Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor, Tellurem — moveri.* III, 435. *Ne mihi tum molles* etc. Sublectus tamen est et ille modus Arato Phaenom. 287. 417. cf. Longin. c. 26, et ibi Morum V. Cl. Est tamen is et aliis poëtis frequentatus, v. c. Callim. in Dian. 175: Nicand. Ther. 124. — Mox *moneat*, hortetur, auctor sit.

458 — 460 Si et mane et vesperi sol purus erit ac serenus, certum id serenitatis pignus puta; flante aquilone, qui serenat coelum. Plin. l. l. *Si et occidet pridie serenus et oritur; tanto certior fides serenitatis.* Aratus Dios. 93 — 95. 126 — 129.

Denique, quid vesper serus vehat, unde serenas
Ventus agat nubes, quid cogitet humidus Auster,
Sol tibi signa dabit. Solem quis dicere falsum
Audeat? Ille etiam caecos instare tumultus
Saepe monet, fraudemque et operta tumescere bella,
Ille etiam exstincto miseratus Caesare Romam,
Quum caput obscura nitidum ferrugine texit,
Inpiaque aeternam timuerunt saecula noctem;

461—463 Verbo, ex sole praesagia omnino petimus certissima, quae circa vesperam coeli facies, serena an nubila, futura sit; a qua coeli parte ventus nubes dispellens aut adducens pluvias venturus sit. — 462 *quid cogitet Auster*, praeclare; aut enim deus, et facies eius exhibebatur ab artificibus truculenta, minax, superciliosa. Omnino autem poterat poëta vento personam induere, quod sexcenties fit. *Quodcunque minabitur Eurus*, quis non ex Horatio meminit? — 463 Hinc color ductus Manil. II, 134. 135. *Quod Fortuna ratum faciat, quis dicere falsum Audeat, et tantae suffragia vincere sortis?* Scilicet ex eventu homines rerum consilia et prudentiam iudicant. *falsum* pro fallenti dixit.

464 Ingeniosus transitus ad emblema carminis seu episodium non inelegans, quamquam ad nostra tempora minus accommodatum; quo poëta et illud effecit, ut varietate aliqua distingueretur argumenti tenor, et esset, ubi ingenium poëtae se iactare posset. — *Caecos tumultus* dixit bellicos ex occulto natos; eosdem mox *fraudes* et insidias coniurantium et *operta bella* explicat. Nostrum ante oculos habuit Manil. I, 894. *Quin et bella canunt ignes subitosque tumultus, Et clandestinis surgentia fraudibus arma.* — *tumescere* vero elegantius, quam oriri, surgere; trahuntur enim attributa maris ac procellarum ad bellorum motus. Sic et *οἰδᾶν*, sic *fluctus, aestus, procellae.*

466 Prodigia post Iulii Ca ris caedem, quae eadem pro p sagiis belli civilis subsequentis bebantur, etiam historicis sunt celebrata, a poëtis in pri tractata, Ovid. Met. XV, 782 Tibull. II, 5, 71, ubi v. Not. Ex storicis in primis vid. Dion. XI 17. Inter ea fuit solis tam d ctus, proprio ita dictus, quam totum annum pallor. v. Dion. l. Plutarch. in Iul. Caes. p. 740; P II, 30: Tibull. II, 3, 75. De ca sis huius prodigii a multis dis tatum est; petuntur eae a m lis solis insolitis. Probabilior temporum nostrorum experie comprobata opinio, obscuratum se coelum nebula ferruginea do, modo rubente — *Heerra* dicta. vid. Opusc. Vol. III. n. X p. 202. *H.* Ceterum verum defectum eo anno mense Nov bri fuisse, testatur Samml Astronom. Tafeln. Berl. T. II 122. *W.* Primas autem lineas ius prodigiorum enarrandorum ris duxisse videtur Apollon. 1284. Ad nostri poëtae exempl alii bellorum graviorumque c mitatum praesagia commemo runt; et belli quidem civilis l can. I, 524 sqq.: Petron. c. 123 *miseratus Romam* pro eo, q dicendum erat: monuit instare multus. *H.* et ipse sol sortem I mae doluit. *W.* *ferrugo* poë oratione pro caligine. — *im saecula*, homines istius aevi, *impium* facinus in Caesarem co missum erat. *saecula* Lucreti more dixit, ubi *saecla ferarum*

Tempore quamquam illo tellus quoque et aequora ponti,
Obscenique canes, importunaeque volucres
Signa dabant. Quoties Cyclopum effervere in agros
Vidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam,
Flammarumque globos liquefactaque volvere saxa!
Armorum sonitum toto Germania coelo
Audiit; insolitis tremuerunt motibus Alpes;
Vox quoque per lucos volgo exaudita silentis
Ingens; et simulacra modis pallentia miris
Visa sub obscurum noctis; pecudesque loquutae;
Infandum! sistunt amnes, terraeque dehiscunt;
Et maestum inlacrimat templis ebur, aeraque sudant;
Proluit insano contorquens vertice silvas
Fluviorum rex Eridanus, camposque per omnis
Cum stabulis armenta tulit; nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibrae adparere minaces,

alia — 470 *Obsceni canes*, ominosi, mala portendentes, cf. Aen. IV, 455., ut *importunae volucres*, odiosae, molestae, cantu mali ominis. 471 — 5 Aestuantis Aetnae explosi ignes verbis a tempestate maris petitis describuntur. Omnino *undae* flammis tribuuntur. — *liquefacta saxa*, quia massa tum liquescens mox lapidescit (*Lava*). cf. Aen. III, 576. Aliquoties igitur eo anno Aetnam exarsisse, hinc discimus. *H.* Iunge *effervere fornacibus*. Ad constructionem compara I, 379. *efferre tectis* et 512. *carceribus sese effundere*. *W.* — 474 Huic superstitioni *aurora borealis* originem dedisse videtur. — 475 Alpes saepe tremuisse Plin. notavit lib. II. s. 82.

477 *simulacra* mirum in modum *pallentia*, e Lucret. I, 124, sunt defunctorum umbrae. *H.* Vulgare est mirum in modum. Amant pluralem poëtae. Terent. Ad. II, 1, 12. *indignis modis*. *W.* Mox intell. *boves vocales* Tibull. II, 5, 78. Tum *sistunt amnes* se, consistunt. *H.* vid. Varr. L. L. V, 2. *Sol sistit*. *W.* Ad rem refer Horat. Carm. I, 2, 15 sqq. *Vidimus flavum Tiberim retortis undis ire*. — 480 *ebur aeraque* sunt signa ex ebore et aere; ea *illacrimari* credebantur, credo, quia tepido sudabant humore per tempus pluvium collecto. *H.* Nolim verba *illacrimat templis* exigi ad Horatiana Sat. II, 2, 77. *desurgere coena*; I, 4, 32. *deperdere summa*, quasi dicta sint pro lacrimat in templis, ut praepositio *in*, ante substantivum collocanda, verbo praeposita sit. *Inlacrimare* est ita compositum, ut *ingemere*; Propert. I, 1, 14. *templis* autem idem, quod in templis vid. Tibull. I, 3, 28. *W.* — 481 Ut ira, rabies, sic furor et *insania* incitato flumini tribuitur. Padus autem eluvionibus infamis. — *camposque* — *tulit*, cf. Aen. II, 498. 99. *H. fluviorum rex*, praestantiam Padi poëtice ornavit; vid. Ge. II, 98. *rex ipse Phanaeus*, ubi vocabulum *rex* (praestantissimum virorum) similiter usurpatur. *W.* 483 *Nec cessarunt fibrae apparere minaces*, frequenter exta inspecta portenderunt mala. — *H. ei resonare* — *urbes* cave *cessaverunt* ex priscibus arcessas. Tum *aut* pro

Aut puteis manare cruor cessavit; et altae
Per noctem resonare, lupis ululantibus, urbes;
Non alias coelo ceciderunt plura sereno
Fulgura, nec diri toties arsere cometae.
Ergo inter sese paribus concurrere telis
Romanas acies iterum videre Philippi;
Nec fuit indignum superis bis sanguine nostro
Emathiam et latos Haemi pinguescere campos.

et postularetur. *resonare* est infinitivus historicus, cf. Aen. IV, 422. Suaviter orationem variavit Maro, cum inde a 471 — 485 perfecta, praesentia et infinitivus sese excipiant, plane ut Aen. IV, 457 — 465. *W.* 487 Sereno tonuit. Huc refer Horat. Carm. I, 2, 3. 4. — 488 v. Cicer. de N. D. II, 5 §. 14.

489 Haec prodigia insecutum esse ait bellum civile, praelio ad Philippos, Macedoniae adiectae, olim Thraciae, urbem commisso, et Bruti Cassiique exitu nobilitatum. Poëtica ratione Philippos dicit vidisse Romanas acies *concurrere*, et quidem *iterum concurrere*, Romanos alterum praelium, post illud in priore bello civili ad Pharsalum factum, inter se commisisse. *Nec superis fuit*, visum est, *indignum*, iniquum, h. diis placuit, in eodem Macedoniae regno, latius accepto, bis stragem Romanorum fieri. *Emathia* Macedoniae est pars, ad quam proprie nec Pharsalus nec Philippi referri possunt; sed poëtae latius eo nomine etiam pro Thessalia utuntur. *Haemus* mons est Thraciae, cui poëtica ratione urbs Philippi subiacere dici potest. Lucan. I, 680 *latosque Haemi sub rupe Philippos;* IX, 271 *Emathios Philippos* dixit. Magna pars Thraciae olim Macedonibus paruit. Satis nobis declarasse videmur loci sententiam. Virorum doctorum contentiones in h. l. maxime errori debentur, quod *iterum* cum *videre* iungebant, non *iterum concurrere*. Manilius, qui hunc locum in extrema libri primi parte ante oculos habuit, eandem poëticam rationem amplexus, paullo licentius extulit: *Civiles etiam motus cognataque bella Significant* (cometae sive alia meteora); *nec plura alias incendia mundus Sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis Arma Philippeos implerunt agmine campos. Vix etiam sicca miles Romanus arena Ossa virum lacerosque prius superadstitit artus.* Licuit poëtae, quamquam minus subtiliter, in eodem loco praelium factum dicere, quod in illis regionibus, in eo regno aut plaga factum; ut ne tum quidem vitiose dictum videri debeat, si *Philippos ipsos* dicat *iterum vidisse concurrere Romanas acies;* h. Philippis iterum pugnatum esse. Quid, quod contendi potest, veteres, cum haec Virgiliana carmina legerent, sententias non aliter constituisse? Ex imitatione Ovidii iudices. Is Met. XV, 823. 824. de Caesaris ultione: *Pharsalia sentiet illum, Emathiaque* iterum *madefacti caede Philippi;* vides caedem Emathiam, h. talem, qualis iam ante ad Pharsalum facta erat; et Lucanus, qui lib. VII. sub f. totum hunc locum expressit, *Thessalia infelix* — v. 853 *Ante novae venient acies, scelerique secundo Praestabis nondum siccos hoc sanguine campos;* denique Petronius c. 121 (de Bello Civ. 110) *Cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos.* Noli tamen propterea cum viris doctis existimare, veteres Pharsaliam cum Philippis confudisse. Latius *Emathiam, Thessaliam, Haemum,*

et tempus ventet, quum finibus illis
i, incurvo terram molitus aratro,
iveniet scabra robigine pila,
vibus rastris galeas pulsabit inanis,
que effossis mirabitur ossa sepulcris.
i, Indigetes, et Romule, Vestaque mater,
uscum Tiberim et Romana Palatia servas,
Item everso iuvenem succurrere saeclo
ibete. Satis iam pridem sanguine nostro
onteae luimus periuria Troiae.

et *Pharsalum* in poëtis,
i praeliis agunt, dici, ac
em regionem omnia illa
essent, ex comparatione
obvia res est. *paribus*
m utrinque a Romanis
r. Hinc Lucan. I, 7: Ve-
I, 404. — 491. 2. fatale
civilibus armis pugnari
niae finibus. — 493 Ex-
haec Manil. I, 908. 909.
Lucret. V, 932 *ferro*
rva. — 496 *inanes* non
alearum epitheton, cum
idiunctum sit; alias ca-
effectu *sonantes* dicunt.
ultis expressus, in pri-
lisano XXI (de Laud.
34 — 137. — 497 *Gran-*
praeclare ad communem
priscorum hominum et
corporibus opinionem
f. Aen. XII, 899. 900.
tis praeliis fortissimi ho-
idissent, posteritas, quae
nunc et decrepito saeculo
est, eodem modo ho-
mirabitur, ut nos pris-
minum.

patrii et *Indigetes* ab
iisdem, ab aliis pro di-
entur. A poëtis minus
gentia in his requiritur;
men distinguenda videri
Ovidii locum Met. XV,
qui hinc expressus est,
Itaque comma post *pa-*
; similiter in invocatio-
n copula deest Ge. I.
s, lumina, Liber et alma
auni etc. *W.*) *Dii Indi-*

getes sunt ἐγχώριοι. Ex iis Aeneas erat: v. Liv. I, 2 extr.: Tibull. II, 5, 44: Aen. XII, 794. Idem Aeneas *deos patrios* seu *Penates* a Troia in Latium advexerat.

500 *iuvenem*, ut Ecl. I, 43, Romani sermonis noto usu appellat Octavianum Caesarem, tum circiter XXVII annum agentem. (*Hunc saltem*; nam Iulium Caesarem impiis invidérant Romanis. *W.*) *Saeclo* (ut v. 468) *everso* dixit, quod in prosa *rebus perditis succurrere*; ut *eversum imperium* pro labefactato, ad interitum ruente. v. Duck. ad Liv. XXX, 16, 6. ubi exstat *civitas eversa*. Ceterum nonnulla in sequentibus sunt, quae fortasse Romanis magis probari potuerunt, a nobis excusari satis est. — *Laomedontis* certe *periuria* nimis longe petita videri possunt. Ad veterum tamen hominum sensum, piaculum, ἄγος, quo maiores obstricti iram deorum provocassent, in posteros verti credebatur; neque reatus ac poena averti posse, nisi sacris piacularibus rite curatis. Suscipi tamen illa debebant a viro pio, casto ac sancto, qui θεοφιλὴς esset. Tota sententia sic procedit: Permittite dii, ut Caesar remp. restituat. Satis malorum experti sumus. Ne nobis hunc, qui unice res restituere potest, invidete et eripite, etsi aevi huius eae sunt corruptelae, ut dei alicuius praesentiam vix ferant. Haec singula splendide ornavit et amplificavit.

502 De Laomedonte nota nar-

Iam pridem nobis coeli te regia, Caesar,
Invidet, atque hominum queritur curare triumphos:
Quippe ubi fas versum atque nefas; tot bella per orbem;
Tam multae scelerum facies; non ullus aratro
Dignus honos; squalent abductis arva colonis,
Et curvae rigidum falces conflantur in ensem.
Hinc movet Euphrates, illinc Germania bellum;
Vicinae ruptis inter se legibus urbes
Arma ferunt; saevit toto Mars impius orbe:
Ut, quum carceribus sese effudere quadrigae,
Addunt in spatia, et frustra retinacula tendens

ratio, qui Apollinem ac Neptunum mercede pro muris Troiae exstruendis pacta fraudavit. Compara ndus locus Horat. III, 3, 21 sq. Melius tamen *Laomedontea Troia* simpliciter pro epitheto habetur, ita ut *periuria Troiae* latius ad omnia facinora et ἔργα Troianorum, atque ad fata ac mala referantur, quibus illa erant expianda. Iis autem etiam Romani, eorum posteri, premi videri poterant. — 505 Fere ut Horat. I Carm. 2, 45. sqq. *H. Laomedonteus*, ut *Laomedontius*, si cum *gens, pubes, heros* etc. coniunctum est, pro Troianus dici, nec in contemtum, non nego; idem tamen, *periuria* reputans moresque *Laomedontis* periurio infames, epitheton illud apte huic loco delectum esse video, ut Aen. IV, 541. *necdum Laomedonteae sentis periuria gentis? IV.*

505 — 509 — 511 Haec ad annum ab U. C. 717 M. Agrippa et L. Gallo Coss. referenda, quo multis prodigiis turbati erant animi, dum inter Triumviros parum firma fides, et paullo post graves inimicitiae; inter Caesarem et Sext. Pompeium bellum rocrudescebat; Antonius cum exercitu adversus Parthos iam dudum Syriae infestos ibat; ab Agrippa, qui Rhenum transierat, in Galliis bellum modo confectum erat. Haec omnia in unum contulit poëta, ut gravior esset sententia.

505 *ubi* h. l. apud quos. — 509 *Dignus honos*, satis magnum. — 510 *ruptis legibus*, pactionibus mutuis pace rupta. Aen. VIII, 540 *pecunt acies, et foedera rumpunt.* — 512 A circo sumta comparatio tumultuantis orbis: semel emissi currus cum tanto impetu ruunt, ut ab re riga retineri nequeant. — *spatia* hic de septem spatiis seu gyris accipiunt, quibus in circo decursus finiebatur. *spatium* tamen et locus dicitur, in quo decurritur, cf. Ge. III, 203. Aen. V, 316. — *Addunt* quadrigae *in spatia*, intelligitur a doctissimis interpretibus *currum*, h. intendunt, in ipso spatio currendi sumunt vires. Non nego, ellipsin illam paullo duriorem mihi videri. *se* post *addunt* secundum meliores libros extrusit Heinsius; quod sane ferendum; vel sic tamen non tam ex antecedente verbo, quam ex sermonis genio debet *se* intelligi. *Addere se* est instare, urgere. *Dare se in fugam* etiam in pedestri oratione frequentamus; similia v. Ge. IV, 528; Aen. XII, 633; *addere se* pro simplici dare se, immittere se, ruere in decursum, cum impetu furi in *spatia* in decursum, habet analogiam. (Et Forcellini *addunt se in spatia* accepit pro: dant se cursui per campum. Sed *se* tam omittere durissimum est. *W.*) Expressit nostrum Silius XVI, 372. *Iam fere medium evecti certamine*

ertur equis auriga, neque audit currus habenas.

mpum, *In spatia addebant*. Gra-
ius Cyneg. 227 *incumbere spatiis*
e sensu dixisse videtur; et Ho-
mer. Il. ψ, 375 ἵπποισι τάθη δρό-
νος. Denique addere spatia, in spa-
tia, ut alii *addere in spatia* inter-
pretantur, esset alium post alium
[illegible] facere, aliud post aliud
spatium currere. — 514 Nota fi-
gura *currum*, h. equos, *non audire
habenas* dicit, qui regi non pos-
sunt. Horat. Ep. I, 15, 13 *equi fre-
nato est auris in ore*; Pindarus
ἄρματα πεισιχάλινα dixit Pyth.
II, 21. *H.* Add. Iuv. XIV, 230.
*totas effundit habenas curricu-
lo. W.*

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Propositio cum invocatione Bacchi 1—8. *De* arborum *in
primisque vitium et olearum* cultura *acturus, primo loco
varios arborum proventus, alios a natura, alios ab arte pro-
ductos, exponit. Aliae arbores sponte nascuntur* — 21;
aliae arte parantur: et quidem avulsione — 23, *infossione* 24.
25. *propagine* 26. 27. *surculo* 28. 29. *concisione* 30. 31. *in-
sitione* 32—34. *Nunc edocturus, studium esse adhibendum.
suam cuique arbori pro generis et soli natura culturam,
Maecenatis propitiam voluntatem implorat* — 46. *Arbores,
quae sponte proveniunt, cultu emendari possunt* — 56; *quae
ita nascuntur, feliciora habent incrementa transplantatione,
aliisque artificialis culturae generibus* — 72; *in primis inocu-
latione et insitione proprie dicta* — 82. *Deligendae quoque
arborum eiusdem generis species praestantiores* — 108. *Coelum
praeterea naturae cuiusque arboris idoneum est circumspicien-
dum; nam magna in hoc est varietas* — 135. *Sic aditum
sibi parat ad laudes Italiae, omnium rerum proventu felicis-*

simae — 176; *denique soli natura est explanda, cui proventus generi illa conveniat* — 225; *subiiciuntur criteria soli cognoscendi et iudicandi* — 258, *et viae ac rationes soli tractandi et naturae eius emendandae; hinc ipsa cultura cum omnino arborum, tum in primis vitium. Primum enim docetur, quae in plantatione observanda sint* — 314, *simul de tempore plantationis faciendae* — 345, *de cura post illam adhibenda, inque hac de putatione* (362—70) *et de avertendis iis, quae nocere possint novellis arboribus* (371—79); *cumque in his caper sit, excurrit in morem mactandi hirci in sacro Bacchi* — 396. *In vitibus tamen in primis assidua est cura per totum annum adhibenda* — 419. *Minus operosa est olearum cultura* — 425, *et pomorum* — 428; *exigua aut omnino nulla arborum sativarum* — 457. *Inde excursus in laudes vitae rusticae, pars carminis felicissima* — *ad fin.*

Hactenus arvorum cultus et sidera coeli;
Nunc te, Bacche, canam, nec non silvestria tecum
Virgulta, et prolem tarde crescentis olivae.
Huc, pater o Lenaee; tuis hic omnia plena
Muneribus; tibi pampineo gravidus auctumno
Floret ager, spumat plenis vindemia labris;

1 Respicit ad lib. I, v. 1. Poëtae exordio utitur Columella III, 1. Nunc arborum, inquit, curam exponam: et quidem de *vitibus* (*te, Bacche*) tum de *virgultis* h. e. arboribus *silvestribus* et *oleis. silvestria* dubito an ex vulgari usu dictum ad arbores *infecundas* referendum sit: *silva* poëtis pro arboribus dicta, ut saepe in sqq., v. c. 181. videtur igitur *silvester* esse epitheton ornans, et *virgulta silvestria* nil nisi arbores omnis generis. *H.* Vulgarem usum vocis *silvester* praefero. Per vocabula *nec non* (vid. Varr. R. R. c. 2 p. med. *nec non glirium*) alteram partem notant scriptores; quae quidem hoc loco *arbores* complectitur, in *silvestres*, infecundas, et *fecundas* divisas. *W.* 3 Olese e semine nascituras tardissima sunt incrementa, v. Plin. XV, 1. Varro R. R. I, 41, 6.

4 Splendida invocatio. — *hic*, in iis, quae dicentur, in argumento carminis mei. — *tibi*, per te, ut σοὶ pro διὰ σε, beneficio tuo. (Sic *cui* pro cuius cura et beneficio, Ge. I., 15. *W.*) — *florere* est hic laetum esse, plenum esse. — *auctumnus pampineus* est proventus auctumni e vinea, ὀπώρα. Eadem notione paullo post *vindemia*. — *labra*, Tibull. I, 1, 10 *lacus*, sunt vasa ad recipiendum mustum apta. *H.* Mihi *pampineus auctumnus* visum est de tempore accipere, ubi vindemia est. *W.*

Huc, pater o Lenaee, veni, nudataque musto
Tinge novo mecum dereptis crura cothurnis.
Principio arboribus varia est natura creandis.
Namque aliae, nullis hominum cogentibus, ipsae
Sponte sua veniunt, camposque et flumina late
Curva tenent, ut molle siler, lentaeque genestae,
Populus, et glauca canentia fronde salicta:
Pars autem posito surgunt de semine, ut altae
Castaneae, nemorumque Iovi quae maxuma frondet
Aesculus, atque habitae Graiis oracula quercus:

7 Suavissima imago Bacchi uvas calcantis una cum poëta, ubi auxilium sibi a deo ferendum in carmine de vinearum cultura expetit. — *Cothurnatus* exhibitus fere olim Bacchus; quod etiam ex signis aliisque monumentis constat. Calcare pedibus uvas etiamnum in Italia sollemne.

9—12 Arbores procreantur aut natura aut arte. *arboribus creandis*, h. e. arborum nascentium *natura*, ratio, *est varia*: et quidem naturalis ratio triplex, *aut* ut sponte *veniant*, h. proveniant (sup. I, 54), *aut* e semine, *aut* ab radice; Plin. XVI, 32 s. 58. Cf. Theophrast. Hist. Plant. II, 1. quem, et Varronem I, 39, 31, expressit Virgilius. Item Columella de Arborib. pr., qui ad h. l. respicit. Ceterum in iis, quae sequuntur, ornandis quanta poëtae ars sit, facile sentiri potest, si ad nudam pedestris orationis narrationem ea redegeris.

11 *Sponte sua*, αὐτοφάτως. Haud subtiliter veteres ea, quae *sponte nasci* dicebant, distinxere ab iis, quae *semine nascuntur*, cum tamen nec ista sine semine proveniant. Voluere scilicet declarare id plantarum et arborum genus, quod primigenium dixeris, quod in loco, quem occupat, colonus iam reperit: quemadmodum vulgus herbas malas et inutiles sponte solo nasci dicit, quia semen, unde illae gignuntur, vento et aëre allatum et in solo depositum, non in oculos incurrit, ut sine semine nasci putari possint. Iam sup. I, 22 *novae non ullo semine fruges* dixerat; nec aliter Theophrast. Varr. Plin. l. c. — 12. 15 *Siler* salicis fortasse genus; neque enim satis notus frutex est. v. Plin. XVI. s. 55. — *genesta* fruticis viminei genus (cf inf. 434. v. Martin.); hinc *lenta*, flexilis, ut *lenta vitis* Ge. I, 265. — *Salicta* pro salice, cuius natura pulchre expressa.

14 *posito surgunt*, nascuntur, *de semine*, h. ex semine, quod de arbore in terram fluxit, et solo se insinuavit, proveniunt, ut castanea et ilex, si nux, glans, deciderit, et ab humo recepta fuerit. vid. Plin. XVII, 10. Scilicet h. l. naturales modi enarrantur; de satione autem, quam dicas, artificiali mox agetur. Quod hic *posito semine*, idem v. 57. *seminibus iactis*. Dicuntur autem *semina* late de quovis propagandi genere, interdum de omni principio, unde aliquid gignitur. De *castaneis* v. Colum. IV, cap. extr. cf. Plin. XVII, 10 s. 10., et praecipue 20 s. 34. — 15 *Aesculus*, arbos glandifera e quercuum genere, admodum procera, cf. inf. v. 291 — 7, Iovi sacra. *aesculus maxima nemorum* graece dictum arbitror pro in nemoribus. *H. nemora*, ut *silvae*, cf. 26. *silvarum aliae*, pro arboribus dicitur. Ita rectum *maxima nemorum*. At Latinum est *nemoris maxima*, ut *potentissimus Galliae*. *W. quercus, habitae oracula*, h. pro sede

Pullulat ab radice aliis densissima silva,
Ut cerasis ulmisque; etiam Parnasia laurus
Parva sub ingenti matris se subiicit umbra.
Hos natura modos primum dedit; his genus omne
Silvarum fruticumque viret nemorumque sacrorum.
Sunt alii, quos ipse via sibi reperit usus.
Hic plantas tenero abscidens de corpore matrum
Deposuit sulcis; hic stirpes obruit arvo,
Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos;
Silvarumque aliae pressos propaginis arcus
Exspectant et viva sua plantaria terra;
Nil radicis egent aliae, summumque putator
Haud dubitat terrae referens mandare cacumen;

oraculi Dodonaei; v. Hom. Odyss. ξ, 327. 328; quamquam modus edendae sortis diverse traditus est.

17 *Viviradices* vocant; quamquam id nomen latius patet, et stolones ac truncos etiam designat, quos transfers in aliam terram. — 19 *Subiicit se*, adolescit, crescit. v. sup. Ecl. X, 74. *quantum vere novo viridis se subiicit alnus.* Docte autem variata oratio pro: ut cerasis, ulmis et lauro.

22 — 34 Sunt alii modi arborum creandarum artificiales, h. quos usus ipse sibi reperit; *via*, id est arte, ratione, industria et experientia, ut centies *via* apud nostrum et alios. Colum. X, 338 *salutis Ipsa novas artes varia experientia rerum Et labor ostendit miseris usuque magister Tradidit agricolis.* cf. inf. IV, 313. 316: I, 133. — Lucretius V, 1360 sq. praeivit Maroni. Sunt autem modi hi: *avulsione, infossione, propagatione, surculo, concisione, insitione.* cf. Plin. XVII, 10 s. 9. Omnia, quae sequuntur, cum ex aliis, tum in primis ex Theophrasto de Caussis Plant. lib. I. egregie illustrari possunt.

23 Alius *stolones* avulsos e radice (vid. v. 17) fossis (sic *sulcus* infr. 289) seu scrobibus mandat. v. Plin. XVII, 10 s. 13. Ita *avulsione* arbores proveniunt. *H. planta*, vocabulum generale, est h. l. stolo cum respectu ad translationem; et proprie dicitur *deponere plantam.* Ovid. Rem. Am. 193. — *abscindens* vero propter auctoritatem codicum et constructionem cum praepositione *de* praefero. *W.*

24 Alius modus est, quo quis truncos seu vastiores ramos ac *teleas* in pali modum, aut quadrifariam fissas, *cum radicibus* in terram *infodit.* cf. Plin. XVII, 17 s. 27: Colum. cum alibi, tum V, 9, 3.

26. 27 Tertius modus fit *propagine.* Ut aliae, inquit, arbores proveniant, incurvatas in terram, scrobe facto, demittere necesse est, et in *terra sua*, h. e. ea, in qua mater crevit, plantare.

28. 29 Est hoc sationis genus, cum ex summa arbore rescissa virga seu talea, scrobe facto, in humo defigitur *surculus.* — 29 *referens*, quia iam ante illinc enatum fuerat. Nisi omnino ornate dictum est *referens mandare* pro simpl. mandare. Nam fert, defert, refert taleam in illum locum. *H.* putator, qui ad arborem putandas exierat, *referre* surculum proprie dicitur, ut *reportare* I, 275. *W.*

Quin et caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur e sicco radix oleagina ligno;
Et saepe alterius ramos impune videmus
Vertere in alterius; mutatamque insita mala
Ferre pirum, et prunis lapidosa rubescere corna.
Quare agite o, proprios generatim discite cultus,
Agricolae, fructusque feros mollite colendo;
Neu segnes iaceant terrae. Iuvat Ismara Baccho
Conserere, atque olea magnum vestire Taburnum.
Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,
O decus, o famae merito pars maxuma nostrae,
Maecenas, pelagoque volans da vela patenti.
Non ego cuncta meis amplecti versibus opto,
Non, mihi si linguae centum sint oraque centum,

50. 51 Nonnullae arbores, et inter has in primis olea, *concisione*, i. e. ita procreantur, ut *caudex* seu stipes, *resecta radice* et abscissis ramis, idemque dissectus ac fissus, terrae infodiatur. Ita ex ipso stipite radix *truditur*, trudit se, quae terrae se affigat. *caudices secti* per se esse possent poëtica ratione resecti, abcisi; at solent isti caudices diffindi et concidi, ita ut e media medulla nova arbor prodeat. Plin. XVII, s. 9. inter genera sationis arborum: et *consecto arboris trunco*. Add. Plin. XVII. s. 27. s. 29.

52—54 De *insitione* agit. Narrat exempla: malum insitam piro, arno prunum; poëta fructum pro arbore nominat, pirus fert mala; arnus pruna. *H. corna* pro corni, 426 *poma* pro pomi, dicere autem est Virgilius. *W.*

55 Discite, qui per singula genera cuique generi cultus proprius sit. — 56 E Lucret. V, 1366. *de aliam atque aliam culturam Dulcis agelli Tentabant, fructusque feros mansuescere terra Cernebant indulgendo blandeque colendo.* — 57 *Ismarus*, mons Thraciae, vitibus (unde *vinum Maronaeum* a propinqua urbe), et *Taburnus*, mons Samnii, olivis nobilis, quamquam uterque alioquin asper et horridus. Laudat Burmann. Intpp. Gratii Cyneg. 509. Putandi autem sunt hi quoque versus ad adhortationem agricolarum pertinere, ut arboribus colendis operam dent.

59 — 46 Proposito quasi argumento libri, Maecenatem, ut id una pertractet, advocat, commodiore loco, quam si paullo ante v. 5 — 9 Baccho subiunxisset privatum hominem. Nam Caesarem recte ultimo post deos loco ponebat Ge. I, 24 sqq. *Decurrere* recte quidem ad stadium aut circum refertur, sed propter v. 41 a cursu navigationis petitum videri debet. — 40 Maximam suae famae gloriae partem eo contineri ait, quod Maecenatis amicitia utatur. — 41 Tractationem materiae plerumque formulis navigationis significant poëtae. (Alii ex paucis codicibus *volens* praeferunt. *W.*) — 43 Eadem Aen. VI, 625 sqq. ex Il. β, 488. sqq. Ism ab Hostio poëta Latine expressa erant Homerica, cuius versus apud Macrobium Sat. VI, 3 sunt: *Non si mihi linguae Centum atque ora sient, totidem vocesque liquatae. H. ferreus.* Homericum σιδήρεος plerumque notat *validus, firmus.*

Ferrea vox; ades, et primi lege litoris oram;
In manibus terrae; non hic te carmine ficto
Atque per ambages et longa exorsa tenebo.
Sponte sua quae se tollunt in luminis oras,
Infecunda quidem, sed laeta et fortia surgunt;
Quippe solo natura subest. Tamen haec quoque, si
Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,
Exuerint silvestrem animum, cultuque frequenti
In quascumque voces artis haud tarda sequentur.
Nec non et sterilis, quae stirpibus exit ab imis,

W. — 44 Summa tantum rerum capita se leviter perstricturum esse significat, ea scilicet, quae tractari poëtice ornarique possunt. Hoc dicit *litus legere*, radere, ut *terrae in manibus* (ἐν χερσὶν, Apoll. Rh. I, 1113) h. prope sint, vicinae. non vela in altum dare. *H. carmine — per ambages.* Tacitus Ann. I, 2. *per acies aut proscriptione cecidissent*, apud quem saepius ita variatur. *exorsa longa*, opus longum. *W.*

47 Iam ad culturam arborum progreditur. Et primum quidem v. 47 — 60 de emendatione arborum silvestrium agit, cum respectu ad naturales modos, quibus arbores nascuntur. Nunc primo loco attingit primum. (v. 9 — 13.) Quae in agro inculto sponte enasci solent, mitiorem naturam possunt consequi insitione aliisque modis; cf. Varr. I, 39. 40. *luminis oras*: lucis, coeli, extrema. Nec tamen damnari omnino potest altera lectio *luminis auras*, pro lumine, quatenus illud aura ad nos defertur, proprie aura luminosa. Lucretiana autem est forma. Ex Gr. φάεος ἀύτμῃ apud Callim. in Di. 117 et al. Sic *aetheris aura.* — 49 *Quippe solo natura subest.* Quinctil. loco a Burmanno laudato, Inst. Orat. X, 2, 11. *Namque iis, quae in exemplum assumimus, subest natura et vera vis: contra omnis imitatio ficta est.* itaque *solo natura subest*, inest naturalis vis ac virtus (sales, calor, humor, temperies), scilicet ad procre illas arbores necessaria ac pr cf. Lucr. III, 274. — 49. 50 *haec quoque, si quis* etc. suavi mula, v. Ecl. VI, 9. Silvestr bores fecundarum naturam unt, si iis aliae arbores mit serantur, aut si eae transfer — 50 *mutata* debetur poëtic piae et ornatui: solo mutato sola translatione natura silves mitescit, *solo, cultu;* de q egit Theophr. de Causs. Plan 23. — *H.* At non credes, V putasse, trans'atione silvestr bores in fecundas mutari. nonnulli *at*, lectionem co quorundam, praetulerunt, sib suadentes, *at* pro *et* saepe us ri. Donec haec opinio confi sit, *mutata* accipiam pro n per insitionem, insita, qua si catione vox 53. legitur. Op non accurate elocutus est arbores post insitionem aut suo possunt relinqui aut alio t ferri, h. e. *mandari scrobibus ctis*, mollitis. Cic. de Senec. 51 *terra gremio mollito ac cto semen excepit.* Forcelli et legisse, sub v. *mutatus* tes *W.* — *scrobes subacti*, ut terra acta, quae foditur. Mox e eleganter pro natura, ingeni borum. — 52 Suaviter. Quas que artes ad maiorem carun tum adhibeas, feliciter tibi dere videbis.

53 — 56 Ad stolones ab pullulantes (v. 17 — 19) pr

faciet, vacuos si sit digesta per agros;
: altae frondes et rami matris opacant,
:entique adimunt fetus, uruntque ferentem.
quae seminibus iactis se sustulit arbos,
a venit, seris factura nepotibus umbram,
ique degenerant, succos oblita priores;
rpis avibus praedam fert uva racemos.
licet omnibus est labor inpendendus, et omnes
ndae in sulcum, ac multa mercede domandae;
runcis oleae melius, propagine vites
)ndent, solido Paphiae de robore myrtus:

campum vacuum et in so-
ansferendi sunt, cum ipsis
umbra matris noceat, ut
aut nullos fructus ferant
ligne; quae eadem res do-
antaria et seminaria insti-
Sterilis deest *arbor*: sequi-
en vox vs. 57. *H.* Relatio-
usmodi adiectivorum vel
ninum ad substantiva in
us non posita non rarae
eteres, nec tamen laudan-
. 56 *fetus*, arborum fructus,
it supra I, 55 et inf. 429.—
ero perquam accommodate
lucto succo.

- 62 Sequitur altera ratio
is procreandarum arborum,
ine in solum delato, (supra
- 16) una cum modis eam
iendandi et adiuvandi. Ex
lucidandus Plin. XVII, 10.
gerat de semine — *Omnia*
arda prouentu ac degene-
et insito restituenda. —
inibus iactis, seu temere
bus, seu manu iactis; utri-
m par eventus. — *tarda*
arde provenit. (Sic *arbor*
laeta supra dicitur. *W.*)
s nepotes conf. Ecl. IX, 50.
Daphni, piros; carpent
a nepotes. et Senecam ep.
oblita suaviter et hoc o
i poëtarum more, quo re-
nimatis aliam naturam in-
cf. Callim. in Del. 34, et
. — 60 *turpes racemi*, de-
ficiente cultu, squalidi, rugosi, ut
contra *uuae cultae, nitentes, pul-
chrae. Uva* h. l. pro vite, quae no-
stris quidem in terris ex acinis
non procreatur, at in insulis
Americae adhuc id fieri narratur.

61. 62 Artificiales modi arborum *e semine* procreatarum incrementa
accelerandi, qui non minus locum
habent in reliquis arboribus, sive
sponte sive ex viviradice natis;
itaque rem generalibus proponit;
nec tamen (conf. Theophr. de
Causs. plant. I, 6), ut poëtam de-
cebat, eundem ac v. 22 sq. ordi-
nem anxie servat. Arbores, inquit,
silvestres omnes transferendae sunt
in alium agrum et in scrobibus
(hi sunt *sulci*, vide v. 24) defigen-
dae, et *multa mercede*, multi la-
boris impendio colendae. — 63 —
68 Est tamen cuique arbori suum
culturae genus accommodatissi-
mum. *Oleae melius respondent*,
consilio, voto, felicius proveniunt
e *truncis* h. caudicibus sectis (vide
v. 30) sive taleis oleaginis (v. Cato.
45, 1: Varro. I, 40, 4. Colum. V,
9, 1 sqq.) in terram defixis; *vites
propaginibus* in humum demissis
(v. 26); *myrti* autem, Veneri sa-
crae, *solido de robore*, h. trunco
seu stipite aut vastiore ramo ad
pali modum in terram infosso. v.
24. 25. (*de robore*, h. e. excrescen-
tes de robore *W.*) At *surculorum
plantatione* (vide v. 28. 29 et Plin.
XVII, 17. s. 28) optime provenit

Plantis et durae coruli nascuntur, et ingens
Fraxinus, Herculeaeque arbos umbrosa coronae,
Chaoniique patris glandes; etiam ardua palma
Nascitur, et casus abies visura marinos:
Inseritur vero et fetu nucis arbutus horrida,
Et steriles platani malos gessere valentis;
Castaneae fagus, ornusque incanuit albo
Flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.
Nec modus inserere atque oculos inponere simplex.
Nam, qua se medio trudunt de cortice gemmae,

corulus, fraxinus, populus Herculi sacra (sup. Ecl. VII, 61), et *quercus*, Iovi Dodonaeo consecrata; *palma* etiam et *abies*, aedificandis navibus apta, ἐλάτη ναυπηγήσιμος, ut Theophr. H. Plant. V, 8. Occurrit autem passim is veterum usus et mos illas arbores plantis seu surculis procreandi. De *palma* v. Pallad. April. c. 5, 2: de *quercu* Colum. IV, 33, 5. *H.* H. Vossius, qui, duce Martino, quercum palmam et abietem non nisi semine enasci contendit, post accuratam vocabuli *planta* explanationem, significationem eius duplicem et *radix* et *semen* in hunc locum cadere statuit. *W.*

69 — 72 *Insitio* restabat ex v. 32 sq. Optime inseritur *arbuto*, in arbutum, (*horrida* ea dicitur a cortice hispido et aspero) nux, *platano* malus, *fago* castanea, *orno* pirus, et *ulmo* quercus. Respicit locum Plin. XV, 15 s. 17. Videmus hic poëtam ita tradere, quasi omne genus surculorum in omnem arborem inseri posset; quod a nostris hominibus, qui in hac re aliquid se videre putant, negatur; non enim inseri posse arborem arbori, nisi sui generis. Alii tamen orno se insevisse pinum, castaneam quercui, affirmant. Etiam Columella lib. V, 11 §. 12 antiquos contendit male idem negasse, *et quandam quasi legem sanxisse, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro ac fructu consimiles iis arboribus, quibus inseruntur.* Cuius ille *opinionis errorem discutiendum tradendamque posteris rationem* existimabat, *qua posset omne genus surculi omni generi arboris inseri.* Quod ad verba attinet, tenendum, vulgari quidem ratione dici: *arbuto nucem inseri*, at nec minus tamen rariore modo: *arbutum inseri nuce*, ut h. l. *nucis fetu*, quod non tertio, sed sexto casu accipiendum. *H.* Plura verba ex praepositione *in* composita duplicem admittunt constructionem; vid. Not. ad Aen. V, 403. Secutus est Virgilii constructionem Plinius XV, c. 15. med. *quippe quum Virgilius insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat. W. Nux* autem generale vocabulum, ut sit nux iuglans, avellana, amygdala, pinea. *H.* H. Vossius putat, intelligendam esse *nucem iuglandem, die Wallnuſs. W.* — 70 platanus gerit malum insitam. — 71 *fagus incanuit castaneae flore, et ornus albo piri flore incanuit*, h. e. fago castanea, orno pirus inseritur. *Ornus* fraxini silvestris genus. v. Martin. h. l.

73 — 77. Plures sunt inserendi modi; ex his duo insigniores commemorat poëta, *inoculationem* et *insitionem* proprie dictam. *modus est non simplex* h. e. sunt varii modi, Ge, III, 482. *H. modus inserere* inserendi, ut Statius Theb. XII, 573. *Nam quis erit saevis modus? W. Inoculatio* fit, cum in ea parte, qua *gemmae*, h. e.

Et tenuis rumpunt tunicas, angustus in ipso
Fit nodo sinus; huc aliena ex arbore germen
Includunt, udoque docent inolescere libro.
Aut rursum enodes trunci resecantur, et alte
Finditur in solidum cuneis via; deinde feraces
Plantae immittuntur; nec longum tempus, et ingens
Exiit ad coelum ramis felicibus arbos,
Miraturque novas frondis et non sua poma.
Praeterea genus haud unum, nec fortibus ulmis,
Nec salici lotoque, neque Idaeis cyparissis:
Nec pingues unam in faciem nascuntur olivae,
Orchades, et radii, et amara pausia bacca,
Pomaque, et Alcinoi silvae: nec surculus idem
Crustumiis Syriisque piris gravibusque volemis:
Non eadem arboribus pendet vindemia nostris,

germina seu oculi, *se trudunt*, erumpunt ex cortice, *ruptis tuniculis*, h. libro, interiore cortice vulnus fit, sive *angustus sinus*, h. cavitas, avulsa gemma et cortice in modum scutuli, cuius loco *includitur novum germen*, ut *coalescat* cum vetere *libro*. Respicit h. l. Plin. XVII, 14 s. 23 et 24.

78—82 Iam de *insitione proprie dicta. rami felices* sunt arboris feracis, cuius *plantae* h. surculi silvestri arbori inseruntur. *Aut rursum* non contrariam aliquam rationem infert, sed alteram rationem subiungit. — *resecantur*, fit incisio seu fissura in trunci cortice, qua parte nullus nodus est. — 82 Pulcherrima descriptio; quis non videat? Calpurn. Ecl. II, 40. 41. *Non minus arte mea mutabilis induit arbos Ignotas frondes et non gentilia poma.* Sed alii luxuriantur in hoc.

83—108 Varias arborum familias seu species eiusdem generis esse, exemplis nonnullis docet. Scilicet facit hoc ad delectum in plantanda arbore faciendum. Ornatissimus locus adiunctorum copia ac varietate. Illustratio uberior e Plinio, Columella, et Palladio petenda.

84 *Lotus* et herbae pratensis genus est, iucundum pecudis pabulum, nobis *Steinklee*, cf. inf. III, 394., et herba palustris ex nymphaearum genere, Nilo frequens; hoc vero loco est genus arboris, *Italiae familiaris*, dulcissimo fructu. *zizyphum* nostram seu iuiubam esse putat cum aliis Martinus ad h. l. — In *Ida*, Cretae mont., *cyparissi* s. cupressi sponte proveniunt. cf. Ursin. ad h. l. — 86 Ex infinitis olearum generibus tria tantum, observante etiam Plinio XV, 2, enumerat poëta, *orchadas. orchites* vulgo dictas, oblongi generis, *radios*, longioris, et *pausias*, quae, dum virides et acerbae sunt (habent autem tum amarum succum, hinc *amaro bacca*), leguntur ac tunduntur. Colum. XII, 47, 1. — 87 *Alcinoi silvae* sunt ipsa *poma*, ut saepe apud poëtas. De eius hortis Odyss. η, 112 sqq. *H. pomaque.* Accuratiores postulabunt *pomave.* Sed in membris coniungendis vel disiungendis liberior est Virgilius. *W.* — 88 *volema pira*, grandia, quae volam facile impleant; a Catone 7, 3 sumtum. vid. Plin. XV, s. 16.

89 Italas vites diversas esse ab aliis ait. *Vindemia*, vitium proventus, uvae, *pendet arboribus*, seu quia ils vites maritantur in Ita-

Quam Methymnaeo carpit de palmite Lesbos;
Sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae,
Pinguibus hae terris habiles, levioribus illae;
Et passo Psithia utilior, tenuisque Lageos,
Tentatura pedes olim vincturaque linguam;
Purpureae, preciaeque; et quo te carmine dicam,
Rhaetica? nec cellis ideo contende Falernis;
Sunt et Aminaeae vites, firmissima vina,
Tmolus et adsurgit quibus, et rex ipse Phanaeus;

lis, sive ut *arbores* pro vitibus dictae sint: quod Virgilio et Horatio sollemne est. *H.* Prius praestat. *W.* — 91 *Mareoticum vinum* notum vel ex Horat. Carm. I, 37, 14, a lacu Mareotide super Alexandriam; nunc deterius, quoniam Arabum latrocinia uvarum maturitatem intercipiunt. — 93 *Vinum passum* ex uvis passis, a pandendo, h. in sole coctis, ut exarescant. Modum conficiendi v. apud Colum. XII, 39. — *Psithia* vitis, *Lagea*, quae facile inebriat, *purpurea* et *precia* vitis apud Plinium XIV, 2 s. 4. sqq. et Colum. III, 2 sqq. videnda. Nominum caussae valde obscurae. *tenuis*, exiguos ac tenues racemos et uvas habens. *H.* Servius interpretatur: cuius vinum cito in venas descendit: Forcellini inde repetit epitheton, quod huic vino sit humor aquoso similis, cui oppositum vinum crassum, pingue. *W.* — *olim*, cum aliquando vinum ex ea expressum fuerit. (*aliquando*, ut apud Horatium Sat. I, 1, 25. *W.*) — 95. 96 Plin. XIV, 6 s. 8, 5. *In Veronensi Rhaetica vina, Falernis tantum posthabita a Virgilio.* Melior interpretatio, quam quae a Seneca in medium affertur, Nat. Qu. I, 11. Laudantur etiam a Strabone lib. IV p. 206. Sueton. Aug. c. 77 *maxime delectatus est Rhaetico.* — *Cellae Falernae*, nova variatione, de vino; — *nec ideo contende* — h. tametsi inferior est Falerno. In hoc toto loco observa orationis colorem.

97. 98 *Vinum Aminaeum*, Ἀμιναῖον, cuius, ut vinorum celebritas non constans se diuturna esse solet — cultu enim deficiente vites optimae facile degenerant — nulla alia memoria, praeter nominis, nobis restat. Graecae originis et Italici cultus, cum in aliis tum in Falernis agris maturuisse videtur; cf. Intpp. ad h. l. Atque eius tantam praestantiam, ex diuturna in primis bonitate, perhibet poëta, ut ei adeo vinum *Tmolium*, a Lydiae monte vinis nobilissimo (sup. Ge. I, 56), et *Phanaeum*, a promontorio Chii insulae, quae alias vino *Ariusio* nobilis est, *adsurgere*, cedere, dicat. Montes ponuntur pro vitibus montium: *Tmolus* et ipse *Phanaeus*, rex inter montes vini feraces. *H.* At particula *et* aperte est falsa; nam grammatica iubet collocari *et Tmolus adsurgit*. Praeterea illam exulare iubet codicum optimorum auctoritas, qui *Tmolius* dant. Ad *Tmolius* receptum H. Vossius retraxit ex sequentibus *rex*, quod facere neque per collocationem verborum *rex ipse* licet, neque per sensum verborum *rex Tmolius*, quae significarent eum, qui regit Tmolum montem. Quis tum de vino cogitaret? Quis *Falernum* vinum *regem Falernum* appellare auderet? Verba *Tmolius* et *ipse Phanaeus* (οἶνος) pro Tmolium et ipsum Phanaeum dicta ad Graecam ellipsin, quae non adeo mira in Virgilio, Graecae dictionis sectatore. Similiter Plinius XIV, 7. *Nec Tmoliti per se gratia, ut vina* et XIV, *myrtites*, ubi eadem elli-

qne minor, cui non certaverit ulla
itum fluere, aut totidem durare per annos.
o te, dis et mensis adcepta secundis,
rim, Rhodia, et tumidis Bumaste racemis.
que, quàm multae species, nec, nomina quae sint,
nerus; neque enim numero conprendere refert:
qui scire velit, Libyci velit aequoris idem
quam multae zephyro turbentur arenae;
i navigiis violentior incidit eurus,
quot Ionii veniant ad litora fluctus.
vero terrae ferre omnes omnia possunt.
ibus salices crassisque paludibus alni
tur, steriles saxosis montibus orni;
myrtetis laetissima: denique apertos
s amat collis, aquilonem et frigora taxi.
e et extremis domitum cultoribus orbem,
e domos Arabum pictosque Gelonos;

iiliter in nominibus ma- n semper neutrum, sed linum usurpari vides, *Aenius*. Vid. Heineck. Ani- Sat. Iuv. p. 84. et Passow. p. 219. Ita non contem- ex Servianis: *De Lucilio tum est, qui ait Χίος τε* ς. Ex Graeco etiam pe- letur *rex* pro rex vinorum, mpositio est *rex fluvio- lanus* I, 482 ubi vid. Not. bis denique appositionem *vites, vina f.* h. e. vina f. es. Conf. Not. ad Aen. I, .

m illis: *Sunt et Aminaeae* ge *Argitisque minor* h. e. n inter alias vites *Argitis* ; Ἀργῖτις ab ἀργός, quod andidum ea reddit. Est *inor* et *maior*. cf. Colum. , — 100 Ea vitis, vino in bundans, πολύοινος, est, rmo ac durabili. Oppo- num aquosum. *H. cer- – fluere*, h. e. certaverit et fluere. *vites fluunt* de vi- arum fructus mustum red- olum. III, 2. *vites minus* f. inf. 190. *W.*

'inam *Rhodium*, cuius in mensis secundis usus erat; cum- que de eo ante omnia diis libare- tur, hinc vitis *Rhodia diis acce- pta*, grata, *et mensis secundis*; fe- re ut apud Horat. III. Carm. 11, 6 lyra *divitum mensis et amica templis* — 102 Plin. XIV, 1 s. 3 *Tument mammarum modo buma- sti, βουμαστοί*. — 104 *neque est numerus*, enumerandi facultas re- mini suppetit. *Est numerus*, nume- rari potest. — *neque enim* positum pro: neque vero numerum tenere necesse est. Respexit hunc locum Plin. XIV, 1. extr.

109 — 134 Uti diversa sunt ar- borum genera, ita etiam diversum solum, quo nascuntur aut felicius arbores quaeque proveniunt.

112 *Litora myrtetis laetissima* exquisitiore forma pro vulgari: *myrti solent esse laetissimae in litoribus*; quod si fit, *litora* haud dubie et ipsa *laeta* videri possunt. (cf. IV, 121. *W.*) Ge.IV, 124. *et amantis litora myrtos*. — Mox *apertos colles* itidem doctius dixit quam *apricos*, qui fortasse alicui in mentem venire possint.

114. 115 Exemplo etiam esse possunt arbores exoticae. Pro his memorantur in extremo terrarum

Divisae arboribus patriae: sola India nigrum
Fert ebenum; solis est turea virga Sabaeis.
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaque, et baccas semper frondentis acanthi?
Quid nemora Aethiopum, molli canentia lana,
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi sinus orbis? ubi aëra vincere summum
Arboris haud ullae iactu potuere sagittae;
Et gens illa quidem sumtis non tarda pharetris,

orbe sitae regiones, ut Arabum et Gelonorum. Sunt autem *Geloni* e Sarmaticis populis, qui ultra *Borysthenem* vagabantur; *picti* appellantur, ut Aen. IV, 146 *Agathyrsi*, quod communi plerorumque barbarorum et ferorum populorum more corpora pingebant. Colorem illi, quo utuntur, aut cuti acu punctae inungunt, aut inurunt. Nec aliter de *Gelonis* Claudian. in Rufin. I, 315. Illa autem *extremis domitum cultoribus orbem* sunt ex poëtica copia dicta pro *extremis terris*. Cum argumenti natura coniunctum erat, ut eas a cultu designaret, et pro *orbem extremum domitum*, h. subactum, cultum ab agricolis, *a cultoribus*, poëtica inversione, *extremos cultores* memorat.

116 *India* de India proprie dicta accipi potest; nam et ibi nasci *ebenum* narrant multi e veteribus (v. Theophrast. Hist. Plant. IV, 5); sed et, quod malim, de Aethiopia, cui ebenus propria arbor. Solet enim India latissime dici, ut satis notum. cf. inf. Ge. IV, 293. — *Tus Sabaeorum* iam Ge. I, 57.

118 *Opobalsamum* Iudaeae, vallis in primis Hierichuntinae, et Arabiae; cf. praeter laudatos ab aliis Paus. IX, 28. Verba ipsa vulgari oratione sic efferrentur: *ne memorem ligna*, h. e. *arbores odoratas, sudantes balsamo*. Vulgare: *exsudat* arbor balsamum, aut illud *denudat* de arbore. *H. sudare ligno*. cf. Ecl. VIII, 54. *sudare corticibus*. *W.* — 119 *Acanthus* h. l. non herbae (ut Ecl. III, 45 et al.), sed arboris nomen; nec tamen satis compertum, quale genus illud sit. Spina est, alia Aegyptia, alia Arabica; vulgo *acantha*, vulgare nomen *acacia*, unde gummi Arabicum colligi solet: *mimosa Nilotica* Linn. Habet quidem ea arbor siliquas, non *baccas*; verum *bacca* latiorem significatum habet. Viri docti coniectura ad agrifolium nos vocat. Videtur tamen poëta peregrinam (exoticam) plantam laudare debere.

120 Plin. XIX, 1 s. 2 n. 3 *Superior pars Aegypti, in Arabiam vergens, gignit fruticem, quem aliqui* gossypion *vocant, plures* xylon, *et ideo lina inde facta* xylina. Parata ex ea byssus.

121 Vulgaris olim usque ad Imp. Iustiniani tempora, quibus primum vermiculi, quos nos *bombyces* vocamus, Constantinopolin allati sunt, opinio fuit, Seres, Indicam gentem, Sericum ita pectere, ut lanuginem, a bombycibus textam, ex certarum arborum foliis depecterent. Plinius IV, 17 s. 30. *Seres lanicio silvarum nobiles perfusam aqua depectentes frondium canitiem*. v. Salmas. ad Solin. c. 63 et al.

122 — 125 Plin. VII, 2 *Arbores quidem* (in India) *tantae proceritatis traduntur, ut sagittis superari nequeant*. Arbores *Cocos* ferentes intelligebat Catroeus; nimis anguste. Plurima vastarum et

fert tristes succos tardumque saporem
mali, quo non praesentius ullum,
si quando saevae infecere novercae,
runtque herbas et non innoxia verba,
um venit, ac membris agit atra venena.
gens arbos, faciemque simillima lauro;
non alium late iactaret odorem,
erat; folia haud ullis labentia ventis;
prima tenax; animas et olentia Medi
vent illo, et senibus medicantur anhelis.

im arborum *genera* in In-
i, fidem faciunt recentio-
m Indicarum auctores. —
nterior adeoque remotior
tremae orbis partis. — *aer arboris* pro cacumine di-
iicere telum per aerem
erticem arboris, arbore
ta, *non potuere*, ex aoristo,
— *non tarda* ea gens;
rennam interpretari, quam
di ingenii, h. callentem,

135 *Malum Medicam* seu
, item Persicam; nisi
o diverso genere est ha-
Ad citrorum genus eam
erendam, dubitari nequit.
utem familiam Maro re-
, non satis liquet. Fit ta-
osimile, aurantiae (*Pome-*
genus aliquod poëtam me-
v. Theophrast. Hist.
V, 4: Plin. XII, 3 s. 7, cu-
adhuc, praeterquam apud
tin Persido, nusquam pro-
t. Palladius, qui saeculo
nte vixisse putatur, prae-
eius cultui curam impen-
eum in Martio X, 11 sqq.
am Macrob. Sat. II, 15. Vi-
men H. Vossius recte *citrea*
omeranzen) a *Medicis* (Ci-
discernere. Ita *tristes suc-*
erunt acidi aut amari (ut
) et al.), sive propter cor-
granorum amaritudinem,
succo, qui cultu deinceps
mitigari coepit. — *tardus*
. diu palato immanens, quia
, pungens est. *H. tardus;*
praecessit *tarda;* sed et alibi eius-
modi repetitionem non vitavit Vir-
gilius; vid. Obss. ad Tibull. I, IX,
67. *W.* — 127 *Felix*, de arbore si
dicitur, ad fecunditatem proprie
respicit. Et sane citri fetus per-
petua successione succrescunt.
Nunc tamen ad salubritatem po-
tius epitheton spectare videtur, ut
dicitur *infelix*, infaustum, quod
nocet. Pro veneni antidoto ha-
bitum esse pomum Medicum, et
aliunde constat; nec fortasse in-
iuria, in certis saltem veneni ge-
neribus. Proprium hoc Latinorum
scriptorum *venena novercalia* me-
morare. cf. Ovid. Metam. I, 147. —
129 *verba non innoxia*, h. noxia,
incantationes. Eodem sensu nunc
herbae sunt venenatae et noxiae
intelligendae. Versus 129., qui
III, 283. exstat, ea de causa hic ad-
spectus, et a Brunckio eiectus. *H.*
Ut venenis efficacitas esset certa,
carmina mala veneficiis adiunge-
bantur; vid. Tac. Ann. II, 69. *W.* —
130 *agit* est exigit, expellit. *H.*
De constructione, ad cuius exem-
pla addatur verbum *fugere*, Horat.
Od. II, 2, 14. *nisi causa morbi fu-
gerit venis;* vid. Not. ad I, 413. —
132 *si non iactaret* — *erat.* Con-
stat modorum ratio. Tac. Hist. I,
15. *Si te privatus apud pontifi-
ces adoptarem, mihi egregium erat.*
Add. Hist. III, 55. et Cicer. p. Leg.
Man. 17 §. 50. *W.* — 134 Flores
non facile citove decidunt; *ad pri-
ma*, ut *in primis, cum primis, ap-
prime.* — 135 Mederi Parthos iis
pomis graveolentiae oris, etiam

Sed neque Medorum silvae ditissima terra,
Nec pulcer Ganges atque auro turbidus Hermus
Laudibus Italiae certent; non Bactra, neque Indi,
Totaque turiferis Panchaïa pinguis arenis.
Haec loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertere, satis immanis dentibus hydri,
Nec galeis densisque virum seges horruit hastis;
Sed gravidae fruges et Bacchi Massicus humor
Implevere; tenent oleae armentaque laeta.
Hinc bellator equus campo sese arduus infert;
Hinc albi, Clitumne, greges, et maxuma, taurus,
Victima, saepe tuo perfusi flumine sacro
Romanos ad templa deum duxere triumphos.
Hic ver adsiduum, atque alienis mensibus aestas;

Plinius monuit eodem loco; *fovent*, h. curant, θερμαίνουσι, cum mox substituatur *medicantur*. Est enim genus curae calefacere, reficere modico colore, quod proprie est *fovere*; hinc latius etiam de aliis.

136 — 176 Sequitur signatissimus locus, quocum cf. Plin. lib. extr. Dionys. Halic. I, 36. Varro R. R. I, 2.; digressio in laudes Italiae. Nec Media, malis suis felix, neque India proprie dicta ad Gangem, aut Lydia, cuius est aurifer fluvius Hermus, e Phrygia descendens, et mox cum Paetolo eodem alveo profluens, nec Bactrianae, neque Aethiopia, aut, si mavis, reliqua India, neque Arabia cum Italia comparari potest; multo minus Colchis, monstris infamis, v. 140.

136 Media seu omnino silvosa, eeu respectu malorum va. 127. — 137. *auro turbidus Hermus* per oxymori speciem pro aurifer. Expressit hunc locum Martialis Epigr. VIII, 78; 5. *turbato sordidus auro Hermus*. — 139 *Panchaïa* fabulosa Euemeri insula, Arabiae ab Oriente obiecta, nunc pro ipsa Arabia, *pinguis*, aut propter tus pingue, quod resinae naturam habet, aut fertilis, *turiferis arenis*, solo arenoso, cui frudex turis innascitur, h. pro ture, de quo v. Plin. XII, 14 s. 30 sqq. In prosa dicerres: habens solum, quod fert pingue tus.

140 — 143 Nota fabula de dentibus draconis ab Iasone, ad vellus aureum expugnandum Colchos profecto, satis, et viris armatis hinc enatis, v. Apollon. Rhod. III, 409 sqq. *horruit* ornatius quam, exstitit, exiit, nata est. Versus 140 translatus ex Lucret. V, 29 *Et Diomedis equi spirantes naribus ignem*. Tum 143 *fruges gravidae*, laetae, v. ad Ge. I, 319. Mons *Massicus* Campaniae ad Sinuessam vitibus consitus.

145 — 147 Ornatissimi versus pro: in Italia boni equi et boves nascuntur. *Clitumnus*, Umbriae cis Apenninum fluvius, qui, iuxta urbem Mevaniam Tinias admixtus, cum eo ad Tiberim descendit. Campi adiacentes etiamnum armentis opulenti. — *albi greges*, quia fluminis aquis ea vis inesse putabatur, ut armenta *candido* colore essent. Simile quid creditum de Galaeso. v. Intpp. ad Horat. C. II, 6, 10. *Taurus*, ab his arvis adductus, candidus *victima* in triumpho immolabatur. Hi tauri cum ante triumphantis currum ducerentur, ipsi *ducere triumphos ad templa* dicuntur.

149 *alienis mensibus aestas*, hibernis. Ex Lucret. I, 181 *Quod si de nihilo fierent, subito exore-*

lae pecudes, bis pomis utilis arbos.
: tigres absunt et saeva leonum
nec miseros fallunt aconita legentis;
inmensos orbis per humum, neque tanto
in spiram tractu se conligit anguis.
:gregias urbis, operumque laborem,
sta manu praeruptis oppida saxis,
ue antiquos subterlabentia muros.
quod supra, memorem, quodque adluit infra?
s tantos? te, Lari maxume, teque,
et fremitu adsurgens Benace marino?
rem portus, Lucrinoque addita claustra,
ignatum magnis stridoribus aequor,

lo *spatio atque alienis*
ri. — 150 Oves et ar-
, *utilis* pro fertilis, ab
323. *ver utile, silvis*.

Caret Italia ferarum
nentis plantis et re-
va leonum semina, h.
leones, ex Lucretiano
e leonum Seminium. —
im longo, quam alibi.

m laborem, h. opera,
ificia. cf. Aen. I, 455. —
a manu simpl. exstru-
us. — Flumina intel-
dluentia urbium, *sub-*
praeterfluentia. Ad
vix referam, quippe
ter muros, sed supra
nibus ferantur. Cloa-
a notio nimis tenuis
solam Romam specta-
a tot urbes, tot oppida

superum et *inferum*,
ac Tyrrhenum, mirae
tis ad rerum homi-
mmercia, atque hinc ad
perium. — 159 *Lacus*
cimus, h. permagnus,
, in agro Mediolanen-
Lago di Como) *Lacus*
Veronensi (*Lago di*
ropter magnitudinem
rocellis obnoxius non
re. Idem Mincium am-
alveo tramittit. v. Plin.

X, 22. conf. Aen. X, 205. *adsurgens*, tumescens.

161 — 164 M. Vipsanio Agrippa, L. Canidio Gallo Coss. V. C. 717, cum contra Sext. Pompeium male rem gessisset Octavianus Caesar, ut reficiendis classibus locum tutum haberet, Agrippae consilio portum Baianum in sinu Puteolano, inter Baias et Puteolos, commodiorem et tutiorem ita reddidit, aut verius novum portum aperuit, ut lacum Lucrinum, interiecto aggere a mari seclusum, cum lacu Averno, qui isti adiacebat, coniungeret, aggerem autem modo dictum, qui quinque stadiorum erat, postquam eo perfosso aditum navibus in portum fecerat, ita muniret, ut a fluctibus superari nequiret, navibusque tutus intra eum esset receptus. Hic *Portus Iulius* vocatus; v. Sueton. Aug. 16. Locus classicus est apud Dionem XLVIII, 50: Cluver. Ital. ant. IV, 2. Praelatus tamen sequenti tempore portus Misenus. Itaque poëta memorat Portum Iulium: *Lucrinoque addita claustra*, h. aggerem illum non tum primum factum, sed novis operibus astructum, quo ipso portus effectus est. Eodem modo accipiendum est illud Plinii, ex nostro adumbratum, XXXVI, 15 s. 24, 12 *mare Tyrrhenum a Lucrino molibus seclusum*, scilicet ostio tantum portus relicto — *aequor* autem *in-*

Iulia qua ponto longe sonat unda refuso,
Tyrrhenusque fretis inmittitur aestus Avernis?
Haec eadem argenti rivos aerisque metalla
Ostendit venis, atque auro plurima fluxit.
Haec genus acre virum, Marsos, pubemque Sabellam,
Adsuetumque malo Ligurem, Volscosque verutos
Extulit; haec Decios, Marios, magnosque Camillos,
Scipiadas duros bello; et te, maxume Caesar,
Qui nunc extremis Asiae iam victor in oris
Inbellem avertis Romanis arcibus Indum.

dignabatur, ea parte, *qua unda Iulia sonat ponto longe refuso*, h. qua portus Iulius immisso mari erat effectus; *refusus*, ut saepe fieri solet, non contrariam aut iteratam actionem notat, sed simplicis vim habet. Possit quidem et ita accipi, ut pontus a mole aggeris in mare proiecti refundi, reprimi, videatur, ut apud Lucan. II, 517 — *violentos insula coros Excipere saxis lapsasque refundere undas* dicitur; sed alter versus ad eamdem sententiam enuntiandam valet. *Tyrrhenus aestus*, h. mare aestuans, immittitur pr os portus *fretis Avernis*, h. lacui Averno, qui pro intimo portus recessu erat, et ad quem e Lucrino fossa ducta erat.

165. 166 In eadem argenti, aeris, aurique metalla. Copiam exprimit per *argenti rivos* (ex Lucret. V, 1255) et *auro plurima fluxit*, poëtica ratione pro: plurimum auri in ea est; tametsi hoc ad Padum referri possit; nam ap. Plin. XXXIII, 4 s. 21 in Pado *segmenta auri reperiri* traduntur. — *aeris metalla Ostendit venis*, quod in vulgari oratione fuisset: *venas aeris ostendit. aeris metalla*, h. aes, *ost.* in *venis*. *Ostendit* autem non otiosum, quia certis tantum vestigiis res credebatur metalla autem Italiae exercere Senatusconsulto vetitum erat. Plin. III, 20 s. 24 extr.: XXXIII, 4 s. 21. XXXVII, extr.

167 — 170 Marsi bellicosi cum Sabinis severa disciplina inuutritis primo inter Italiae populos loco memorari solent. *adsuetum malo* pro malis, aerumnis, laboribus, συχαθείᾳ, (cf. Aen. IX, 604 sq.); colit enim agrum exilem et saxosum. *Inculta Alpium postremos possident*, ait Servius. Male hoc in tali carmine et in tali loco ad malam fidem horum hominum tephitur. *Volsci* autem *veruti*, h. hastae genere, *veru*, (*veru Sabellum* Aen. VII, 665) seu telo veruto, quod usu vulgari simpliciter *verutum* vocatur, armati. *Scipiadas duros bello*, h. induratos ad bellum. — 170 — 172 Poëtam, ut alibi fecit, magnifice efferre et ornare cogita id, quod vere nihil aliud erat, quam quod Caesar ex Aegypto, quo paullo post pugnam Actiacam Brundusio traiecerat, per Syriam in Asiam iter fecit, et hieme ad Euphratem exacta Asiae res constituit. v. Vita Virgilii ad a. 724. Itaque *extremis victor in oris Asiae*, usque ad Euphratem progressus, et *Indum avertit*, dum praesidiis fines, h. urbes in finibus, firmat. — *Indus imbellis*, ut Ge. I, 57 *molles Sabaei*, et omnes Asiae in meridiem versae populi. — *Arces* de finibus, quatenus si arcibus et praesidiis firmari solent; omnino de imperio Romano. Aen. IV, 254. *Romanae arces* sunt Roma. *Il.* Ad constructionem conf. Aen. I, 58. *avertere Italia regem*. *W.*

Salve, magna parens frugum, Saturnia tellus,
Magna virum; tibi res antiquae laudis et artis
Ingredior, sanctos ausus recludere fontis,
Ascraeumque cano Romana per oppida carmen.
Nunc locus arvorum ingeniis: quae robora cuique,
Quis color, et quae sit rebus natura ferendis.
Difficiles primum terrae collesque maligni,
Tenuis ubi argilla et dumosis calculus arvis,
Palladia gaudent silva vivacis olivae.
Indicio est tractu surgens oleaster eodem
Plurimus, et strati baccis silvestribus agri.

173 — 176 Tamquam deam appellat Italiam. *tibi*, in tuum honorem, aut tua gratia, *ingredior*, adgredior, instituo dicere, *res antiquae laudis et artis*, rem rusticam apud maiores in honore habitam. — *sanctos ausus recludere fontis*, quia primus inter Romanos hoc argumentum versibus tractat. *sanctos*, quos accedere metuebant, reverentia quasi numinis alicuius, novos. *Ascraeum carmen*, omnino pro georgico, quia Hesiodus, ex Ascra, Boeotiae vico, oriundus, carmen de opere rustico condidit. Hunc versum non esse argumento, Virgilium imitatione Hesiodum expressisse, vide explanatum in Prooemio p. 94.

177 Nunc locum *de varia ac diversa soli et agrorum indole et natura*, et a v. 226 — 258 *de notis ac criteriis cuiuscumque soli* tractat; et quidem *universe*, ut *non modo arborum culturam* respiciat, *sed et frumentorum ac pascuorum* curam habeat. Nunc locus, inquit, est opportunus ac proprius doctrinae de ingeniis arvorum tradendae, *quae robora* h. quae praecipua vis ac virtus cuiusque soli sit, qua potissimum valet; (Claudianus XVII, 178 *Nosse soli vires*) *quis color*, quale ex adspectu iudicium fieri possit, et *quam naturam* seu naturalem vim ad res ferendas habeat. Videtur in sqq. ante oculos habuisse Theophr. de Causs. Plant. II, 5 et 6; in aliis Xenoph. Oecon. c. 16, 2 sqq.; cf. Varro R. R. I, 9. *H. Nunc locus est*, h. e. exponendum est, *quae robora sint*. Tam audacter enuntiationem aliquam per relativum priori annectit Maro. Supr. II, 103. *Sed neque, nomina quae sint, est numerus* h. e. recenseri potest. *W.*

179 — 183 Oleis ait idoneum esse solum argillaceum et calculosum. *terrae difficiles*, parum feraces, quasi morosae, parcae, ut contra *faciles*, fertiles, quasi liberales, munificae. cf. 223. Claud. XXIX, 54. *frugum facilis terra*. Iunguntur iis *colles maligni*, eodem sensu et respectu ad liberalitatem soli ac fertilitatem, ut contra *solum benignum* dicitur ferax. — 180 *Tenuis argilla* est exilis, ieiuna, sine succo, sterilis. — 181 *vivacis olivae*, Plin. XVI, 44 s. 90 *Firmissimae ergo ad vivendum oleae, ut quas durare annis CC inter auctores conveniat*. cf. Theophrast. de Causs. Plant. II, 15: Hist. Plant. IV, 15. — 182. 3. ubi oleastri frequentes nascuntur. *Oleaster*, diversus ab eo, quem nos eo nomine appellamus. — *Plurimus*, ut Ge. I, 187 *quum se nux plurima silvis induet in florem*. *H. Plurimus oleaster* pro plurimi oleastri, ut *plurima rosa* Ovid. Fast. IV, 441. Sic supr. I, 187. *plurima nux* et IV, 419. *plurima unda* cf. Not. ad Tibull. I, 3, 28. et Forcell. in v. *plurimus*. *W.*

At quae pinguis humus dulcique uligine laeta,
Quique frequens herbis et fertilis ubere campus,
Qualem saepe cava montis convalle solemus
Dispicere: huc summis liquuntur rupibus amnes
Felicemque trahunt limum: quique editus austro,
Et filicem curvis invisam pascit aratris;
Hic tibi praevalidas olim multoque fluentis
Sufficiet Baccho vitis, hic fertilis uvae,
Hic laticis, qualem pateris libamus et auro,
Inflavit quum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,
Lancibus et pandis fumantia reddimus exta.
Sin armenta magis studium vitulosque tueri,

184 — 194 Solum pingue vitibus colendis idoneum est. *At humus, quae pinguis et uliginosa est, et campus, qui editus austro*, est, *et pascit — hic tibi sufficiet olim vites praevalidas* etc. Pinguedinem et *uber*, h. ubertatem soli, colendis convenire vitibus, ex rei rusticae scriptoribus constat. Vide in primis Colum. III, 11, 8. Scilicet referendum et hoc ad diversa vitium genera et diversam coeli solique naturam. Interponit vs. 186 — 189 indicia talis soli et in convallibus et in collibus. — 187 *Dispicere* dixit pro vulgari prospicere, videre. *huc s. liquuntur*, *quique e. austro* in vulgari oratione fuisset: *quo — liquuntur et limum trahunt; aut qualem eum campum videmus, qui editus austro*, h. versus Austrum, atque ei expositus est. — *felix limus*, ad fertilitatem faciens, fecundans. — 188. 189 Magnus auctorum, qui de vitibus colendis scripsere, in hoc dissensus, cum alii austris infestari vineas tradant. Scilicet poëtam de vineis, in solo humili pingui et uliginoso satis, alios de collibus loqui, tenendum est. — 189 Plin. XVII, 4 s. 5 *Virgilius et quae filicem ferat, non improbat vitibus.* Est nostrum *Farrenkrnut, fougere.* — *invisa aratris* propter implexas inter se et late serpentes radices, easdemque exstirpatu difficiles, πολύῤῥιζος.

190 — 194 Valde ornate effert illud: praestantissimum vinum in tali solo nasci. (*Baccho fluentes* vid. explanatum ad II, 100. *multum fluit vitis. W.*) *pateris et auro* notum est, ad quam figuram soleat referri. Mihi tamen id Grammaticorum commentum valde ieiunum videtur. Scilicet poëta *aurum* simpliciter pro *patera aurea* dicere potest; saepe hoc uno contentus est; interdum, ut h. l., hoc ipsum explicative apponit, cum generaliorem vocem primum posuisset. Similiter res sese habet in aliis exemplis. — 193 Tibicinem Etruscum sacrificiis adhibitum fuisse, vel ex Livio notum. *pinguis* in ludibrium gentis dictum esse videtur. Catull. XXXIX, 11. *Aut pastus Umber aut obesus Etruscus.* Nam ad buccas referre nolim. Habitum corporis ex assiduis sacrificiorum epulis, quibus adhibebantur tibicines, exprimi, Servius censebat; non male. — *ebur* est tibia ex ebore. — *lancibus* conf. Aen. XII, 215. *reddimus*, damus, diis offerimus. Sacrorum vocabulum esse, etiam Servius notat.

195 — 202 Observetur praeceptorum in his formis variatio et orationis copia. Agros saltuosos et irriguos ad pascua seligendos esse monet. Exempla nunc in ipsum praeceptum convertit. — *tueri*, ut servare, eo sensu, quo est nutrire, alere, itaque et pascere, hoc etiam

: fetus ovium, aut urentis culta capellas,
:us et saturi petito longinqua Tarenti,
qualem infelix amisit Mantua campum,
centem niveos herboso flumine cycnos;
i liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt; 200
quantum longis carpent armenta diebus,
gua tantum gelidus ros nocte reponet.
ra fere et presso pinguis sub vomere terra,
:ui putre solum (namque hoc imitamur arando),
uma frumentis; non ullo ex aequore cernes 205
ra domum tardis decedere plaustra iuvencis,
unde iratus silvam devexit arator,
iemora evertit multos ignava per annos,
iquasque domos avium cum stirpibus imis
it: illae altum nidis petiere relictis; 210

Grat. Cyneg. 306. 307. — *es culta capellae*, laedentes ierrato dente seu saliva, ut iscant. Ita *urere* dictum erat ,77 et inf. 378. 379. — *satu-Tarentum* propter insignem um ubertatem; (v. Horat. i. II, 6, 10 sqq.) a consequen-t *pinguis*, et 224 *dives Ca-* — *longinqua*, longinquos i. — 198 Notum ex Ecl. I ar-nto, et Ecl. IX, 27. 28. — Vid. Ecl. VII, 11. 12. 13. — *so flumine*. Mincius enim alga undine obsitus est. — 201. Quantum graminis per diem itum est, tantum nocte rorus succrescit. *ros* causa fertili-vid. Graev. ad Hesiod. Scut. 395. Θῆλυς ἐέρση. *reponet*, ere faciet. Poëtica quidem ficatione dicta, nec tamen a plane abhorrente. cf. Plin. , 4 extr. De campo Roseae ium Velinum v. Serv. ad Aen. 712. Cluver. Ital. ant. p. 679. 5 — 211 Humus pulla seu ni-pinguis, et *putris*, h. resoluta, a, ac solibus et imbribus pe-bilis, (v. Ge. I, 44 et inf. 262. ἦ μανὴ, κούφη, λεπτὴ, εὔν-εὐόδοος) agrum frumen-erendis idoneum praebet. — Hoc est arationis consilium, ut, quae terra talis non sit, glebis fractis ac comminutis putri similis efficiatur. cf. loc. Columellae V, 4, 2. Idem Colum. diserte h. l. interpretatus est X, 7 *Pinguis ager, putres glebas resolutaque terga Qui gerit, et fossus graciles imitatur arenas.* Locum ob oculos habuere in iisdem praeceptis condendis Colum. II, 2, 4 et de nigro colore §. 14 sqq.: Plin. XVII, 4. s. 5: Pallad. lib. I tit. 5 Versuum pulchritudinem vel me non monente sentis. — *tardis* et naturae boum et oneris notionem atque plaustri magnitudinem suggerit, quo frumentum ex agro devehitur. — 207 — 211 Alterum genus agri feracis frumento est novalis, silva caesa. Ornati versus de agro novali. (*non ullo ex aequore — aut unde* — plenius diceres: *non ullo ex aequore*, quam e tali, *aut* exillo, *unde*. *W.*) *iratus* suaviter, quod silvae inutiles bonum solum occupabant. — *devexit* poëtice; vulgari ratione id, quod antecedit, ponueretur, excidit, exstirpavit, cf. v. 408. — 209 Omnes laudant locum Lucret. I, 19 *Frondiferasque domos avium*; ipsum Virgilium pressius sequitur Manilius II, 774 — 777.; habuit etiam ante oculos Silius V, 505 — 508. — Iam sub-

At rudis enituit impulso vomere campus.
Nam ieiuna quidem clivosi glarea ruris
Vix humilis apibus casias roremque ministrat;
Et tophus scaber et nigris exesa chelydris
Creta negant alios aeque serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, et curvas praebere latebras.
Quae tenuem exhalat nebulam fumosque volucris,
Et bibit humorem, et, quum volt, ex se ipsa remittit,
Quaeque suo viridi semper se gramine vestit,
Nec scabie et salsa laedit robigine ferrum,
Illa tibi laetis intexet vitibus ulmos;
Illa ferax oleo est; illam experiere colendo
Et facilem pecori et patientem vomeris unci:
Talem dives arat Capua, et vicina Vesevo
Ora iugo, et vacuis Clanius non aequus Acerris.

iectus est 211 versus pulcherrimus. *impulso vomere*, adacto, ut v. 203 *presso*. I, 45 *depresso aratro*. — *rudis campus*, nunc primum proscissus. — *enituit* autem, enitescit, magna cum vi; est enim bona terra *post vomerem nitescens*, ut Plinius ait XVI, 5 s. 3.; et omnino *nitent*, quae culta sunt, ut Ge. I, 153: Aen. VI, 677. cf. Burmann. Totam vero structuram in pedestri oratione sic alius instituisset: antiquas domos avium eruit, quae altum petunt, *dum interea* campus enitescit etc. Quod si meminissent interpretes, versum 211 cum sequentibus non iunxissent.

212—216 *Nam*. Notetur nova orationis connectendae variatio, ubi ad notas mali agri transit. Conf. similem usum particulae *enim* I, 77. Solum glareosum, sabulosum, satis est, si herbas apibus idoneas suppeditat. — *ieiuna glarea*, infecunda, λυπρά. — *rorem*, quem apes e floribus et herbis suguint, nuncque flores ipsi, quibus ille inesse solet. *Ros marinus*, frutex, a Servio intelligitur, quem alii sequuntur; sed nondum locum vidi, in quo ille simpliciter *ros* appellatur. — De *Casia*, herba coronaria, thymelaeae affini, vid. sup. ad Ecl. II, 49.

214—216 Sententia est: Terra tophacea et cretosa serpentibus omnium aptissima. Vulgare: nulli alii agri aeque ferunt — ac tophus et creta ita extulit: *tophus et creta negant alios agros aeque ferre serpentibus cibum*, scil. atque ipsos. Tribuit enim ex sollemni poëtarum more rei inanimatae sensum et iudicium et loquelam. Hine *negare*, ut infr. 254. et alibi.— 216 *curvas latebras* pro cavis. Sic et Ge. III, 544.

217 — 225 Post terras singulis culturae generibus aptas memorat agri genus optimum, vinetis, olivetis, frumentis et pascuis aequaliter idoneum. — 217 Plin. XVII, 4 s. 3 *terra optima, quae tenues exhalat nebulas*. — 223 *facilem*, liberalem, uberem, copiosum pabulum praebentem. cf. ad v. 179.— 224 *vicina Vesevo*, antequam Vesuvii incendiis tractus ille est Tito imperante vastatus. — 225 *Clanius*, fluvius Campaniae, iuxta Linternum in mare se immittens, vicinis agris, et inter hos Acerranis exundatione frequenti exitiosus. Secutus est nostrum Silius VIII, 535 *Clanio contemtae semper Acerrae*. Nunc *Clanius aret*, h. e. accolae fluminis. *H. vacuae* dicuntur *Acerrae*, non frequentes

unc, quo quamque modo possis cognoscere, dicam.
a sit an supra morem si densa requiras,
ra frumentis quoniam favet, altera Baccho,
isa magis Cereri, rarissima quaeque Lyaeo;
e locum capies oculis, alteque iubebis
olido puteum demitti, omnemque repones
sus humum, et pedibus summas aequabis arenas:
eerunt, rarum pecorique et vitibus almis
ius uber erit; sin in sua posse negabunt
loca, et scrobibus superabit terra repletis,
sus ager; glebas cunctantis crassaque terga
pecta, et validis terram proscinde iuvencis.
a autem tellus, et quae perhibetur amara,
gibus infelix: ea nec mansuescit arando,
Baccho genus, aut pomis sua nomina servat.
e dabit specimen: tu spisso vimine qualos
ique praelorum fumosis deripe tectis,
ager ille malus dulcesque a fontibus undae
plenum calcentur: aqua eluctabitur omnis

is. Ita *Cumae vacuae* Inven. 2. *IV.*
5 — 258 Terra quomodo sit nda (*δοκιμασία γῆς*), qui- ne notis eius natura densa, salsa, pinguis, humida, gravis, nigra, frigida cognoscenda. in. XVII, 5, s. 3: Colum. II, . add. Geop. II, 10.
) Si requiras, utrum densum rum solum sit, locum soli i eliges, in quo *puteum*, altam m, scrobem (*βόθρον*, Geopon. 1.) facias, iubeas fodi sive, exquisitius, *demitti*. Porro um pro loco solido. — 223 — *si deerunt*, sc. arenae, terra, robem replendum, solum esse rarum — *sin* eae *negabunt ire in sua loca*, h. e. non unt redire (cf. ad v. 215), is foveae recipi, ut supersit e egestae aliquantum etc. cf. m. II, 2, 19. — 234 *uber*, as, nber et fecundum solum, v. 185; h. l. simpliciter hu- solum; iungitur enim; *ra- uber* erit (cui opp. *spissus* crassus. v. Colum. III, 12, 2) uscuis ac vineis aptum. — 235 *vites almae*, quia praebent, quo alas te, et in boni seu muneris parte sunt. — *terga* agri, v. 236, de superficie, in qua sulci fiunt.

238 Salsum et amarum solum probatur ac cernitur, aqua colo eliquata. *quae perhibetur amara*, quam vulgo amaram appellant, pro, quae est. — *infelix*, infecunda. — 240 Vinum generosissimum et poma optima in tali terra degenerant. Mox *specimen* probatio ac documentum, *δεῖγμα*. — 241 — 247 Rem v. in primis apud Geopon. II, 10: V, 7. Qualos vimineos seu calathos, ac *cola praelorum*, h. supponi praelis uvarum et olivarum solita, ut novum mustum aut oleum iis exceptum percolaretur ac liquaretur. *deripe tectis fumosis* pro sume. Ornatus inde petitus, quod ista vasa, ne humore corrumpantur, ad fumum reponi solent. — 243 *Ager*, particula terrae ex eo agro, *τῆς γῆς τι*. — *huc — calcentur* exquisitius quam *hic*; infert enim alterum, huc infundantur, et *calcentur*, subigantur. — 244 *Ad plenum*, plene, ut colum plenum sit. Horat. Od. I, 17, 15.

Scilicet et grandes ibunt per vimina guttae:
At sapor indicium faciet manifestus, et ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pinguis item quae sit tellus hoc denique pacto
Discimus: haud umquam manibus iactata fatiscit,
Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.
Humida maiores herbas alit, ipsaque iusto
Laetior. Ah nimium ne sit mihi fertilis illa,
Neu sē praevalidam primis ostendat aristis!
Quae gravis est, ipso tacitam se pondere prodit,
Quaeque levis. Promtum est oculis praediscere nigram,
Et quis cui color. At sceleratum exquirere frigus
Difficile est; piceae tantum taxique nocentes
Interdum aut ederae pandunt vestigia nigrae.

Hic tibi copia Manabit ad plenum benigno Ruris honorum opulenta cornu. — *eluctabitur* pulchrius quam effluet. — 246 *sapor* aquae expressae. — *manifestus*; in pedestri oratione vel manifesto vel indicium manifestum. — *Amaror torquebit sensu ora tentantium*, h. gustantium, ex Lucret. II, 400 *Ad contra tetra absinthi natura, ferique Centauri foedo pertorquent ora sapore.* Iam hic sensus haud dubie proprie *tristis* appellandus, quod de amaris rebus dici, supra v. c. I, 75 vidimus. Obvium erat poëtae iungere *sensu* seu sapore *tristi*; at exquisitius est transferre epitheta ad adiuncta; hinc *tristia ora*. *H. tristia* convenit *oribus*, cum amaror ea torquet. Saepe in actione obiectis adiunguntur epitheta, quae illis tantisper, dum actio durat, conveniunt. Ita expedies Aen. IV, 102. *regamus populum communem*, et VII, 343. et infr. 352. *W.*

248 — 250 Pingue et glutinosum (simulque dulce) solum ipso tractu noscitur. — 249 *manibus iactata*, versata, trita, *fatiscit*, atteritur, ut solvatur in pulverem, abeat in arenulas, arida facta. v. Ge. I, 180. — *ad digitos lentescit*, lenta adhaeret digitis, *habendo*, dum manibus habetur; nam passive dictum est. Sic Lucret. I, 313. *annulus in digito subter tenuatur habendo*, dum habetur, tractatur. Add. Aen. XII, 88. Ad sententiam v. Plin. XVII, 4 s. 3: Colum. II, 18, laudato hoc loco.

251 — 253 Terra humida luxurie herbarum dignoscitur. — 252 *Ah nimium ne.* Egregia variatio eius, quod simpliciter efferrent nostri homines: quod terrae genus nemo sibi optet. Similis inversio Ge. I, 456 *Non illa quisquam me nocte per altum Ire iubeat*, ubi v. Not. Rem v. ap. Plin. l. l. *primis aristis* pro herbis surgentibus.

254 — 256 Gravis, levis, et nigra terra sub sensum cadit. *tacitam se prodit*, vulgo diceres *tacite*; at poëtica ratione pro adverbio dicitur: *tacita* prodit se terra, argutius *tacitam se*. — *quis cui* h. e. quis cuicumque (accuratius: cuique *W.*) telluri *sit color.*

256 — 258 Frigida terra ad cognoscendum difficilis est. *sceleratum* pro noxio, pernicioso. *Taxi* aut certum genus intelligendum, aut alio sub coelo magis noxiam eius naturam esse necesse est. De ea, et de *hedera nigra* vid. Cardam et Martinum. — *pandunt vestigia*, indicia praebent. frigoris.

Iis animadversis, terram multo ante memento
coquere, et magnos scrobibus concidere montis,
te supinatas aquiloni ostendere glebas,
am laetum infodias vitis genus. Optuma putri
ra solo; id venti curant gelidaeque pruinae,
labefacta movens robustus iugera fossor.
si quos haud ulla viros vigilantia fugit,
te locum similem exquirunt, ubi prima paretur
oribus seges, et quo mox digesta feratur,

melius ad rem et loci sen-
; nam de cognoscendis et dis-
lis soli naturis agitur: 241.
; quam ut *vestigia* sint radi-
quae late serpunt sub solo.
9 — 262 Transit ad *vinearum*
onem, de quibus copiose agit
. 419; multa interposita quam-
n, quae vitibus communia sunt
aliis arboribus; et primum
em *de faciendis scrobibus*; sed
n pulchre et ornate hoc prae-
um tribus his versibus 259 —
proposuit! Arbitror autem, an-
culos habuisse poëtam Xe-
1. Oecon. c. XVI, 11 sqq. Se-
larum vitium modi sunt tres:
in pastinato, aut *in sulco*, aut
robe: Plin. XVII, 35, 7. —
oquere, πέπτειν, πεπαίνειν,
rare, excoquendum curare
, gelu, pruinis: Colum. XI, 3,
Ad id *concidimus terram scro-*
s, quod fit, cum scrobes cre-
faeimus, incidimus in terra;
isam fossis Aegyptum Iusti-
II, 1 dixit. Cum autem vineae
ollibus fere plantentur, *mon-*
nemorat poëta. — *glebae su-*
tae, terra ligonibus inversa. —
loni ostendere, exponere, ut
i perviae sint. Hesiod. Ἔργ.
τότε πάντας ἀπόδρεπε οἴκαδε
ους, Δεῖξαι δ' ἠελίῳ δέκα τ'
τα καὶ δέκα νύκτας. Nemes.
eg. 208 *tepidoque ostendere so-*
itat. Theb. VI, 89 *lucos osten-*
Phoebo. Habuit etiam hunc
m in animo Columella X, 74
6. — *H.* Sententiam versuum
260. cum 261. repetat Maro,
ivit *ante*, ut *post* Ecl. I, 67 —
79., et *dum* Aen. IV, 52. 53. *W.*

262 — 264 Caussam coquend soli apponi puta. Nam optimus vineis serendis ager *putris*, seu resolutus et tener, est; v. ad v. 204. *putris* autem *fit ventis*, *pruina*, *opere*. — 264 *iugera labefacta* pulchre pro terra vineae, quae pastinatur, fodiendo enim *movetur*, concutitur, mollitur. *H.* Cave tibi ab hypallage Servii: movens et labefaciens. *W.*

265 — 268 Diligentiores patresfamilias in seminario sive plantario educant vites, quas deinde in vineam transferant. — 266. 267 *Arbores* h. l. pro vitibus. Curant, ut locus, *ubi prima paretur* vitibus *seges*, h. seminarium vitium, simili ingenio ac natura sit, quam *locus*, *quo mox digesta feratur*, (noto loquendi genere, ut alterum verbum in participium mutetur; inf. 318 *concretam radicem adfigere terrae*) h. transferatur et digeratur, sive vitiarium. In sermone pedestri diceres: locum similem ei, quo mox feratur. *H.* Obstat interpretationi *transferatur et digeratur* participium perfecti *digesta*, quo indicatur, segetem prius esse *digestam*, quam alio *feratur*. Tu vide, an *seges digesta* sit semina in plantario ordinata, ut *digesta*, sicut in participiis et adiectivis fit, sensum prioris enuntiationis referat. Notum: *urbem capit*, *captam diripit*. *W.* — *Seges*, quia *semina* dicit et *serere* communi vocabulo, quo et scriptores rei rusticae de vineis plantandis utuntur: sic et σπέρματα

Mutatam ignorent subito ne semina matrem.
Quin etiam coeli regionem in cortice signant,
Ut, quo quaeque modo steterit, qua parte calores
Austrinos tulerit, quae terga obverterit axi,
Restituant. Adeo in teneris consuescere multum est.
Collibus, an plano melius sit ponere vitem,
Quaere prius; si pinguis agros metabere campi,
Densa sere; in denso non segnior ubere Bacchus;
Sin tumulis adclive solum collisque supinos,

et σπείρειν; est *seges* surculorum. Eadem ab agri cultura petita ratione paullo ante *arva, glebas, iugera* de vineis dixit, ut a vulgari sermone recederet poëtica oratio. *Sationis autem duo genera, malleoli vel viviradicis*, Columella III, 14, 2. haec sunt *semina*. cf. 502. — 268 *mutatam subito matrem*, novam, ignotam terram. — *ne ignorent*, adeoque nec adsuescant, nec in ea proficiant, nihil ferant.

269 — 272 Provident quoque, qui vites plantant, ut restituant unamquamque eo situ, quo in vitiario steterat, cardinum coeli ratione habita. *quaeque* paullo altius ad *arbores* v. 267 referendum. Colum. V, 6, 19: 20 hunc locum in animo habuit. — *axi*, polo septemtrionali, vi oppositi. Signatur in planta pars coeli meridiana in cortice, ut translata vitis eadem parte meridiem, eadem septentrionem spectet.

273. 274 In vite serenda considera, utrum illa laetius in loco plano proventura sit an in colle. Ut vulgo haec accipiuntur, hiat oratio. Nec videtur hic quaestioni locus esse, sitne omnino melius vineam in colle an in campo facere. Nam utrumque et recte fit, et fieri potest, et quamquam *campi largius vinum, colles nobilius ferunt*, Pallad. I, 6, 7: Geop. VIII, 1, quod tamen subiicitur, nihil ad hoc facit. Sed dilectus, quem facis, ratio pro coeli, regionum et tractuum diversa natura variare, et ea dubitatio existere potest, sub hoc vel illo coelo, in tali vineae situ, aut in certo genere vitium, quod habeas, utrum potissimum facere conveniat, campestrine an collino solo vineam serere. Colum. III, 1, 5 *Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, quod nebulas pruinamque sine noxa perfert; colli, quod siccitatem ventosque patitur*. cf. Plin. XVII, 22 s. 35, 16. — 274 — 277 Iam, si in plano vineam facis, densas, sin in colle, raras plantato vites. — *Metari agros*, iniendo, h. l. de eo, quod consequitur, intellige; est vineam instituere, facere. — 275 Haec aut sic accipies: *in denso ubere* (v. 254) *non segnior Bacchus*, h. in solo denso (cf. 229) vini non minus laetus proventus (*segnis* de proventu: v. ad Ge. I, 142.), etiamsi *densa*, h. dense, plantes: aut *in denso*, h. e. cum, minoribus spatiis relictis, densae ponuntur vites, *Bacchus non segnior ubere*, h. ubertate, est, scil. si in pingui solo vineam facis. Utrumque recte fit, sed posterius verius. Ad in *densa ubertate*, quomodo verba *in denso ubere* explicant, vix Latino dici potest. *H. densum uber* est uber, solum densum vitibus, ex contextu, ut *litus densum* est densum arenis, Metam. Ovid. II, 576. *W.* Ceterum hic manifestum fit, Socratis disputationem Virgilii animo insedisse Xenoph. Oecon. c. XVII, 8—11. — 276 *Sin* metabere *solum adclive tumulis*, quia in tumulo situm est,

Indulge ordinibus. Nec secius omnis in unguem
Arboribus positis secto via limite quadret.
Ut saepe ingenti bello quum longa cohortis
Explicuit legio, et campo stetit agmen aperto,
Directaeque acies, ac late fluctuat omnis
Aere renidenti tellus, nec dum horrida miscent
Proelia, sed dubius mediis Mars errat in armis:
Omnia sint paribus numeris dimensa viarum,
Non animum modo uti pascat prospectus inanem,
Sed quia non aliter vires dabit omnibus aequas
Terra, neque in vacuum poterunt se extendere rami.
Forsitan et, scrobibus quae sint fastigia, quaeras
Ausim vel tenui vitem committere sulco;

ad tumulum assurgit. — 277. 278 *Indulget ordinibus* et is, qui simpliciter facit ordines, et is, qui laxiores ac rariores facit, magnis spatiis relictis, ut delectari quasi iis videatur. Bene Serv. *ordines effice largiores*. In praecepti ratione dissident auctores. 277 *Nec secius*, h. item, porro, etiam, nec minus, *arboribus, vitibus, positis, in unguem*, ad unguem, *omnis via quadret*, h. ordines exacte conveniant, congruant, *limite secto*, linea ducta, quae ordines facit. Scilicet posteriora haec poëtica copia accedunt. Quincuncem respici docet Plin. XVII, 11 s. 15. *In disponendis arboribus arbustisque ac viteis quincuncialis ordinum ratio vulgata et necessaria, non perfla- tu modo utilis, verum et adspectu grata, quoquo modo intueare, in ordinem se porrigente versu.* Alii ungunt *non secus — ut* pro *non secus — quam*, allato Horat. Od. II, 25, 8 — 12., ut periodus in verbo *armis* finiatur. *H.* Mihi Forcellini recte sensisse videtur, non *secius* accipiens pro: eodem modo sive in plano sive in colle vitem ponas. In prioribus enim de vitibus pro natura agri densius vel rarius ponendis monuerat. Tum autem verba *ut quum* usurpata statues pro *veluti quum*, atque post *quadret* colo, post *armis* punctum distingues. *W.*

279 — 283 Splendida comparatio, quacum dudum contulere Lucret. II, 323 — 332. Iubet autem ordines vitium esse pares, similiter atque ordines acici. — *longa*, eo ipso quod se explicat. — *late tellus fluctuat aere*, pro eo, quod aes in telluro, h. arma, armorum fulgor fluctuat, coruscat, dum moventur passim arma et convertuntur. — *renidenti* ex Lucret. l. l. 328. — *mediis in armis*, inter duo exercitus. — *Mars errat dubius*, eleganter, cum adhuc incertum sit, unde et quando pugna initium habitura sit. Nam de eventu pugnae dubio nunc non quaeritur. — 285 Ornate. Ordines vitium sunto pares, non modo delectationis caussa, quam animus ex prospectu capiat. *animus inanis* h. l. eius, qui inani prospectu delectatur, qui probat rem, quae tantum ad voluptatem facit, nullam utilitatem habet, quae patrifamilias proposita esse debet. — 287 In tenui oratione tamen indoles poëticae elucescit. Nam in prosa fuisset: sed ut terra det etc. — *vires dabit aequas*, pro: aeque suppeditabit alimenta, succum; *in vacuum*, in aërem.

288 Sintne scrobes in profundum agendi, quaeritur. *fastigium* pro profunditate e re rustica petitum. v. Indicem AA. de R. R. Rationem habet eam, qua profunda *alta* dicuntur. — 289 *sulcus* pro scrobe. Mensuram ipsam sup-

Altior ac penitus terrae defigitur arbos,
Aesculus in primis, quae, quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit.
Ergo non hiemes illam, non flabra, neque imbres
Convellunt: inmota manet, multosque nepotes
Multa virum volvens durando saecula vincit.
Tum fortis, late ramos et brachia tendens
Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbram.
Neve tibi ad solem vergant vineta cadentem;
Neve inter vites corulum sere; neve flagella
Summa pete, aut summa destringe ex arbore plantas:
Tantus amor terrae; neu ferro laede retuso

peditant Plin. XVII, 16, 22 s. 55, 7: Colum. III, 13 et 15. Adde Xenoph. Oecon. c. XIX. Est autem vitis ἐκ τῶν ἐπιπολαιοῤῥίζων. v. Theophr. de Causs. Plant. III, 5. — 290 At arbores, quibus vites iugantur, altius in terram et penitus defigendae sunt. — 291 Ornatum poëta ex aesculi, quae ex quercuum genere est, descriptione quaerit. Illa: *quantum — in Tartara tendit*, iterum leguntur Aen. IV, 445. 446 de quercu, adumbrata ex Hesiod. Theog. 720 sqq. At ex nostro Valer. Flacc. I, 580. 581. Respicit h. l. Plin. XVI, 31 s. 56. — 294 Optime ita iunges: *multos nepotes durando vincit*, h. vita superat, *multa virorum saecula volvens*, exigens. Recte Cerda notat, variasse Maronem eo flexu versum Lucretii I, 205. *Multaque vivendo vitalia volvere saecla*, ut III, 961. *Omnia si pergas vivendo vincere saecla. H.* Homo, per aliquod tempus vivens, annos, menses, dies secum *agere*, *rapere*, *volvere* videtur. Illa imago h. l. ad arbores translata est: *volvens multa saec. virum. W.* — 297 *sustinet* pro vulgari *efficit*, *reddit*; sed ornate; nam simul ramorum magnitudinem, oneris notione adiecta, declarat. Sunt igitur duo, quae radicum altitudine efficiuntur, primum, quod ita arbor firma ac diuturna est, secundum, quod ita truncum habet satis validum ad ramos latissimos sustinendos.

298 De situ vinearum, de quo dissensus fuit inter veteres. Colum. III, 12, 5 *coeli — cuius regionem, quam spectare debeant vineae, vetus est dissensio — Virgilio de industria occasum sic repudiante;* Neve tibi ad s.; Plin. XVII, 2 *Virgilius ad occasum seri damnavit.* Ubi vid. quae sequuntur. — 299 Plin. XVII, 24 s. 37 *Necant invicem inter sese umbra vel densitate, atque alimenti rapina — vitis — odit et corulum; ni procul absint, tristis et aegra.* — 299. 300 *flagella* sunt vitium; verba enim de viti accipienda sunt, quam *arborem* simpliciter dici iam vidimus. Praeceptum autem aut esse potest unum, binis modis expressum: surculos, quos defigere velis, non ex superiore vitis parte petendos esse; melius enim provenire surculos, ex inferioribus vitis partibus sumtos. — *Tantus amor terrae*, tam magna, notabili aliqua consuetudine telluris tenentur illae inferiores partes, ut laetiorem ubertatem ab iis, quam ex summis partibus, exspectare possis. Sin praeceptum est duplex, verba *ne flagella summa pete*, h. e. summam eorum partem, surculorum ipsorum cacumina non esse recidenda et plantanda, sed me-

Semina; neve oleae silvestris insere truncos.
Nam saepe incautis pastoribus excidit ignis,
Qui, furtim pingui primum sub cortice tectus,
Robora conprendit, frondesque elapsus in altas
Ingentem coelo sonitum dedit; inde sequutus
Per ramos victor perque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis nemus, et ruit atram
Ad coelum picea crassus caligine nubem;
Praesertim si tempestas a vertice silvis
Incubuit, glomeratque ferens incendia ventus.
Hoc ubi, non a stirpe valent, caesaeque reverti
Possunt, atque ima similes revirescere terra;
Infelix superat foliis oleaster amaris.
Nec tibi tam prudens quisquam persuadeat auctor,

diam vel infimam surculorum partem indicant; illa autem *aut summa — plantas*, surculos ex summa vitis parte non esse petendos. cf Colum. III, 10, 1—4. *H.* Posteriorem rationem vel particulam *aut* postulat. *W.* Respicit h. l. Plin. XVII, 14 s. 24 *Virgilius e cacumine inseri vetat*; nec tamen poëta tantum de insitione cogitabat. *destringe* aufer, pete.

301. 302 De hoc praecepto vid. Colum. IV, 24, 21. 22. — 302 *Semina*, surculi, sarmenta, quae modo *plantae*, cf. 268. Neve *insere*, s. interasere, oleastros inter vites; quia spissa et pinguis arbor (v. Theophrast. Hist. Plant. V. 10 πυκνὸν καὶ λιπαρὸν) facile ignem concipit, et incendio late sparso totam vineam vastat. Male hic de insitione olearum cogitabant viri docti. Ubique autem circumferenda animo vitium inter arbores consitarum seu arbustorum in Italia ratio. — 305 *Robora*, h. truncum oleae. — 306 *coelo*, ad coelum, ut 309 — *sequutus*, progressus, gliscens. — 308 *nemus* pro vineto — *ruit*, agit, emittit, eiectat. Loci pulchritudinem propter τὸ ἐναργὲς facile sentis. Conf. Silius V, 510 — 514 ex nostro expressus; inf. Aen. X, 405 sq.: Hom. Il. λ, 155 sq.: υ, 490 sqq. — 310 *a vertice* poëtica copia et ornatu adiectum, h. desuper, ab alto, εἰ δέ κε νηῒ Τρόθεν ἐμπλήξῃ δεινὴ ἀνέμοιο θύελλα, Arat. Phaenom. v. 423. Sic fere Aen. I, 114 *ingens a vertice pontus In puppim ferit*, ex Hom. Odyss. ε, 313 ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης. *ex alto* Ge. I, 324 et al. Et sic *descendunt* venti. — *silvis* haud dubie de vinea oleastris consita intelligendum.

312 Quod si acciderit, (*Hoc ubi*) vites quidem revirescere nequeunt, dum interea oleastri novas frondes agunt, solique totam denique vineam obtinent. *non valent a stirpe*, aegrotant et corruptae sunt radicitus ac penitus vites; *caesae*, praecisae, stipite acciso. — *superat*, superest incendii calamitati, revirescit. — *infelix*, infecundus.

315. 316 De tempore serendarum vitium v. Colum. III, 14 et XI, 2, 22, 26, 79. adde Geopon. V, 6. Primum sationem vitis non, borea flante, esse faciendam, vid. Plin. XVII, 22 s. 33, 8. XVIII, 34, s. 77, 1.; tum 319. illam vere et auctumno curandam praecipit. Inter haec in laudes veris excurrit. Nova variatione praeceptum ordiatur: *nec tibi quisquam persuadeat*; cf. sup. ad I, 456.; quod addit, id orationi vulgaris formae fastidium abstergit, *auctor tam prudens*; qui enim suadet, is est

Tellurem borea rigidam spirante moveri.
Rura gelu tum claudit hiems, nec, semine iacto,
Concretam patitur radicem adfigere terrae.
Optuma vinetis satio, quum vere rubenti
Candida venit avis, longis invisa colubris,
Prima vel auctumni sub frigora, quum rapidus Sol
Nondum hiemem contingit equis, iam praeterit aestas.
Ver adeo frondi nemorum, ver utile silvis;
Vere tument terrae et genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens fecundis imbribus Aether
Coniugis in gremium laetae descendit, et omnes
Magnus alit, magno commixtus corpore, fetus:
Avia tum resonant avibus virgulta canoris,

auctor. — *bor. spir.* Ex seqq. putes, de sola hieme agi, ad quam *boreas* spectat; nam *Rura gelu tum claudit hiems* etc. Est tamen praeceptum veterum, gelido vento non esse serendas vites, sed austro spirante; videtur ergo *boreas* cum iudicio memoratus esse: aquilone non flante. — *Movetur tellus* aratro, rastris, ligone, sarculo: etiam cum scrobes fiunt; at h. l. cum scrobes iam facti sint: vs. 258., dum illi in superficie sua refodiuntur. — 318 *concretam*, poëtica copia appositum active, quae concrescit, dum adfigitur. — *Semine iacto*, surculis positis, ut 268. cf. ad v. 267. Sic statim v. 319 *satio*. Porro: *et semine iacto* non *patitur* hiems, frigus, illud *adfigere radicem terrae*. Atqui vix Latine dictum hoc esset: *nec hiems semine iacto* patitur sc. *illud semen*; cum scribendum sit: *nec semen iactum patitur hiems affigere radicem terrae*. Praestat hactenus alterum, si statuas, *adfigere* poëtae pro *adfigere se* dictum esse. Est tertia ratio e varia lectione *concretum*: nec patitur radicem affigere terrae *concretum*, concretionem suam, concrescere, Lucretiano loquendi more. cf. Lucr. IV, 1235. Substantivum *concretus* apud Plin. XII, 16. *H.* Hoc praefero; ceteris interpretandi rationibus notio participii *concretus* obstat. *W.* — 319 *vere rubenti*, ut aliis poëtis *purpureum*, *φοινικόκελσον*, pulchrum. cf. Ge. IV, 306. — 320 De ciconia intelligendum. — 322 Supra Ge. I, 312 *ubi iam breviorque dies et mollior aestas. hiemem*, signa hiemalia.

323 Ver non modo vitibus, sed omnibus omnino arboribus fecundis idoneum ac commodum tempus. — 324 Ἡ ὥρα γονιμωτάτη, Theophrast. Caus. Plant. III, 4. Pulcherrimus versus, ut totus locus, quem imitatione expressum v. sp. Columellam X, 197 sqq. *Terrae tument*, ὀργῶσι, quod et ipsum a pubertate, ubi pectus et mammae turgent, cum ad tellurem tum ad fruges novas lacte ac succo turgentes transfertur. — *poscunt semina*, h. sationis tempus adest. — *genitalia*, quibus procreantur fruges. — 325 Aetheris connubium cum Terra, imbre fecundante agros. Servatum hoc ex antiquo sermone, quo poëtae physicas res exponebant et ornabant, unde dehinc magna mythices pars fluxit. Aether seu superior aer Iovis nomine insigniebatur. Expressit vere poëta proxime Lucret. I, 251 sq.: II, 991 sq. conf. sup. Ecl. VII, 60: Horat. Epod. XIII, 1. — 327 *magnum corpus* Terrae intelligendum, ut Aen. VI, 727. de hoc universo. Expressi ex h. l. veteris poëtae versus in Pervigilio Veneris 61.

Et Venerem certis repetunt armenta diebus:
Parturit almus ager, zephyrique tepentibus auris
Laxant arva sinus; superat tener omnibus humor:
Inque novos soles audent se germina tuto
Credere, nec metuit surgentis pampinus austros,
Aut actum coelo magnis aquilonibus imbrem,
Sed trudit gemmas, et frondis explicat omnis.
Non alios prima crescentis origine mundi
Inluxisse dies, aliumve habuisse tenorem
Crediderim: ver illud erat; ver magnus agebat
Orbis, et hibernis parcebant flatibus Euri,
Quum primae lucem pecudes hausere, virumque
Ferrea progenies duris caput extulit arvis,
Inmissaeque ferae silvis et sidera coelo.
Nec res hunc tenerae possent perferre laborem,

62.: *In sinum maritus imber fluxit almae coniugis, Unde fetus mixtus omnes aleret magno corpore.* — 329 Vid. Lucret. I, 10 sqq., in quos versus omnis Venus infusa est. — *Laxant arva sinus*, arva, quae frigore adstricta erant. *superat humor*, abundat; in his respicitur ad lac matris, cf. Lucret. V, 804 sqq. Terra admodum est humida. — 332 Germina vulgata ratione loquendi *se credunt soli*; Lucret. V, 779. *novo fetu quid primum in luminis oras Tollere et incertis tentarit credere ventis.* Sed totum locum in animo habuit Maro, si utrumque compares. *Credunt* autem *se*, dum *in novum solem prodeunt*, hinc *credunt se in solem* nove dixit. Transtulit hanc formam Seneca Herc. fur. 147. de luscinia exoriente die: *Pennasque novo tradere soli Gestit.* — 334 *magnis aquilonibus*, vehementibus, procellosis. Lucret. V, 816 *At novitas mundi nec frigora dura ciebat, Nec nimios aestus, nec magnis viribus austros.* Videas, unde noster hauserit. — *caelo* I, 6.

336 Observes, quanto cum ornatu philosophicam sententiam, sc. mundi natales in vernum tempus incidisse, exponat. Vulgatior est altera opinio, sed cum illa coniuncta, prima mundi aetate perpetuum ver affulsisse; unde nasci debuit phantasma paradisi, aetatis aureae, et alia similia. *crescentis mundi*, pro vulgari, nascentis. — 337 *tenorem* pro tempestate dixit, cum proprie, si ad tempus referatur, sit continuatio aliqua temporis, eaque aequabilis. Non aliam rerum conditionem, aliud tum anni tempus, fuisse putem, cum mundus creabatur. — 338 *orbis agebat ver*, ut *agere festum. Magnus* vero *orbis, mundus, magna terra* perpetua sunt poëtis Graecis et Latinis, ex antiqua scilicet poësi; unde et nomen *Magnae matris* fluxit. — 341 Et cum homines e terra nati sunt. Quanta ornatus varietas hoc et sequente versu! *ferrea progenies* simpliciter pro: durum genus, propter labores et aerumnas tolerandas — *arvis duris*, nondum cultu mitigatis. Alii cum Bentleio ad Horat. Epod. II, 18 praeferunt *terrea progen.* h. e. terrigenae, homines. cf. Lucret. V, 1410 et 789 — 815.

343 Aut omnino ad veris naturam almam haec referimus, aut ad originem mundi inde a 336, ut *possent* dictum sit pro potuissent, et sic porro. *res tenerae*, nova

Si non tanta quies iret frigusque caloremque
Inter, et exciperet coeli indulgentia terras.
Quod superest, quaecumque premes virgulta pe
agros,
Sparge fimo pingui, et multa memor occule terra:
Aut lapidem bibulum, aut squalentis infode conchas;
Inter enim labentur aquae, tenuisque subibit
Halitus, atque animos tollent sata. Iamque reperti,
Qui saxo super atque ingentis pondere testae
Urgerent; hoc effusos munimen ad imbris,
Hoc, ubi hiulca siti findit canis aestifer arva.
Seminibus positis, superest deducere terram

sata, frondes, gemmae etc. *H. hunc perferre laborem* videtur notare crescere. *labor* et *labores* tribuitur rebus naturae. vid. Not. ad 372. — Causam vides subiici 343—45, cur *ver* a natura sit institutum. *W.* — *laborem*, sc. ex frigore ac calore tamquam molestiam, πόνον. — *quies*, temperies veris moderata. — *iret*, esset. (duraret *W.*) Petita autem haec e Lucretii penu V, 1213, ubi v. Fabr. — 345 *Excipiunt sese invicem* res, quae sibi succedunt; tum etiam res, casus, qui existunt, emergunt, *excipere nos* dicuntur, ut illo: *aliud bellum eum excepit*. Ita videtur h. l. dictum. *H.* Est fovere. *W.* — *indulgentia* pulchrius quam temperatio, clementia.

346 Nunc de cura surculorum positorum praecipit. *virgulta*, sarmenta intelligo, seu surculos vitium cuiusvis generis, sive malleolos sive viviradices sive propagines. — *premere* poëta de omni plantatione recte dicere potest, cum surculus in scrobe ponitur, defigitur, infoditur. cf. Colum. III, 15, 4. cf. infr. IV, 151. Porro *per agros* est de vineis accipiendum, quod sermonis poëtici ratio suadebat, ut vulgares modos vitaret; tum *serere*, *semina*, *segetem* iam saepe de vineis vidimus. — 348 v. Colum. l. l. et Theophr. Caus. Plant. III, 5 et 7, quem sine dubio poëta ante oculos habuit, item Geopon. V, 9. *lapidem bibulum*, pumicem aut sabulosum. — *squalentes conchas*, mucosa aliqua saliva inductas; nam squalere dicuntur ea, quae madore, muco, sordibus, tum quocunque humore, aut colore obducta sunt. cf. ad Ge. IV, 91. — 349. 350 *H. inter* instar adverbii usurpatur hoc loco pro inter spiramenta et rimas lapidis vel conchae. Adverbialiter illud et 366. usurpatum est. *W. tenuis halitus* venti, inter pumicam ac testarum fragmenta, tamquam per spiramina, penetrare potest, atque ita radices fovere et recreare. Theophrast. l. l. ὅπως συῤῥοὴ γίγνηται τοῦ ὕδατος, καὶ τοῦ θέρους οὔνοι (οἱ λίθοι) κατασβέσωσι τὰς ῥίζας. *animos*, vires, *tollent sata*, quam praeclare! pro vites laetissime efflorescent. — *Iamque reperti*, h. fuere etiam, qui insuper etc. *H.* Iunge *urgerent super* h. e. desuper. Compositum usurpavit Tacitus Ann. II, 23. *fluctu super — urgente*. *W.*

354—357 De iis, quae post sationem vitis agenda: ac primo quidem loco *de fossione*. Colum. IV, 3, 2 *Deinde, malleolo inter ordines posito, crebris fossionibus pastinatum resolvere atque in pulverem redigere. Sic enim malleoli et viviradices et reliqua semina, quae deposuerimus, convalescent, si mollis ac tenera humus, nullis herbis irrepentibus, humorem ali-*

Saepius ad capita et duros iactare bidentis,
Aut presso exercere solum sub vomere et ipsa
Flectere luctantis inter vineta iuvencos:
Tum levis calamos, et rasae hastilia virgae,
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornis,
Viribus eniti quarum, et contemnere ventos
Adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos.
Ac, dum prima novis adolescit frondibus aetas,
Parcendum teneris; et, dum se laetus ad auras
Palmes agit, laxis per purum inmissus habenis,
Ipsa acie nondum falcis tentanda, sed uncis
Carpendae manibus frondes, interque legendae.
Inde ubi iam validis amplexae stirpibus ulmos

pibus praebuerit, nec duritia soli novellas adhuc plantas velut arcto vinculo compresserit. Ex his poëta satis illustratus videtur. *Semimibus positis* pro surculis defixis. Fodiendo terra *deducitur ad capita*, adducitur, aggeritur ad radices, siquidem *terra coaequanda est gemmis exstantibus*, Colum. IV, 5, 2. 3. Praeferunt alii lectionem codicum nonnullorum *diducere*. — *iactare bidentes* fossionem notat adacto ligone. Colum. IV, 14, 1. *Insequitur deinde fossor, qui* crebris bidentibus *aequaliter et minutim soli terga convertat.* — 356 Colum. III, 13. *Aut scrobibus aut sulcis vineae plerumque conseruntur,— vel aratro vel bidente iniiciunt — ut more novalium terra transversis adversisque sulcis proscindatur. Id genus vineti non conducit agricolae, nisi ubi laetissimo solo vitis amplo incremento consurgit.* cf. Plin. XVII, 22 s. 35, 22. — 357 *inter vineta*, h. ut aretur inter ordines vitium, ut, inversa aratro terra, glebae utrimque versus vites insurgant. — 358 — 361 De *pedatione vitium* et *iugatione* cf. Colum. IV, 12. Placet lectio plurimorum et optimorum codicum *valentes*. — 361 *tabulata* in vineis sunt ordines ramorum, in arboribus, ulmis in primis, prominentium, quos, recisis aliis, ita in plana tendunt, dilatant, ac per gradus deflectunt agricolae, ut robustiores palmites unum post alterum ramum attingere, iisque sese applicare et assurgere quasi per gradus possint. Locus est apud Colum. V, 6, 11. 12. 23. 24.

362 — 370 *Putationem* seu *pampinationem* in nova fronde plane nullam, in tenero palmite non ferro sed ungue tentandam, in adultam vitem severe esse exercendam. Praecepti primam partem confirmat Theophr. de Causs. Plant. III, 9; Cato 33, 2; at refellit Columella cum V, 6, 22. tum IV, 11, 1. *nam illam veterem opinionem damnavit usus, non esse ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident; quod frustra Virgilius — timuerunt.* — 364 *laxis immissus habenis*, de celeribus et effusis incrementis, a Lucretio habet V, 785. *per purum*, per aërem. Lucret. *per auras*, et sup. v. 287 *in vacuum*, et alias *per inane*. Aliter dixit Horat. de sereno coelo Carm. I, 34, 7. — 365 *Ipsa* sc. prima aetas, cui tribuitur tamquam actio id, quod in ea fit. *Virgulta* ex vers. 346 repetit Servius. Expressit reliqua Quinctil. Inst. II, 4, 10. 11. — *interlegere;* hoc videtur novasse poëta pro legere, quoniam per intervalla frondes aliae, aliis omissis,

Exierint, tum stringe comas, tum brachia tonde:
Ante reformidant ferrum; tum denique dura
Exerce imperia, et ramos compesce flacutis.
Texendae saepes etiam, et pecus omne tenendum;
Praecipue dum frons tenera inprudensque laborum,
Cui, super indignas hiemes solemque potentem,
Silvestres uri adsidue capreaeque sequaces
Inludunt, pascuntur oves avidaeque iuvencae.
Frigora nec tantum cana concreta pruina,

carpuntur. Mox *exierint*, in altum se sustulerint, excreverint. cf. sup. v. 81. — 369 *dura imperia*, h. severa, a disciplina militari petitum, sive ab equis regendis vel pueris, ex Burmanni sententia, qui laudat Horat. Carm. IV, 1, 6. 7: Cic. Cat. mai. 15 *vitem — quam serpentem multiplici lapsu et erratico* ferro amputans coercet ars agricolarum, *ne silvescat sarmentis, et in omnes partes nimia fundatur.* — 370 *ramos fluentes*, diffluentes, luxuriantes. Diversae sunt *fluidae frondes* Lucretii II, 596, h. molles, a vento facile decussae.

371 — 419 Post opus illud sollemne quae vinitori curanda sunt. Primum avertenda sunt, quae novellae viti nocere possint: pecudes, frigus, aestus. Ducit ea res ad hirci immolationem, Baccho fieri solitam. Tum (v. 397 sq.) repetenda est identidem omnis illa opera vinitoria fodiendi, pampinandi, putandi. — *tenendum* pecus, h. retinendum, quo ipso efficitur vulgata interpretatio *arcendum*, quo vocabulo Plinius in eodem praecepto utitur XVII, 22 s. 35, 17. — 372 *frons imprudens laborum*, h. frondes ignarae et impatientes iniuriae ex dente pecudis. *H. labores* significat omnia, quae vites patiuntur, translatione petita a vita humana. cf. 343. *hunc laborem. W.* — 373 — 379 Magis quam frigoris vis et *solis potentia*, h. aestus, nocent vitibus novellis boves agrestes et capreae et ceterae pecudes. — *indignae hiemes.* Quisquis *indigna*, h. quibus dignus alter non est, quae immerito patitur, omninoque dura, saeva, iniusta, iniuriosa, facit, aut talia fert, eum poëtae *indignum* appellant: ut Ecl. X, 10 *ind gno quum Gallus amore periret.* Ita *hiemes indignae* h. l. recte a Servio explicantur *saevae.* — 374 *Uros* proprie dictos in Italia nullos esse constat. At enim vel ex lib. III. v. 532. manifestum est, *uros* poëtae improprie dictos esse pro feris bubus, quales Italia nunc nomine *Bufali* frequentat. Est autem *bubalus* cornibus compressis, sursum resupinatis, fronte crispa. — *capreae sequaces* poëtica elegantia, quae vites insectantur, persequuntur, ut Servius reddit. Mox eadem fere vi *avidae iuvencae.* — 376 *cui* (*frondi tenerae*) *Illudunt* multo significantius quam laedunt, nova tamquam petulantiae et iniuriae notione adiuncta, v. Ge. I, 181 *Tum variae inludunt pestes.* — *pascuntur oves*, depascuntur eam, sc. frondem teneram. *H.* Ad *pascuntur* ex *cui* repetendus est accusativus *quam;* ubi enim membrum aliquod per relativum *qui* priori ita adnexum est, ut suum cuique verbum sit, verbisque ipsis diversa constructio, casum relativi priori verbo accommodatum videas, in sequenti vero alium esse intelligendum. Vid. Obss. ad Tibull. IV, 2, 17. Ceterum *pascor* cum quarto casu Virgilio proprium paene dixeris. cf. Ge. III, 314. IV, 81. *W.* — 376 Idem fere, quod modo dixerat, gravius ac disertius exponit. *Nec frigora concreta* (tributum

vis incumbens scopulis arentibus aestas,
m illi nocuere greges, durique venenum
et admorso signata in stirpe cicatrix.
ım ob culpam Bacchо caper omnibus aris
r, et veteres ineunt proscenia ludi,
que ingeniis pagos et compita circum
e posuere, atque inter pocula laeti

itheton. quod rebus pro-
nit per frigoris tempe-
trictis et congelatis); *no-
um pruina cana*, nocent
lu. — 377 *gravis aestus*,
xitiosa. — *scopuli aren-
s incumbit aestas*, h. sol
cautes exandefaciens,
commemorantur, ubi de
itur. Sic *aprica saxa* inf.
nenum pro saliva noxia.
urentes culta capellas.
389 Episodium de hirco
em Bacchi immolando.
R. R. I, 2, 18. 19. *Quae-
pecudes culturae sunt
c veneno, ut istae, quas
ae; eae enim omnia no-
carpendo corrumpunt,
um vites atque oleas* —
*n, ut Libero patri, reper-
hirci immolarentur, pro-
apite darent poenas*. Et
locus Ovid. Fast. I, 353
quoties non in gemmis
s aut arbores arrodens
Recte haec; unde satis
primi versus sententia:
itibus illatam noxam hir-
acchi sacris mactari; at
em et iam ob causam lu-
facti? eandem ob caus-
iasmus? hinene Libera-
qua? Haec nemini mo-
e. Scilicet poëticus or-
tentiae recte accipiendae
ngendae obfuit, quae ita
debet: Ea de causa
Bachi sacris *immolatur*,
mel Bacchо sacer esset,
tragoedia Atheniensium
tis *praemium* erat pro-
- *carmine qui tragico vi-
it vō hircum*, Horat. Art.
220. cf. Tibull. II, 1, 55 et ibi Not.
—; nec non *hircinis* pellibus *utres*
facti, in quos oleo inunctos adsi-
lirent. Tum, quod poëtae licebat,
ad ornatum captandum exspatians,
quomodo ex Graecorum illis sa-
eris Latina eiusdem dei sacra flu-
xerint, commemorat. Illustris lo-
cus est; singula videbimus. *H.* A
mactatione capri Dionysia apud
Graecos originem accepisse, si-
mulque ludos scenicos, qui festo
illo *etiam tum* edebantur, canit
Virgilius. *W.*

381 *veteres ludi ineunt proscenia*,
pro olim, antiquis temporibus, lu-
di in scenam inducti, facti sunt.
H. Ad orationem compara Iuv.
III, 174. *redit ad pulpita notum ex-
odium*. et Aesch. c. Ctes. p. 541.
δάκρυα ἀφεῖσιν ἐπὶ ταῖς τραγῳ-
δίαις καὶ τοῖς ἠθικοῖς πάθεσι
τοῖς μετὰ ταῦτα ἐπεισιοῦσιν. *W.*
— *proscenium* proprie ante sce-
nam versus orchestram pulpitum
habebat, quo actores prodibant,
h. l. omnino pro scena positum. —
382. 383 *Thesidae*, Athenienses,
posuere praemia, pro praemio hir-
cum, *ingeniis*, h. poëtis, *circum pa-
gos et compita*. Nota de prima
rei scenicae origine fabula. v. Ho-
ratii Art. 275 sq., quae ad Dionysia
ruralia, τὰ κατ' ἀγρούς, per
pagos, utique pertinet; e quorum
genere cum ab initio essent τὰ ἐν
Λίμναις, s. *Lenaea*, (diversa qui-
dem et haec a *Dionysiis urbanis*,
seu *maioribus*) auctis tamen ur-
bis opibus, ea praecipuam cele-
britatem consecuta sunt, ut diversa
plane ab ruralibus habenda sint,
ut cum exquisitae doctrinae copia
ad Hesychium ad liquidum perdu-

Mollibus in pratis unctos saluere per utres.
Nec non Ausonii, Troia gens missa, coloni
Versibus incomtis ludunt risuque soluto,
Oraque corticibus sumunt horrenda cavatis;
Et te, Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.
Hinc omnis largo pubescit vinea fetu;
Conplentur vallesque cavae saltusque profundi,
Et quocumque deus circum caput egit honestum.
Ergo rite suum Baccho dicemus honorem
Carminibus patriis, lancesque et liba feremus,
Et ductus cornu stabit sacer hircus ad aram,

xit Ruhnkenius. — 384 *Ἀσκωλιασμὸς* in Dionysiis paganis, *τοῖς κατ' ἀγροὺς*, fieri solitus. *Utrium* in hoc festo et lusu notissimo fuit usus, quia in eosdem et vina e lacubus transfundere, ut uvas ad torcular deportare mos erat.

385 — 389 Liberalia quidem Romae mense Martio celebrabantur. Et haec respexisse videri potest poëta, si v. 390 adverteris. Sed festum Bacchi aliud vindemiam factam excepit: fiebant in eo, uti in festo post messem conditam (v. Horat. Ep. II, 1, 140), per pagos multa ludicra: pubes rustica, personata et larvis e cortice factis ora habens obducta, non modo iaciebat iocos et dicteria, verum etiam versus incomtos, ex tempore effusos in praetereuntes; quam vindemiae licentiam adhuc in Italia vigere observant, qui ex oris illis ad nos veniunt; et haec est *Fescennina* licentia apud Horat. II. Epp. I, 145; canebant porro hymnos in Bacchi honorem, et *oscilla*, *αἰώρας* (v. Valken. ad Theocr. p. 246), h. larvas e corticibus factas, quales etiamnum in monumentis occurrunt, ex arboribus suspendebant; ea h. l. *mollia*, h. mobilia, pendula. Originem et caussam huius ritus in eo reperiunt, quod eos Bacchi vultus appensos vento impelli quaquaversus et converti volebant agricolae, quoniam, quo ille deus faciem convertisset, summa agri ubertas sequi credebatur. cf. v. 392. — 390 Exoratus et placatus his sacris ac festis deus summam vindemiae ubertatem votis reddit. — *vinea pubescit*, satis obvia translatione, vites exuberant, *largo fetu*, laeto uvarum proventu. — *valles saltusque*, si vitibus consita loca, ut probabile videtur, hic intelligenda sunt, improprie dicuntur de vineis, in plano et in collibus satis. — 392 *Et quocumque deus*, pulcherrimus haud dubie versus. Nihil imagine hac vividius, nihil iucundius. Petitum autem ex antiqua religione, qua praesentia deorum certis locis ac temporibus fieri ferebatur, et, quando dii apparerent, omnia ridere, frondescere, progerminare, enthusiastica loquendi forma narrabantur. Perstitit eius formae usus maxime in Bacchi et Apollinis sacris. — *caput honestum* est pulchrum, formosum, quale Bacchi expressum adhuc in monumentis artis priscae conspicitur.

393 — 396 *Carminibus patriis*. Fuere haec carmina antiqua Romanorum in Bacchi honorem cani solita; a quibus diversa *Fescennina*, de quibus vid. Horat. Ep. II, 1, 145. *H. suum hon.* h. e. suas laudes, secundum naturam hymnorum veterum. *W.* — *lances* et quidem in iis *liba* (cf. sup. ad v. 192) feruntur ad aras. — *cornu ducitur* victima ritu sacrorum. Sic et *stare* verbum sollemne. Victimae partes, quae non in ara ad-

aque in veribus torrebimus exta colurnis.
etiam ille labor curandis vitibus alter,
imquam exhausti satis est; namque omne quot annis
quaterque solum scindendum, glebaque versis
um frangenda bidentibus; omne levandum 400
nemus; redit agricolis labor actus in orbem,
in se sua per vestigia volvitur annus.
olim, seras posuit quum vinea frondis,
is et silvis aquilo decussit honorem;
m acer curas venientem extendit in annum 405

r, sacris epulis appone-
iinc v. 396 *colurna verua*
lo; quam arborem cum
poni aiunt interpretes, ex
neve inter vites corulum

·407 Restat alius in cura
est etiam alter ille labor
rum vitium), qui num-
iitur, ut vineam iterum
ie repastines (fodias),
s, ac putes. — *cui num-*
tis exhausti (pro exhau-
Serv.), h. qui numquam
auritur. *H. ille labor* —
Graeca haec membrorum
› ὅδε πόνος — γάρ. Ita
I, 3. δηλοῖ δέ μοι καὶ τόρο γὰρ κ. τ. λ. *W.* —
um. IV, 4, 1. *Numerus*
ertendi soli bidentibus, ut
atear, definiendus non est,
uanto crebrior sit, plus
fossionem conveniat.
I, 14, 1 *crebros fossoris*
requirit. cf. Geopon. V,
100 *versis bidentibus*, li-
qui vertuntur ad glebas
las.

emus pro vinea, *levandum*
quasi importuno onere,
m. — *labor*, qui *actus*
dit in orbem, et *annus*,
a opera, annuus labor,
in se, revolvit se, redit,
vestigia, eadem, ac su-
anno, ratione, modo, te-
progressu. *Sua se in ve-*
lvere de mundo Varius an-
te Virgilium, et post hunc alii poëtae dixere.

403 — 407 Auctumno exacto, statim in sequentem annum vinitori cura et opera extendenda est. *seras ponit quum vinea frondes*, cum vites frondes amittunt, quae ad seriorem auctumnum duraverant. *H. iam olim — quum* idem fere quod *iam tum — quum*; unde 405 *iam tum* in repetitione usurpatum. — Non magis apud Horat. Sat. II, 3, 60. *olim — quum*, et apud Virgil. Aen. V, 125. *olim — ubi* ad praeteritum futurumve tempus referri potest. Ceterum curae et operae vitibus assidue impendendae praeclaram imaginem versibus 403 — 419. exhibuit. *W.* — *silvae*, seu ipsae vineae seu arbusta vitibus iugata; — *honorem* de frondibus arborum frequenter poëtae. — *rusticus* est vinitor, sed vides poëtam semper recedere a vulgaribus. Tibull. I, 1, 7. *Ipse seram teneras maturo tempore vites Rusticus.* — *acer*, diligens, labori non parcens. — *dens Saturni* est falx amputatoria, notum dei insigne. *H. persequitur dente vitem.* Sic Ge. I, 155. *terram insectari rastris. W.* Iam v. 407 *putationem* vitium exprimi, satis patet. Colum. IV, 23, 1. *Placet ergo, si mitis ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, coeli clementia, facta vindemia, secundum Idus Octobris, auspicari putationem* et rel. — 404 Varronis hunc versum esse

Rusticus, et curvo Saturni dente relictam
Persequitur vitem adtondens, fingitque putando.
Primus humum fodito, primus devecta cremato
Sarmenta, et vallos primus sub tecta referto;
Postremus metito: bis vitibus ingruit umbra;
Bis segetem densis obducunt sentibus herbae;
Durus uterque labor; laudato ingentia rura,
Exiguum colito: nec non etiam aspera rusci
Vimina per silvam, et ripis fluvialis arundo
Caeditur, incultique exercet cura salicti.
Iam vinctae vites, iam falcem arbusta reponunt,
Iam canit extremos effetus vinitor antes;
Sollicitanda tamen tellus, pulvisque movendus.

Servius testatur. — 406 *relictam vitem*, et fructu et frondibus nudatam; quod igitur eius reliquum est, iam tum est putandum.

408 — 419 Addit nunc tempora operis vinitorii. cf. Colum. IV, 27. — 409 *vallos* h. pedamenta, ne imbribus putrescant. vid. Varron. R. R. I, 8, 6. — 410. 411 *metere* pro vindemiare, ut supra *segetem, arva, serere, semina* ad vineas transferri vidimus. cf. ad v. 267. Porro bis in anno, vere et auctumno, pampinationem et runcationem fieri debere, dicit poëta; sed rem ab antecedente designat: bis pampini excrescunt nimia copia, bis herbae exuberant, itaque eruendae et evellendae sunt. — *sentes*, poëtica copia adiecti, sunt hic omne id, quod ex istis herbis enascitur et solum implicat. — 412 Cum tam assiduam et perpetuam operam desideret cultura vitium, placeant aliis vineae magnae; tibi parva probetur, quae recte et tanto maiore cum fructu a te coli possit. Pallad. I tit. 6, 7. *Ita in arbitrio nostro est, utrum plus habeamus, an melius — fecundior est culta exiguitas, quam magnitudo neglecta.* Sed luculentus huius rei et loci commentarius est apud Colum. I, 3, 8 sqq.: IV, 3, 4 sq. cf. Plin. XVIII, 6 s. 7, 3. utrique hic versus laudatur. Vidit hoc sagacissimus quisque e nostris hominibus, latifundia perdidisse olim Italiam, et nunc perdere plerasque Europae provincias ac terras. Forma orationis ex Hesiodeo petita *Ἔργ. 643. Νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, μεγάλῃ δ' ἐπὶ φορτίῳ θέσθαι.* Sic h. *Laudato*, valere iube, aliis relinque, habeant illi sibi, ut *colito* pro praeter, potiori loco habe. — 415 *ruscus* virgulti genus, *oxymyrsine*, ruscum aculeatus. cf. Ecl. VII, 42. — 415 *salices* curandae sunt, h. virgae ex iis parandae; *incultae*, quae ipsae per se nulla cura indigent et sponte proveniunt. — 416 *arbusta* seu vites seu arbores vitibus iugatae iam satis putatae sunt; — *reponunt falcem*, cum per eas reponere falcem licet, falcem non amplius requirunt. — 417 — 419 Pulcherrime perfectae et absolutam vinitoris operam putandi ac rucandi designat. Pervenit ad extremos *antes*, ordines vitium; *canit* eos, gaudet se eo pervenisse; *effetus*, viribus exhaustus; iterum tamen ac denuo vinea fodienda seu pastinanda; quae ipsa fossio *pulveratio* dicitur, σκάψις Graecis. Et praeter haec omnia novus labor ex tempestate iniqua et aeris iniuriis oriri potest, ut adversus grandinem, pluvias, rubiginem, reliqua aëris vitia vitis munienda ac defendenda

iam maturis metuendus Iuppiter arvis.
Contra non ulla est oleis cultura, neque illae
ocurvam exspectant falcem rastrosque tenaces,
ium semel haeserunt arvis auraeque tulerunt:
a satis tellus, quum dente recluditur unco,
fficit humorem, et gravidas, quum vomere, fruges.
c pinguem et placitam Paci nutritor olivam.
Poma quoque, ut primum truncos sensere valentis
vires habuere suas, ad sidera raptim
propria nituntur, opisque haud indiga nostrae.
c minus interea fetu nemus omne gravescit,
nguineisque inculta rubent aviaria baccis;
ndentur cytisi, taedas silva alta ministrat,

Ita v. 419 accipiendas esse etur. conf. Colum. IV, 3, 4. 20. 421 Olearum contra nulla cultura, h. olea nulla fere cul- i indigent. *Levi cultu rustine- olea* Colum. V, 8, 1, ubi de um cultu egere incipit. Porro *ne illae exspectant falcem et tros*, h. nec putatione nec pa- iatione opus est, scilicet non i assidua ac perpetua. Inter- igebam in superiore editione it *tenaces*, ut nova sententia et: *Quum semel.* — 422 *Cum el terrae haeserunt.* Supra 317 es *semine iacto Concretam — licem affigere terrae.* Et ad illa *rasque tulerunt* cf. v. 332 sq. — h. 424 Iudicio ac delectui Vir- iano consentaneum est, *satis* accipere, ut olea *sata* appel- erit, quemadmodum supra vi- a, cf. ad v. 267. Sic mox v. 5 *saepemque satis. dens uncus* onis, bidentis. Sententia est ic: dummodo bidente subiga- humus, iam ipsam tellurem morem oleis suppeditare; si o solum et aretur, glebaeque gis frangantur, tellurem dare *vidas fruges* h. e. uberem oli- um proventum. Colum. V, 9. *Nam veteris proverbii memi- se convenit: cum, qui aret oli- m, rogare fructum; qui sterc- et, exorare; qui caedat* (putet), *ere;* et §. 12. *Sed id* (olive- tum) *minime bis anno arari de- bet, et bidentibus alte circumfo- diri.* — 425 *Hoc*, ex Homerico τῷ, propter hoc, propterea, ut Lu- cret. IV, 1086 et al. — *nutritor* pro vulgari *nutri.*

426 Commendat poëta ceterarum quoque arborum cultum. *Poma* videntur omnino pomiferae esse arbores. *H.* cf. Not. ad 54. *W.* — *truncos sensere valentes*, ubi semel adoleverint et robur habebunt. — *vires suas*, nos: succos necessarios. cf. v. 79 — 82. — *vi propria*, natura sua.

429 Pergit in argumentatione usque ad v. 454. Si oleae et omne pomorum genus non eandem ac vineae operam desiderant; multo minus reliqua arborum genera laboris exigunt, et magnos tamen fructus ferunt. — 429. 430 Silvestres *arbores* fructus et utilitates plurimas nobis ferunt, nec tamen ullam aliam curam exigunt, quam ut seramus. — *interea*, dum vitibus tam gravis labor impenditur, oleaeque et pomi minore cultu proveniunt, — *omne nemus*, omne arborum genus, *gravescit fetu*, βρίθει, ut *gravida frugibus arbos*, et Ecl. III, 56 *nunc omnis parturit arbos.* — *aviaria* sunt secreta nemorum, quae aves frequentant: ut Servius. A domibus poëta ad silvas traduxit. Supra v. 328 *avia virgulta.* — 431 *Cytisus*

Pascunturque ignes nocturni et lumina fundunt:
Et dubitant homines serere atque impendere curam?
Quid maiora sequar? salices humilesque genestae,
Aut illae pecori frondem aut pastoribus umbras
Sufficiunt, saepemque satis, et pabula melli.
Et iuvat undantem buxo spectare Cytorum,
Naryciaeque picis lucos; iuvat arva videre
Non rastris, hominum non ulli obnoxia curae.
Ipsae Caucasio steriles in vertice silvae,

Marantae videtur a poëtis intelligi. Mox in pedestri oratione structura fuisset: *taedas silva ministrat, quibus, seu unde, ignes pascuntur. Taeda* arbor, *succo parciore liquidoreque, quam in picea, flammis ac lumini, sacrorum etiam, grata*: Plin. XVI, 10. s. 19. — 435 Suavis orationis color: Quae cum ita sint, nonne debent homines serere eas arbores, et, quidquid operae est, iis impendere? Sic Aen. VI, 807. *Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?*

434 Praeeunte Servio, exponenda haec: quid insistam, sive nolo copiosus esse, narrandis commodis maiorum arborum (de picea modo egerat), cum etiam humiliora arbusta, ut salices et genestae, afferant utilitates suas? praebent enim pabulum, umbracula, saepem, mel. *genestae* v. sup. v. 12. — 435 *illae* ex sermonis venustate abundat. — 436 *sata* sunt arboreta, vineae, oliveta. cf. modo ad v. 423. *pabula apibus*, variata oratione et exquisitiore, *p. melli* dixit. — 437 Primum notanda formula docte variata pro vulgari: Porro etiam buxus grata arbor est et picea. — *Cytorus*, Paphlagoniae mons in tractu maritimo, buxo nobilis. Adiacebat urbs eiusdem nominis. cf. Catull. 4, 13. Pro buxo undante in Cytoro, more suo, dixit doctius *Cytorum undantem buxo*, fluctuantem; qua imagine segetum, fruticum, et arbustorum laeta facies frequentissime a poëtis exhibetur. *H.* Ad constructionem conf. Val. Flac. I, 539. *regio undat equis floretque viris*, quod ad copiam recte retulit Forcellini. et inf. III, 28. *W. Buxi* autem quanta in aliis terris altitudo sit, ex eo discas, quod Bion Idyll. II, 3 parvum Amorem per eius ramos huc illuc insilientem facit. — 438 Pix e plurium arborum resina fit, maxime ex pinu ac picea. Plin. XIV, 20 s. 25. *Naryx*, vel *Narycum*, et *Narycium*, Locrorum Epicnemidiorum urbs, Aiacis patria. Iam ab his Locris colonia in Italiam deducta Locros condidit. cf. Aen. III, 399. Ad utram regionem *pix Narycia*, cuius et Columella X, 386 et Plin. XIV, 20 s. 25 meminerunt, referenda esset, dubitari posset, nisi *picis Bruttiae* satis frequens inter antiquos mentio fieret. vid. Heins. ad Ovid. Remed. 264. Petebatur ea in primis e monte et silva *Sila*, de qua cf. Aen. XII, 715. v. Strab. VI, p. 400 B.

438. 439 *arva* silvis consita, s. silvas, quae nullo humano cultu indigent. — *non obnoxia*, nihil labori nostro debentia, ut Servius, non egentia cura nostra. — 440 Caucasum puta poëtice pro quocunque monte silvoso nominari; *steriles silvae — dant fetus* intellige arbores sine fructu eduli. *H.* Oppositae tum sunt *arbores frugiferae* h. e. edulia praebentes, cf Germ. Tacit. c. 5. *W.* — *fetus* vero sunt usus, ut statim *utile lignum* subiicitur. Similiter *viminibus salices fecundas* di-

Quas animosi euri adsidue franguntque feruntque,
Dant alios aliae fetus: dant utile lignum
Navigiis pinos, domibus cedrumque cupressosque;
Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris
Agricolae, et pandas ratibus posuere carinas:
Viminibus salices fecundae, frondibus ulmi;
At myrtus validis hastilibus, et bona bello
Cornus; Ituraeos taxi torquentur in arcus:
Nec tiliae leves aut torno rasile buxum
Non formam adcipiunt, ferroque cavantur acuto:
Nec non et torrentem undam levis innatat alnus,
Missa Pado: nec non et apes examina condunt
Corticibusque cavis vitiosaeque ilicis alveo.
Quid memorandum aeque Baccheia dona tulerunt?
Bacchus et ad culpam caussas dedit; ille furentis

ctae. — *franguntque feruntque*, in animo habuit *agere ac ferre*, h. vexare. — 443 Iuniperi certo generi, Oxycedro, nomen *Cedri* fere veteres tribuerunt. v. inf. ad Aen. VII, 13. — 444. 445 De arboribus rustici conficiunt rotarum radios et plaustrorum *tympana*, h. rotas ex solidis tabulis compactas. et navium *carinas*. — *hinc*, ex illis arboribus, ex illis fetibus, v. 442. Add. III, 308. — *trivere*, h. terere solent, atterendo, tornando conficere; *terere* pro tornare dicitur. — *posuere*, faciunt, ex τιθέναι pro ποιήσασθαι, ut sexcenties apud Homerum. — 446 *frondibus ulmi*. Ulmus *frondem iucundiorem bubus praebet*, etc. v. Colum. V, 6, 3. — 447 *myrtus* vid. Aen. III, 23. VII, 817. — *bona bello cornus*, h. armis; scil. sagittis, iaculis, hastis; *tota* enim *ossea* est, Plinii verbo XVI, 38 s. 73. — 448 *Ituraea*, ultra Iordanem, vel inde, quod ea Philippi tetrarchia apud Lucam et Iosephum fuisse memoratur, nota. Incolebant eam Arabes latrociniis infames, et sagittandi arte clari; vid. Lucan. VII, 230. 514: Cicer. Philipp. II, 8 et 44. v. Cellar. Geogr. ant. T. II. p. 529. hinc praestantissimos arcus poëta ab iis designat. — 449 *Nec non t.* etiam tilia et buxus tornari et scalpi possunt. — *buxum* doctius poëta dixit, ea forma, ut *malus*, *malum*. — 451 Alnus navigiis utilis est. Padi ripae *alnis* consitae; itaque usus earum in faciendis navigiis promtus ac proclivis. Ge. I, 136. *Tunc alnos primum fluvii sensere cavatas*. — *torrens* proprie ad Padi naturam. — *Missa Pado*, immissa in amnem de navalibus. Expressus versus a Claudiano XXXV, 178 *missamque Pado qui remigat alnum*. 453 *Corticibus cavis*, loquitur de alvearibus corticeis. Varro, R. R. III, 16. *optimae alvi sunt corticeae* et infr. IV, 33. *ilice. alv.* Varro l. c. *alii faciunt alvos ex arbore cavata*. — 454. 455 Sationem silvarum suadere poëtam, memineris ex sup. 433. Tot tantisque utilitatibus multum cedunt fructus vinearum, quae tamen tam assiduam operam exigunt; quin earum cultura multa adeo mala affert. Hoc, ut poëtam decebat, a generali ac nuda enuntiatione ad facti exemplum deducit. *ad culpam*, h. ad furores, ad facinora et crimina committenda incendit homines. — 456 V. Ovid. Met. XII, 210 sqq. Apollod. II, 6, 4. et Not. Habuit nostr

Centauros laetè domuit, Rhoetumque Pholumque
Et magno Hylaeum Lapithis craterem minantem.
O fortunatos nimium, sua si bona norint,
Agricolas; quibus ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victum iustissima tellus! 460
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit aedibus undam;
Nec varios inhiant pulcra testudine postes,

ante oculos Odyss. φ, 295 sqq. Apud Ovid. l. l. *Rhoetus* et *Pholus* non occisi, sed fugati memorantur; id quod nemo mirabitur, qui, quanta in his fabulis poëtarum variatio sit, ut impune esse possit, meminerit. Quid enim? Ab aliis *Hylaeus* et *Rhoetus* ab Atalanta in Arcadia occisi memorantur. v. Apollod. III, 9. 2. Schol. Callimachi in Dian. 221 et ibi Spanhem. Itaque iungitur *domuit laeto*.

458 Sequuntur laudes vitae rusticae, locus nobilissimus, cuius pulchritudinem qui non sentiat, is nec dignus sit, cui enarretur. Qui dulcedine harum voluptatum captus diutius sensibus suis indulgere vult, is conferat Culicem vs 57 — 96: Horat. Epod. 2: Carm. III, 1, 21 — 24: Serm. II, 6, 59 sqq. et IV, 5. Claudian. LII *Felix qui patriis* etc.: Tibull. I, 1: I, 5, 19 — 35: I, 10: II, 1: II, 3: Statium Silv. II, 2. — 458 *O fortunatos nimium*, prò valde. — 459 — 460 *ipsa tellus*, αὐτὴ, αὐτόματος, lubens volensque, *facilem victum*, qui facile paratur, ut infra v. 500 *fructus, quos ipsa volentia rura Sponte tulere sua*, non sunt tantum silvestres, sed amplificatione poëtica dicuntur etiam ii fructus, qui facili opera parantur. — *fundit*, sufficit, suppeditat, at cum copiae notione adiuncta. cf. Ecl. IV, 20. Translatum inde ad partum, facilem in primis ac felicem. *iustissima*, quia *creditum reddere* terra, *acceptum referre* dicitur, eique *fides, fenus, aequitas* tribuitur. χρέον δικαιότερον adeo Xenophon dixit Cyrop. VIII, 3, 38. At *tellus* fundit *humo*. Scilicet habet hoc poëticus Romanorum sermo praecipui, dum copiam sectatur, ut synonymis ita utatur, ut alterius latior, alterius angustior ipso positu significatus sit. *humo*, h. e. solo, culta sua superficie; sic *rivos praetereuntis aquae* Tibull. I, 1, 28, ubi v. Obss. adde sup. Ecl. V, 47: Livium V, 44, 6. Sic supra v. 411 *segetem obducunt aedibus herbae*. ex mox 461 *totis vomit aedibus domus*. Sed et *humus* ex sermonis proprietate numquam pro toto terrarum orbe ponitur, sed sive ad frugum culturam sive ad humationem corporum fere referri solet. *H. telluri* tribuitur *humus* h. e. solum. Similis compositio *solum terrae* apud Lucret. V, 1188. *W.*

461. 462. Si fastus et luxus potentium abest, primo loco clientium turba memoratur. Certavit cum Lucretio II, 24 — 36, pulcherrimo loco; quo exprimendo iam vires expertus erat in Culice 61 sqq. *Vomere* sermonis Latini indoles de aditu, qui magnam hominum copiam admittit, facile fert, cum et *vomitoria*, ut in theatro, dicantur. — *totis aedibus vomit*, ad maiorem etiam multitudinis significationem, quae totam domum, atrium, repleverat. Eodem modo *salutantium* facit; sic et *effusa* multitudo dicitur *vomit foribus*, per fores. Ceterum haec eadem expressit brevius Horat. *Forumque vitat et superba civium Potentiorum limina*. — 463. 464 Si non superba palatia incolunt, ad verbum: *Si non habent*; at quam

iasque auro vestis, Ephyreïaque aera;
neque Assyrio fucatur lana veneno,
casia liquidi conrumpitur usus olivi:
ecura quies, et nescia fallere vita,
s opum variarum; at latis otia fundis,
ıncae, vivique lacus; at frigida Tempe,
ıtusque boum, mollesque sub arbore somni
absunt; illic saltus ac lustra ferarum;
ıtiens operum exiguoque adsueta iuventus;
a deum, sanctique patres; extrema per illos
ia excedens terris vestigia fecit.

idius pro eo *inhiant*, habere
it, si non habere, curant,
varios pulcra testudine, h.
opere variegato, testudi-
conf. expressos hinc versus
i X, 120. 121. — *vestes*
las, *auro illusas*, h. pictas,
e, *luxus*, *ludibrium*, ὕβρις,
artificii naturam imitantis
ıla) *Ephyreïaque aera*, vasa
hia. — 465. 466 Si porro
ırpurae nec unguentorum
habent. — *fucum* de ado-
colore quocunque dici no-
ut et *venenum* de quovis
, in primis amariore aut
e. — *Assyrium* h. l. pro Sy-
Phoenicio. Sic Ἀσσύριον
accipiendum puto de mer-
Phoenicio apud Theocr.
. De *casia* v. sup. ad Ecl.
: Ge. II, 212. At h. l. est
ille, de quo Plin. XII, 43
cuius ligna odorata misce-
nguentis. — *usus olivi* do-
quam oleum, quo utuntur.
. III, 135 *obtusior usus*. Ho-
d. III, 1, 42. *purpurarum*
— *corrumpi* h. l. pro misceri,
diuncta notione mutationis
terius, a luxus pravitate pro-

At securа quies, quam quis
ecure, Lucan. V, 526. *Se-
belli; praedam civilibus ar-
cit non esse casas*. Tum *ne-
fallere vita* nil aliud esse pot-
am *vita tuta*, constans, nul-
ibus nec metui obnoxia; nam
edit *securа quies*. Eadem
vita, quae non fallit, vita non fal-
lax, h. e. certa ac tota, ἀσφαλής.
Et hanc explicationem Servius
altero loco posuit: *aut quoniam
immobilis est status vitae eorum;
urbanorum enim vita aut insidiis
aut proscriptione variatur. Il. ne-
scius fallere* compositum, ut *ne-
scius cedere* Horat. Od. I, 6, 6.
Si in prioribus *securа* ad homi-
nes pertinet, qui *quiete* fruuntur,
consentaneum est, epitheton quo-
que *nescia fallere* ad homines
vitam agentes referri, intelligique
vitam liberam a dolis et fallaciis
h. e. cupiditatibus. Exhibuit igi-
tur Maro vitam *metu* vacuam et
cupidinibus; et ea demum est vi-
ta beata. *W.* — 469 *frigida Tem-
pe*, umbrosae valles. — 470 *mol-
les somni*, lenes, tranquilli et dul-
ces. Ecl. VII, 45. — 471 *saltus*
proprie de pascuis. — *lustra fera-
rum* pro venatione memorat. —
472 *operum*, int. opus rusticum;
laboriosa iuventus. — *exiguo as-
sueta*, ut *parvo*. Tibull. I, 1, 25
contentus vivere parvo. — 473 il-
lic *sacra deum*; pro vulgari, in
agris est religio sacrorum et san-
ctitas parentum, et liberorum
pietas. Ergo ait, ibi demum esse
sacra, vere sacra, sacra ibi caste
coli, illic pietatem et metum deo-
rum esse. — *sancti patres*, vene-
rabiles, qui sancte ac pie colun-
tur; h. e. illic demum sanctitas
senum exsistit. — 474 *extrema
per illos vestigia fecit*, cum sci-
licet iam ante aulas et palatia bea-

Me vero primum dulces ante omnia Musae,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Adcipiant, coelique vias et sidera monstrent;
Defectus solis varios, lunaeque labores;
Unde tremor terris; qua vi maria alta tumescant,
Obiicibus ruptis, rursusque in se ipsa residant;
Quid tantum oceano properent se tinguere soles
Hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
Sin, has ne possim naturae adcedere partes,
Frigidus obstiterit circum praecordia sanguis;

torum reliquisset. v. Arat. Phaen. 100 sqq. Supersunt inter agrestes vestigia priscae iustitiae et innocentiae.

475—489 Ante omnia studiis philosophiae ac naturae consecratam vitam agere se velle ait; quod si non licuerit, at certe rusticam. Utraque enim vita beata et exoptabilis; 490 sqq. alterius tamen deliciis ac bonis describendis immoratur. Expressit haec auctor Dialogi de Orator. c. 13, digno, qui comparetur, loco.

475. 476 *primum, ante omnia*: ut *primus, ante omnes*, Aen. II, 40: V, 491. 492., sic quoque in neutro, *primum, ante omnia*, et iungendum: primum ante omnia *accipiant* me Musae. At Musae *dulces ante omnia* Virgiliano aevo vix dictum. *dulces Musae*, μειλίχιαι Arato Phaen. 16. 17., quem locum in animo habuit. *Musae accipiunt* eum, qui se iis tradit, consecrat. — *Sacra ferre* proprie est sacrificantis, v. c. Aen. III, 19, tum omnino sacerdotis. Iam autem poëtae Musarum sacerdotes frequenter appellantur. Notum Horat. Carm. III, 1, 3 et Propert. III, 1, 2 *Primus ego ingredior puro de fonte* sacerdos *Itala per Graios* orgia ferre *choros*. Porro *magno percussus amore*, πληγεὶς, expressum ex Lucret. I, 922. 923. Videtur autem respicere orgia deorum, cum furore et enthusiasmo celebrari solita: ex eoque genere in primis Bacchi. — 477 *coelique vias et sidera*, quod in vulgari oratione: siderum cursum in coelo. Iam de Orpheo in Argonaut. 205 ὅς ῥα πορείας Οὐρανίας ἄστρων ἐδάη κύκλους τε πλάνητας. Quod vero poëta physicas quaestiones commemoravit, ut studium praecipuum, fecit propterea, quia antiquiores vates, ut Orpheus, Musaeus, has res studio magno tractasse ferebantur, et quia Empedoclis carmina περὶ φυσέως ingenti laude ferabantur; habent denique haec physices capita hoc proprium, quod ornatum poëticum maxime admittunt. Expresserunt h. l. multi poëtae, ab Intpp. laudati, in primis Manil. I, 99 sqq.: Propert. III, 5, 25 sqq. — 478 *lunae labores*, defectus. Lucretius V, 750 dixerat: *Solis item quoque defectus Lunaeque latebras* (vel hoc uno versu Virgiliani carminis quanta suavitas sit, intelliges) *Pluribus e caussis* (hi sunt *defectus varii*) *fieri tibi posse putandum est*. — 479 *qua vi maria alta tumescant*, h. caussas accessus ac recessus maris aestuantis; argumentum sane philosophicae contemplationis sollemne. — *Obiices* sunt littora, in primis in aestuariis. — 481 Caussas varietatis in dierum noctiumque mensura intellige. Etiam hoc Lucretius exposuerat V, 679 sqq. *Quid tantum properent soles hiberni*, sol hieme, hiemali tempore, *tinguere se oceano*, occidere etc.

483—489 Si philosophus esse nequit, agricola saltem esse vult. — 484 Stuporem animi a *frigore*

Rura mihi et rigui placeant in vallibus amnes, 485
Flumina amem silvasque inglorius. O, ubi campi
Spercheosque, et virginibus bacchata Lacaenis
Taygeta, o, qui me gelidis in vallibus Haemi
Sistat, et ingenti ramorum protegat umbra!

sanguinis ducere recte potest poëta, qui tantum probabilia sequitur; praesertim cum e philosophis nonnulli ita sensisse videantur. *Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem*, Cic. Tusc. Qu. I, c. 9. ubi v. Davis. Quod vero *sanguinem circa praecordia* memorat, ex antiqua Italorum philosophia petitum videri potest, in qua *praecordia*, φρένας, πραπίδας, sedem non modo motuum animi sed et mentis faciebant. v. Ciceron. ibid. Sed hoc ipsum Empedocleum est, cuius versus laudatur in Etymologico Magno in αἷμα et alibi: *Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα.* Notabilis locus Schol. Cruqu. ad Horat. Art. 465. Empedocles — *qui dicebat, tarda ingenia frigido circa praecordia sanguine impediri.* At quomodo ad haec somnia homines delabi potuere? Scilicet, quod primis rerum aetatibus nullus erat sapiens, qui non esset poëta, nullus poëta, qui non maiore animi motu atque aestu raperetur, aut, ut loquebantur, divino spiritu (ἐνθουσιῶν) ageretur. *Calor* itaque *sanguinis* cum animi vi, ingenii subtilitate, poëtica facultate naturae aliquam coniunctionem habere videri poterat. Imitatus est versum Lucan. II, 557. *Fervidus haec iterum circa praecordia sanguis Incaluit.*— 485 *amnes rigui* h. l. qui rigant. *H.* Hinc *riguum* pro aqua irrigante apud Plin. 17, 26. dici, Forcellini notavit. Similiter *irriguus* usurpatur Ge. IV, 32 *irriguum fontem*; cf. Broukh. ad Tibull. II, 1, 44. *W.* — *amem*. colam. v. loca apud Burm. — 486 — 489 O quam velim ruri vitam agere! Tamquam poëta nobiliora rura memorat, in Thessaliae, Laconicae, ac Thraciae campis. cf. Culicem v. 93, in quo quasi semina vel rudimenta huius pulcherrimi loci videas. *O ubi* non est, ut situm locorum quaerat, sed ibi degere cupit. Habet locus maiorem δεινότητα, si ita iungis; *O* utinam sit, *qui me sistat* ibi, *ubi* campi etc. *campi Spercheosque* poëtica structura enthusiasmo et ipsa consentanea dixit, pro campis ad Sperchium, h. campis Thessaliae, in cuius confiniis subter Oetam montem fluvius ille in sinum Maliacum exit. *Taygeta* sc. iuga, ὄρη, ut τὸ Ταΰγετον, montes ex Arcadia per totam Laconicam procurrentes; subiacent Sparta et Eurotas amnis. — *bacchata*, passive, quae bacchando frequentantur, in quibus virgines Lacaenae bacchari, orgia Bacchi celebrare, solent. Sic *bacchata Naxos* Aen. III, 125. Erat autem sub Taygeto Bacchi templum, quod adhuc Pausaniae aetate visebatur; ad id solis mulieribus aditus patebat, et mulieres solae sacra in operto faciebant, v. Pausan. III, 20. Ita explicatus locus placere potest. — *Haemus* autem in primis silvis abundat; hinc v. 488. 489.

490 — 493 Beata est, inquit, vita philosophi, nec minus beata vita rustici. Columella in praef. *Res rustica — quae sine dubitatione proxima et quasi consanguinea sapientiae est.* Cicero in Cat. mai. 15. *Venio nunc ad voluptates agricolarum, quibus ego incredibiliter delector, quae nec ulla impediuntur senectute, et mihi ad sapientis vitam proxime videntur accedere.* Philosophiae autem Lucretianae capita hic proferri, ex primis statim Lucretii

Felix, qui potuit rerum cognoscere caussas,
Atque metus omnis et inexorabile fatum
Subiecit pedibus strepitumque Acherontis avari!
Fortunatus et ille, deos qui novit agrestis,
Panaque Silvanumque senem Nymphasque sorores!
Illum non populi fasces, non purpura regum
Flexit, et infidos agitans discordia fratres;
Aut coniurato descendens Dacus ab Histro;
Non res Romanae, perituraque regna; neque ille,
Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti:

paginis manifestum fit. v. Lucret. I, 49 sqq. ad 150, qui versus optimi huius loci commentarii sunt. Fortasse et Graecus poëta utrique ante oculos erat. Laudatur ex Empedocle: Ὄλβιος, ὃς θείων πραπίδων ἐπέβησατο πλοῦτον ap. Clement. Alex. Stromat. V extr. Veris autem de natura rerum, deorum et animae rationibus ab Epicuro propositis, metus, terrores ac cupiditates hominibus detractas, et ad veram felicitatem viam patefactam esse, saepe a Lucretio praedicatur. Conf. Cicer. Fin. I, 13. — 490 *Felix qui potuit*, potest. Natura rerum rite cognita, nec fatum nec mortem ille timet. — 491 *metus* ex superstitionibus falsisque opinionibus natos, in primis de fato et de inferis. Lucret. I, 79. *Quare religio* (superstitio) *pedibus subiecta vicissim Obteritur. Metus subiectos* vid. ibid. 67 sqq.: 103 sqq.: V, 1193 sqq.: III, 14. *Nam simul ac ratio tua coepit vociferari, Naturam rerum haud divina mente coortam*, Diffugiunt animi terrores, *moenia mundi Discedunt, totum video per inane geri res, Apparet Divum numen sedesque quietae* — *At contra* nusquam *apparent* Acherusia *templa*. — 492 *strepitum Acherontis* ex Lucret. III, 57. *Et metus ille foras praeceps Acheruntis agendus Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo, Omnia suffundens mortis nigrore, neque ullam Esse voluptatem puram liquidamque relinquit*. Quomodo illum metum expellat, v. eod. libro III, 842 — 907 ad f. *H*. Quamquam color orationis simillimus Lucretiano, non tamen inde, placita philosophiae Lucretianae Maroni probata fuisse, concludi potest. *W*.

493. 494 Vitae rusticae amoenitatem a splendidis et sanctis rerum imaginibus petit, e vita primorum hominum, aureae aetatis, sumtis. Nempe cum innocuis et puris castisque illis hominibus dii versabantur, eos frequentabant et in medio eorum conspiciebantur; vide vel Catull. LXIV, 385. Itaque *is*, qui silvas, valles, frontes et antra frequentat, deos agrestes nosse praeclare dicitur. Culic. 76. *Illi sunt gratae rorantes lacte capellae, Et nemus et fecundae Pales*. — 495 — 499 Vivit is animo imperturbato, atque ut ab omni cupiditate, ita a cura ac sollicitudine vacuo, et vere vitam beatam ex Epicuri formula agere videri potest. — *Illum non populi fasces* (v. Lucret. III, 1009) *nec purpurâ regum flexit*: pro flectit, (sicque in seqq. *doluit*, *invidit*, *vidit*) nil curat honores ac magistratus, in quem transferantur, aut quibus regna sive reddantur sive eripiantur; quae fortunarum conversiones annis proximis a profligatis Antonianis partibus satis frequentes haud dubie inciderant. *et infidos agitans discordia fratres* potest sane ad bella civilia referri, quae ille sapiens non curet, ut nec bella externa

ios rami fructus, quos ipsa volentia rura
onte tulere sua, carpsit, nec ferrea iura
anumque forum, aut populi tabularia vidit.
llicitant alii remis freta caeca, ruuntque

t *coniurato descendens Dacus Istro.* Ita tamen in priore quo- membro certam aliquam per- am ac nomen subiicere debuit, in altero *Dacum.* Respexit d dubie Arsacidarum dissidia, e in illos annos incidunt, in- consanguineos, Phraatem et idatem, quos per *fratres* de- at, agitata. *H.* Eodem exem- usus eandem sententiam elo- us est Horat. Od. I, 26. 3 — 6 *Daci* autem cum Getis ad vicos populos referendi; vid. ter. in Comment. Soc. R. Gott. l. XI. p. 186., qui montium a trans Istrum incolebant, le *descendens Dacus*, ut fere per, *quoties concretus gelu nubius iunxerat ripas, decur- e solebant* et *vicina populari,* rus IV, 12, 18. Ita illo tem- e Mysiam, et mox Thraciam tabant. Dacorum agmina pa- tia iam a. 724 Statilius Taurus ecerat. Missus adversus eos et tarnas M. Crassus, C. Caesare et Sex. Apuleio Coss. a. 725. LI. c. 23 sqq. de iis trium- vit a. 727. *Ister coniuratus*, h. puli ad Istrum, qui arma cum sociabant. Iidem Daci cum tis aliisque barbaris non ces- unt, Istro glacie concreto, Ro- nos fines vastare, donec Q. Tu- rone et Paullo Fabio Coss. U. 743, et anno sequenti perdo- ti sunt, ripaque castellis et val- munita est. cf. Sueton. Octav. 21. Ceterum Epicuream sapien- m a re publica homines avo- se, res est satis nota vel ex ceronis disputationibus.

498 *peritura regna*, quae pere- t, afflicta; regnorum ruinas, ersiones, interitus nil curat; ot enim regna non fuere sub- ta a Romanis! — *res Romanae:* telligendae vicissitudines et for- tuna imperii Romani. Sunt autem haec accommodata ad hypothe- sin Epicuri, et inter eius placita accipienda. Alioquin enim in cive Romano impium hoc et scelera- tum foret, reipublicae sortem nil curare. — 499 *neque ille Aut do- luit miseran- inopem, aut invidit habenti*, non duritie et ferocia animi, aut Stoica aliqua apathia, quae male, a Servio inde, huc ad- vocatur; sed nec dolet, nec in- videt, quod in agro remotus ab omni pauperum miseria et divi- tum luxu ac fastu, animum ab omni perturbatione vacuum ha- bere potest. Nam, quod antece- sit, nec fasces nec purpuram re- gum novit, itaque nec curat, quis illa opibus et artibus suis conse- quatur. *H. habenti*, diviti, ut *ha- bere* apud Cic. Epist. 7, 29. dici- tur; add. Euripid. Herc. Fur. 636. ἔχουσιν, οἱ δ' οὐ. *W.*

500 Haec ex Lucret. V, 935. 936. adumbrata esse, iam notavit Macrob. Sat. VI, 1. extr. Expres- sit sequentia Seneca Herc. fur. 169 sqq. *volentia*, h. lubentia, ad copiam et ornatum adiectum, quia *sponte sua* et *ipsa* ferunt fru- ctus: v. ad v. 460. — *ferrea iura*, si sunt, quod esse debent, rigida, quae flecti nequeunt nec gratia ullius nec metu nec miseratione. — 502 *Insanum forum*, insano cla- more, litibus, perstrepens. Sic *rabies*, *furor*, tribuitur foro et caussidicis. — *nec populi tabula- ria vidit*, h. nullum vectigal, nec portorium nec pascua, a populo publicanus conduxit; quarum re- demtionum tabulae, publica in- strumenta, in tabulario servaban- tur, quod Romae erat in atrio Libertatis. v. Liv. XLIII, 16.

503 Alii incertis casibus se committunt in mari, in bello, in aulis regum. *freta caeca*, ignota,

In ferrum, penetrant aulas et limina regum;
Hic petit excidiis urbem miserosque Penatis,
Ut gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro;
Condit opes alius, defossoque incubat auro;
Hic stupet adtonitus Rostris; hunc plausus hiantem
Per cuneos geminatus enim plebisque Patrumque
Corripuit; gaudent perfusi sanguine fratrum,
Exsilioque domos et dulcia limina mutant,
Atque alio patriam quaerunt sub sole iacentem:
Agricola incurvo terram dimovit aratro;
Hinc anni labor; hinc patriam parvosque nepotes

inexplorata esse videntur; Servio, subito in tempestatem surgentia, quorum motus caeci, h. e. incerti, sunt. — 505 — 507 *Hic*, alius, militiae adscriptus, excindere parat, *urbem*, int. Romam, *Penates*, h. patriam suam (bella autem civilia respicit), ut luxu diffluat. Militia omnino illo tempore inter modos opum ac divitiarum quaerendarum expeditiores, scilicet e praeda et agris assignandis; vide v. c. Propert. Eleg. III, 5: Tibull. I, 1, 1 — 4 ubi res illustrata, multo magis in civilibus bellis. *H. petere excidiis*, ut dicitur *petere* aliquem *bello* (Aen. III, 603), *insidiis, criminibus*. — 506 *bibere gemma* pro bibere e gemma, ut apud Iuvenalem XII, 47. *bibere caelato*. *W.* — *gemma*, poculum gemmeum, ex gemma factum. cf. Propert. III, 5. 4. *Ostrum Sarranum*, Tyrium, ab antiquo urbis nomine, Sarra seu *Tsor*, de quo satis multa disputavit Bochartus. — 507 Sic et Aen. VI, 610. *Aut qui divitiis soli incubuere repertis*. Ex Vario *Incubet et Tyriis, atque ex solido bibat auro*, adumbratum esse versum, notavit Macrob. Sat. VI, 1 p. 374. cf. Tibull. III, 3, 5 sqq. — 508 — 510 Alius eloquentiae forensis laudem appetit, dum pro Rostris dicentem audit; alius populi studia miratur, et cupit gratiosus apud populum haberi; *hiantem gaudens popularibus auris* dixit Aen. VI, 817. *hiantem* prae admiratione ac stupore, *corripuit*, percussit, animum commovit, *plausus per cuneos*, h. theatrorum ordines ac sedilia, quo excipiebantur, qui gratiosi essent apud populum, ut Pompeius, Cicero, Maecenas; res nota. — *enim*: inter ceteras rationes tutissimum accipere asseveranter: δή, sane, utique.

510 *Gaudent perfusi sanguine fratrum*: alii gaudent perfundi, dictum ex Graeco more. Ad veteranos autem et ceteros refero, quibus promissi per bella civilia (hinc *perfusi sanguine fratrum*) agri assignabantur; ita cum sequente versu sententias arte coniunctas esse videas. Res liquida vel ex Lucretii versibus III, 70, Dum homines paupertatem fugiunt, *Sanguine civili rem conflant* — *Crudeles gaudent in tristi funere fratrum*; quem hic expressum esse, iam a Macrobio monitum Sat. VI, 2. — 511 *Exsilio*, cum in colonias deducuntur, et in praedia, alio sub sole sita, immigrant. — 512 Fere ut Horat. illud Od. II, 16, 18. *Quid terras alio calentes sole mutamus?* caelo, aëris temperie.

515 sq. Nunc agricolae bona ex adverso ponuntur. *Labor anni*, per annum, annuum opus rustici esse potest; rectius tamen, sententia sic postulante, intelliges proventum ex labore annuo, quo ille alit familiam. Non male praefertur *hic anni labor*. — *sustinet*,

Sustinet, hinc armenta boum, meritosque iuvencos.
Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
Aut fetu pecorum, aut Cerealis mergite culmi,
Proventuque oneret sulcos, atque horrea vincat.
Venit hiems, teritur Sicyonia bacca trapetis;
Glande sues laeti redeunt; dant arbuta silvae;
Et varios ponit fetus autumnus; et alte
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis.
Interea dulces pendent circum oscula nati;
Casta pudicitiam servat domus; ubera vaccae
Lactea demittunt; pinguesque in gramine laeto
Inter se adversis luctantur cornibus haedi.
Ipse dies agitat festos; fususque per herbam,
Ignis ubi in medio, et socii cratera coronant,
Te, libans, Lenaee, vocat; pecorisque magistris

ilit, *patriam* eo referendum est, ut de suo conferat ad utilitates publicas et commoda universi. Malim tamen *patrem* scriptum esse. — 516 Nullum anni tempus est, quo cesset proventus. — *H. pomis exuberet annus*, h. e. abundet pomis, det uberem proventum pomorum. Commode omne genus proventus *anno* tribuitur Cf. Plin. Pan. *omnis usibus nostris annus exuberat. W.* 518 Annus *onerat sulcos proventu*, ante messem, *horrea vincit proventu*, messe facta. Sunt Tibulli IV, 1, 185. *Horrea fecundas in deficientia messes;* cf. sup. Ge. I, 49.

519 Cum hieme, cum extremo auctumno olivitatis tempus ingruit. Olivae, ut poëtarum mos, a praestante aliquâ genere adiectum nomen habent. *Sicyonem oliviferam* etiam Ovidius memorat in Ibin 519: ex P. IV, 15, 10: Stat. Theb. IV, 50. — *trapetum*, quo olivae teruntur, mola olearia. vide Ind. Scriptt. R. R. — *H. venit* pro cum venit, cf. Terent. Adelph. I, 2, 38 — 40. *fores effregit, restituentur.* et Horat. Sat. I, 3, 49. Adde e Graecis Demosth. p. 33. l. 12. Ex *actione* puto hanc membrorum coniunctionem originem ducere. *W.* 520 *arbuta*, v. sup. ad Ecl. III, 82. — 521 *ponit fetus autumnus*, dum poma matura decidunt. Ita *poni* frondes sup. v. 403 dixerat; ut alias *deponi*. Simili usu *ova* dicuntur *poni*, *partus poni*.

523. Pergit ad gaudia agricolae domestica. *pendent circum oscula* iucundius quam: circum ora. — 524 Pudica est mulier. cf. Horat. Epod. 2, 39. — 526 Ex Arat. Diosem. 369 370. — 527 sqq. Quidquid in vita rustica iucunditatis esse solet, memorat poëta; itaque et festorum sollemnia diis rusticis habita, inque his unum, in Bacchi honorem. — 528 *Ignis ubi in medio*, ara, in qua sacrum fit, ex quo epulae parantur. Tibullus de sacris, tempore messis factis, II, 1, 21. *Tunc nitidus plenis confisus rusticus agris Ingeret* ardenti *grandia ligna* foco, *Turbaque vernarum, saturi bona signa coloni, Ludet. — Socii*, Horat. Epist. II, 1, 139 *Agricolae prisci — Condita post frumenta levantes Tempore festo Corpus* — Cum sociis operum pueris *et coniuge fida.* De sacro Lari vel Genio facto Horat. Od. III, 17, 13 sq.; sed h. l. Bacchi in primis sacrum respicitur, v. 529. *socii cratera coronant*, e quo vinum haustum in pocula defunditur, quibus libatio fit; itaque corollis ornatur. cf. ad

Velocis iaculi certamina ponit in ulmo,
Corporaque agresti nudant praedura palaestra.
Hanc olim veteres vitam coluere Sabini;
Hanc Remus et frater; sic fortis Etruria crevit;
Scilicet et rerum facta est pulcerrima Roma,
Septemque una sibi muro circumdedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictaei regis, et ante
Inpia quam caesis gens est epulata iuvencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdum etiam audierant inflari classica, necdum
Inpositos duris crepitare incudibus enses.
Sed nos inmensum spatiis confecimus aequor,
Et iam tempus equum fumantia solvere colla.

Aen. I, 724. Adumbratus est e nostro locus Gratii Cyneg. 486 sqq.— 530 *certamina posuit*, ἄθλα τίθησι, certaminis praemia. conf. Aen. V, 66. *H.* Omnes consentire video in explicando verbo *certamina* pro praemia certaminis, aliós Graecum ἄθλα advocantes, alios metonymiam statuentes. Sed hanc explicationem vereor ut ullo exemplo probare possint. quin *certamen ponere* est instituere certamen, comparandum cum Graeco ἀγῶνα προτίθημι. Plato in Phaedone c. 42. p. 55. I. 3. οὐκοῦν οἶει, εἰ πονηρίας ἀγὼν προτεθείη, πάνυ ἂν ὀλίγους καὶ ἐντανθὰ τοὺς πρώτους φανῆναι; Add. Soph. Ai. 936. ὅπλων ἔκειτ' ἀγὼν πέρι. *certamen iaculi* compositio qualis est *certamen vini* apud Tibull. III, 6, 11. *W.* — *agresti palaestra*, lucta.

532 — 535 Haec fuit vita priscae Italiae. *Etruria crevit*, h. Etrusci potentes facti sunt, ad magnas opes agri cultura pervenerunt — 534 *rerum facta est pulcherrima*, nota forma, omnium imperiorum praestantissimum ac beatissimum factum est. Est scilicet Graecum χρῆμα κάλλιστον, *res pulcherrima*, et exquisitius *rerum pulcherrima*. — *Scilicet* Gr. δή, ἄρα. Malim iungi *et scilicet, et rerum*. *H.* At I, 4 legitur *scilicet et*. *W.* Iisdem verbis Cicero pro Rosc. Am §. 50, c. 18. — 535 *arces* pro mu tibus. — 536 Ante Iovem, sub Saturno, aurea aetate, (unde p ta ipsum dixit *aureum*) sic vi bant homines. — *Impia gens*, hominum genus *impium*, qu naturae legem violat bovem c ctando. conf. Arat. Phaenom. 1 Cic. N. D. II, 63 §. 159. — *classica inflari*, cani in infl cornu, tuba, buccina· v. Prop III, 42. 41. *classica pulsa*, li seu cornu impulso, inflato, Tib I, 1, 4. — 540 Ornate, pro p cudi enses. *H.* Plin. Paneg. c. *Et necdum imperator, necdum filius eras*. *W.*

541 Sed finis faciendus est li *aequor immensum spatiis*, immen spatia, h. decursus habens, i mensorum spatiorum campus. *spatiis* v. ad Ge. I, 512. *Co equorum solvere*, dum iugum s vitur, demitur. Sic ὑφ' ἅρμα ἀὐχένας ἵππων λυσαμένη Cal machus H. in Pall. Lav. 10. S lenne est λύειν ἵππους, sol equos.

P. VIRGILII MARONIS
GEORGICON
LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Traditur poëta librum ab expositione argumenti 1. 2: *tractare argumentum ab aliis intactum, unde novam laudem Mantuae suae sit paraturus* — 39. *Inde favorem ac studium Maecenatis sibi expetit* — 48.

Procedit praeceptio a fetura armentorum. Legendae imo loco bonae matres; notae bonarum vaccarum — 62; *emissura ita curanda, ut et bos et taurus in iuventa constituti* — 71.; *notae equi generosi et ad admissuram idonei* — 2. *Tum ea, quae ante admissuram sunt curanda* — 137. *ura matrum gravidarum* — 156. *Cura vitulorum* — 178. *ura pullorum equinorum* — 208; *in primis arcendi illi a mia Venere; inter quae locum de Veneris stimulantis furore requitur* — 282. *Post curam armentorum progreditur ad ram pecudum, cum praefatione de difficultate argumenti m dignitate pertractandi* — 294. *Primum de ea cura, quae pecudes in stabulis habendas spectat* — 321; *tum de tione vere orto, cum excursione in narrationem de Nomadi- Afris et Scythis* — 383; *praecepta de studio lanarum* — 3, *et lactis* — 403. *Cura canum* — 412. *Monita de endis animantibus noxiis* — 43[9], *et de avertendis morbis* 473. *Ita aditum sibi parat ad locum de peste auctumnali entorum ac gregum nobilissimum* — *ad fin.*

Te quoque, magna Pales, et te memorande canemus
Pastor ab Amphryso; vos, silvae amnesque Lycaei.
Cetera, quae vacuas tenuissent carmine mentis,
Omnia iam volgata. Quis aut Eurysthea durum,
Aut inlaudati nescit Busiridis aras?
Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos,
Hippodameque, humeroque Pelops insignis eburno,
Acer equis? Tentanda via est, qua me quoque possim
Tollere humo, victorque virum volitare per ora.
Primus ego in patriam mecum, modo vita supersit,

1. 2 Nunc rem pecuariam dicere aggrediar. Pro ea *Palem*, deam pastoritiam, et *Apollinem Nomium*, et pro Pane *Lycaeum*, montem Arcadiae, Pani sacrum, nominat. *Pastor ab Amphryso*, pro *Pastor Amphrysius*, sollemni more loquendi: *Νομεὺς Ἀμφρύσηθεν*. *Amphrysus* Thessaliae, et quidem Phthiotidis notum flumen; ad quod Apollo boves pavisse dicitur, cum Admeto, Pheraeorum regi, serviret, *ἐθήτευσε*. v. Eurip. Alcest. pr. et Callimach. in Apoll. 47 sqq.: Tibull. II. 3, 11: III, 4, 67. Nota fabula. Expressit locum Lucan. VI, 368. — *Tenent mentes* ea, quae delectant, et exprimit hoc ipsum delectationis naturam; *vacuae* autem mentes, a curis, rebus, ac studiis severis vacantes, sollemne de iis, qui poëtarum carmina audiunt. — 4 — *Eurystheum* memorans, Herculis labores intelligit. Eodem referendi sunt Busiris ab Hercule caesus et Hylas. Commemorat autem fabulas, quas a satis multis poëtis tractatas esse constabat; etiam de Delo et de Pelope, qui Hippodamiam cursu quadrigarum obtinuit. Hinc v. *Cui non dictus? Dicere* enim de poëtis sollemne. At ea omnia poëtarum opera interciderunt, praeter Apollonii et Theocriti loca de Hyla, Herculis amasio, et Deli laudes apud Callimachum. — 5 De *illaudato* h. detestando Busiride videndi in primis Gell. II, 6, ubi cf. Iac. Gronov.: Macrob. Sat. VI, 7. Omn disputatione potiora sunt illa Gel lii verba: illaudatus *est quasi* i laudabilis *et* innominabilis, *neque mentione aut memoria* [illegible] *dignus, neque umquam memor*[illegible] *dus est*. Expressit autem Hom[illegible] *οὐκ ὀνομαστὸν* Odyss. τ, 260. [illegible] neque ad notam formam [illegible] confugere necesse est. — 8 *Ac equis*, regendis quadrigis stre[illegible] excellens, *δεινός*. *H.* Is, q[illegible] strenuitatem re aliqua tracta[illegible] vel curanda ostendit, *acer* dicitu[illegible] et poëtica fere est vocis constructio cum sexto casu. Ita Aen. V, 668. *acer equo* est strenuus equitando. Add. X, 411. *W.* — 9 Circumspiciendum mihi est argumentum, cuius tractatione nomen consequar. *victor* poëtico ornatu adiectum, uti solet, si de magno aliquo opere peracto, magna re, quam assecutus sis, agitur. Non male Servius: *victor, effector propositi et voti*. Lucret. I, 75 *Omne immensum peragravit Epicurus* — *Unde refert nobis* victor, *quid possit oriri* etc. — *virorum per ora volitare* ornatius quam ferri per ora, in ore omnium esse. Notat autem Ennii illud: *volito vivo per ora virum*.

10 Primus ego inter Mantuanos nomen poëtae consequar. Hoc splendide eloquutus est. Qui primus inter aliquem populum poëtis clarescit, is *Musas secum in patriam ducere* dici potest, et ornatius *ab Helicone*, Boeotiae, [illegible]

Aonio rediens deducam vertice Musas,
Primus Idumaeas referam tibi, Mantua, palmas;
Et viridi in campo templum de marmore ponam
Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus errat
Mincius, et tenera praetexit arundine ripas.
In medio mihi Caesar erit, templumque tenebit.
Illi victor ego et Tyrio conspectus in ostro

bus olim habitatae, monte; idem *referre* laudem, gloriam, praemia, victoriae insignia, *palmam* dici potest, respectu *certaminum musicorum*, quae inter Graecos haberi solebant. *Idumaeas* autem *palmas* poëtico epitheto appellavit a nobili aliquo genere. *Idumen* poëtae pro Idumaea ac tota Iudaea dicunt; quam quidem palmis frequentem fuisse notum est; *arbusto palmarum dives Idume* Lucan. III, 216. Debet autem huius versus suavitatem, ut cuique obvium est, qui utrumque poëtam legit, Maro Lucretio suo I, 118 *Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno Detulit ex Helicone perenni fronte coronam, Per gentes Italas hominum quae clara clueret.*

13 Haec et quae sequuntur, et templi huius aedificatio quam rationem ac coniunctionem cum ceteris habeant, omiserunt monere interpretes. Scilicet in eo substiterat poëta, ut laudem poëtiam, quam in patriam suam redux referret, cum victoria compararet, quam aliquis inter Graecos poëta ex certamine sollemni reportaret. Notum autem est, nullum sollemnium ludorum in Graecia genus fuisse, in quo non eo empore ingenii certamina, ἀγῶνες μουσικοί, eloquentiae, poëties in primis, instituerentur. De Olympiis et ceteris sollemnibus eque certum est, ac de Dionysiis, Panathenaeis etc. Victores autem ex Olympicis ac ceteris ludis non modo sollemni pompa urbem suam ingressos esse, verum etiam victoriae praemia diis consecrasse, interdum etiam sive templum sive aram aliudve monumentum in victoriae memoriam condidisse, multis ex antiquitate exemplis ac titulis adhuc superstitibus declarari potest. Quae quidem si memineris, nihil abhorrens aut insolens in toto hoc loco occurret. Laudis ac victoriae suae poëticae monumentum exstruet templum, in quo praemia reportata tamquam donaria consecret; templum autem ingeniose satis ita ornat, ut Augusto non modo dedicatum, sed et omnibus iis instructum et excultum esse iubeat, quae ad Augusti laudes praedicandas viam parare possint. Cum autem inter divinos honores ludorum quoque sollemnia sint, etiam hos in Augusti honorem se editurum esse promittit. Si autem ingenii in poëta copiam et incrementa cognoscere volupe est, cf. extr. partem Aen. VIII, et Stat. Theb. II, 728 — 740. conf. Hurd. virum doctissimum, nunc Ven. Worcestriae episcopum, ad Horat. Ep. ad Aug. Vol. II, p. 43. — *ponere templum*, τιθέναι, satis notum. *Propter*, prope, *aquam*. De Mincii autem vicina inundantis stagnantibus aquis supra vidimus ad Ecl. I, 52; VII, 12. 13: Ge. II. 198. inf. Aen. X, 206. — 16 Statua dei in medio templo, ἐν τῷ ναῷ, sacrario. — 17 *victor ego*, qui carminis palmam ac gloriam in patriam retulerim. *Purpura conspicuus*, utpote qui ludos editurus erat, magistratuum exemplo, qui ludos curabant, et *praetexta* utebantur. *H. victor et conspectus* etc. h. e. victor (v. 9.) et curator ludorum. Ita nemo in posterum in coniunctione *et* haerebit. *W.* —

Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus;
Cuncta mihi, Alpheum linquens lucosque Molorchi,
Cursibus et crudo decernet Graecia caestu:
Ipse, caput tonsae foliis ornatus olivae,
Dona feram. Iam nunc sollemnis ducere pompas
Ad delubra iuvat, caesosque videre iuvencos;
Vel scena ut versis discedat frontibus, utque
Purpurea intexti tollant aulaea Britanni.
In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto
Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini;
Atque hic undantem bello magnumque fluentem

18 *agitabo currus*, non aliter accipiendum, quam poëtam editurum ludos, in quibus quadrigae mittantur, agitentur. — *Centum autem quadrigas* poëta ponit; recte hic memores locum Tibulli I, 7, 49, nec non Gratii Cyneget. 520. — *ad flumina*, ad Mincium. — 19 Suos ludos, propter maiestatem numinis, cui fiant, Graecorum Olympia et Nemeaea celebritate superaturos esse dicit. *Alpheum* Olympiam praeterlabi, et *Molorchum* Cleonaeum excepisse hospitio Herculem, cum, leone Nemaeaeo interemto, ludos Nemaeaeos restitueret, notum est: v. Apollod. II, 5, 1. — *caestu crudo*, e corio crudo. — 21. 22 Iam, quod ad se pertineat, se *ferre* velle *dona*, h. e. se sacrificia ad templum (paullo post *ad delubra*) esse facturum dicit, capite corona oleagina redimito, *tonsam olivam* appellat, aut attonsam, ut volunt, ornatus caussa, aut simpliciter, quia decerptae sunt frondes ex arbore. Occurrit et Aen. V, 774 et 556. cf. ad Horat. I, 7, 7. — 22 *Iam nunc iuvat*, tamquam poëta id, quod facere gestit animus, ad praesens tempus revocat, quasi actutum in eo occupatus sit.

24. 25 Priora ad sacra pertinebant, haec iterum ad ludos, inter quos etiam *scenicos* editurus est. — *Scena*, utpote versatilis, circumagitur. *H.* Vide de hac re disputantem *W. Schlegelium* art. dramat. T. I, p. 83. *W.* Velum autem sive *aulaeum*, ut scenis obtegeretur, non, ut nunc, demissum, sed in altum sublatum fuisse, itaque intextas seu pictas imagines, h. l. Britannos, procero corpore, et fortasse eo habitu pictos, tamquam qui ipsi vela tollerent, quasi ex terra surgere visas esse, nunc quidem res satis nota est. Locus classicus Ovid. Met. III, 111 — 114.

26 — 30 Ad ornamenta templi in Augusti honorem condendi transit, anaglypha in foribus, cf. Aen. VI, 20 sqq., et quidem ex ebore et auro, tum v. 34 signa ac statuas. *Pugnam Gangaridarum* (Indorum ad Gangis ostia) memorat; pervulgatus ille laudum locus in Augusto, ut Indos cum Parthis victos ei aut promitteret aut darent. cf. sup. Ge. II, 171. 172: Aen. I, 289. Augustum autem per *Quirinum* designatum videri, obvium est; melius hoc, quam *Quirinum* pro populo Quirini, Romanis, a poëta dici. — *arma Quirini* poëtica consuetudine pro Quirino in armis, armato. Nisi *arma* pro bello, pugna vel victoria dicta accipias, quod et ipsum bene fieret. — 28. 29 Aegyptum, victis Antonio et Cleopatra pugna Actiaca navali, in potestatem ab Augusto redactam memorat. *undantem bello* et *magnum*, copiose, *fluentem* (nam *fluit magnus, multus*, fluvius, πολὺς ῥέει. cf.

m, ac navali surgentis aere columnas.
ım urbis Asiae domitas pulsumque Niphaten,
ntesque fuga Parthum versisque sagittis,
uo rapta manu diverso ex hoste tropaea,
re triumphatas utroque ab litore gentis.
unt et Parii lapides, spirantia signa,
raci prolem, demissaeque ab Iove gentis
ina, Trosque parens, et Troiae Cynthius auctor.

. ad Horat. I. Serm. 7, 28.) amnem magno spiritu ap-, propter magnos apparatus os ab Antonio in Aegypto ; ut populos aut provincias *tumentes* dicunt, cum ani- bellum parant; ut omnino bia, fastu *tumere* dicuntur ies. Quod cum ad fluvium ertur, praeclare ille *fluctus e, aquas augere et incitare, undare* dici potest. Fert patrius sermo. *H.* Eadem est atio supr. II, 437. *Cytorum tem buxo. W. Columnam tam* altero versu describit, ium ac victoriae Actiacae mentum. — *Surgunt* autem inae, ut aedificia, moenia: i sermone, stant. — 30. 31 riam de Armeniis, quos a te monte designat, ad quem unt, et de Parthis promittit. *iphate* vid. interpretes Ho- Od. II, 9, 19. Apud Lucanum 45. Niphates est fluvius. *H.* s *Niphatem* pro pulsam Ar- m sive pulsos, victos Ar- s poëtae condonandum. At Plinio Paneg. c. XI. rationem ndi *imperium pulsum fuga- te* affingunt. *W.* — 32. 33 Ex- t porro in iis foribus duo ea, alterum de oriente ex- victo, alterum de occiden- on autem, ad meum quidem m, haec sunt historice ex- da; nam non ea memorat, iam facta sunt, sed *quae ita ugguratur.* Si tamen popu- ello iam tum destinatum in- re velles, de Cantabris, non itannis, ut Interpp. faciunt, haec essent accipienda. Ad bellum Cantabricum ipse tandem Augustus profectus est U. C. 728. — *tropaea rapta manu*, poëtica ratione, de victoria reportata; nec in *rapta* argutandum. *Diverso ex hoste*, ex diversis terrarum partibus. Sic *diversos Celtas* appellat Gratius Cyneg. 156., cum Medum modo nominasset. Alter versus eiusdem sententiae nova est exornatio: *gentes utroque ab litore*, h. extremi orientis et occidentis, *bis triumphatae*, de quibus bini triumphi habiti sunt; h. totum terrarum orbem victum ab Augusto. *H. gentes ab litore* h. e. incolentes litus, ut *Turnus ab Aricia* apud Livium 1, 50. *W.* Ei, qui omnia in his vss. ad tempora certa revocare vult, statuendum est, aut perperam Georgica in extremis vss. libri IV anno 724 absoluta tradi versusque esse suppositicios, aut Georgicis serius nonnulla esse inserta. Si hoc, *duo tropaea* referas ad bella cum Cleopatra 725. et cum Cantabris 728. gesta.

34 *spirantia aera — vivos vultus*, Aen. VI, 848. 849. — 35 Gentis Iuliae progenitores, ut vulgo ferebantur, ducta ab Iulo sive Ascanio, Aeneae filio, origine. A Iovis et Electrae filio Dardano ortus Erichthonius, cuius filius *Tros*, Ilum, Ganymedem et Assaracum genuit. v. Homer. Il. v, 215 sq. Ex Ilo Laomedon, Priamus: ex Assaraco *Capys*, ex hoc Anchises, pater Aeneae. *H. demissae* h. e. oriundae. cf. Aen. I, 288. et Horat. Sat. II, 5, 63. *W.*

Invidia infelix Furias amnemque severum
Cocyti metuet, tortosque Ixionis anguis,
Immanemque rotam, et non exsuperabile saxum.
Interea Dryadum silvas saltusque sequamur
Intactos, tua, Maecenas, haud mollia iussa;
Te sine nil altum mens inchoat. En age, segnis
Rumpe moras; vocat ingenti clamore Cithaeron,
Taygetique canes, domitrixque Epidaurus equorum;
Et vox adsensu nemorum ingeminata remugit.
Mox tamen ardentis adcingar dicere pugnas
Caesaris, et nomen fama tot ferre per annos,
Tithoni prima quot abest ab origine Caesar.

Apollo, Troiae conditor, adiungitur, quia is in primis magna religione tamquam tutelaris deus ab Augusto colebatur, quem adeo Apollinis filium vulgus ferebat. v. Sueton. Aug. c. 94.

37 Altera ex parte in hoc templo signum ponetur Invidiae, sed debellatae et ad Tartarum proturbatae. Splendide autem Tartari notionem exornavit. Scilicet bella civilia omninoque discordiam civium plane coercitam esse, symbolice innuit; ut in simili imagine Aen. I, 294 sq. — 37 *severus* perpetuum rerum infernarum epitheton, ut *tristis*, *saevus*. — 38 *tortos Ixionis angues*, quibus, pro vinculis, religatus est ad rotam, postquam illicitos Iunonis petivit amplexus. Ita Servius. Alii simpliciter vincula memorant, ut Apollon. Rhod. III, 62. cf. inf. IV, 484. — *Saxum* Sisyphi notari, obvium est; quod *exsuperari* non potest hactenus, quoniam ad summum montis verticem emoveri et adduci nequit. λᾶας ἀναιδής, improbus, ingens, qui pondere suo urget, nec submoveri potest, gravis est apud Homer. Odyss. λ, 598. *metuet* autem, terrebitur adspectu, simpliciter pro videbit, h. e. in Tartarum erit detrusa.

40 Interea argumentum se suum de armentorum cura prosecuturum esse ait. *saltus intactos*, rem pecuariam, argumentum carminis, quod nullus adhuc inter Romanos poëta attigit. — *haud mollia iussa*, h. dura, rem non levem difficilem, imponentia. — 43. Praeclare illud: Ades, o Maecenas, ex eo ornat, quasi rerum quas dicturus sit, turba instet, ut multis eum exoret, patiatur. Malunt alii, poëtam se ipsum alloqui et excitare: *En age, rumpe moras*. — 45 *Cithaeronem*, Boeotiae montem, pascuis nobilem esse aiunt Interpp. Primum scire velim, unde hoc habeant; tum quorsum *alto clamore*, quod perpetuum est venationis, v. inf. v. 415? nam ad sacros Bacchantum ululatus ac clamores, v. Ovid. Met. III, 702. 703, referre hic non potes. Et sequuntur *Taygeti* (v. supra Ge. II, 488) *canes*, quod et ipsum ad venationem spectat. Itaque et hoc accipiemus. Tradet autem de canum cura v. 404. At vero argumentum, quod tractat, bovem Cithaeronis requirit. Itaque *ingenti clamore* ad Taygetum Epidaurumque simul referam. et ingentem clamorem vaccarum canum et equarum intelligam. *H.* Sensus 43. est: res pecuaria vehementer postulat (quod est sensus *ingenti clamore*) studium meum. *W.* — *Epidaurus* cum tota Argolide *equorum* cura nobilis, v. Interpp. Horat. Carm. I, 7, 9. *Aptum dicit equis Argos*. cf. inf. 121. — 48 Sollemni poëtarum artificio, Augusti laudes ampliores ad annos seriores maiorique rerum

quis, Olympiacae miratus praemia palmae;
quos, seu quis fortis ad aratra iuvencos;
a praecipue matrum legat. Optuma torvae
bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix,
um tenus a mento palearia pendent;
ngo nullus lateri modus; omnia magna;
m, et camuris hirtae sub cornibus aures.
hi displiceat maculis insignis et albo,
a detrectans, interdumque aspera cornu,
m tauro propior, quaeque ardua tota,
iens ima verrit vestigia cauda.
ucinam iustosque pati hymenaeos

usu firmatos seponit. etiam ad gentis Iulies pertinet. Erat enim epos, Laomedontis filius. quod ab hoc progenitore rima Tithoni origine est o) effluxit ad Caesarem, to tempore ponitur.

De fetura armentorum vaccarum optimarum, o submitti possint, nore incipit. cf. Varron. R. Colum. VI, 1 et 21: Iart. tit. XI, 5: Plin. s. 70: Geoponic. XVII, praem. p. Ol. h. e. studio m curulium. — 52 turpe nte lata, ut omnes scriidati monent; unde et υμέτωπος et πλατυμέec ab adspectu decoros Apenninum alere dixe-, 2 et Plin. VIII, 45 s. egeneres existimandi et- lauduto adspectu. Nec pis et magnus propterynonymis habenda. — a cervix. h. cervice lonod notes, simul firma nam in cervice robur imis spectatur. cf. Not. I, 419. — 54 Lateribus βαθυπλεύρους, esse vult . — 55 Pes etiam, sciius est. Hoc naturalis ordo offert. Poëta totum omine designare potuit. m etiam Varro l. l. breviora potius quam longa esse voluit, ut ex libris ibi legendum; sed, cum brevia sunt, crassa, compacta (ut Colum. VI, 1, 5) eoque magna esse possunt. σκέλη παχύτερα μᾶλλον ἢ μακρότερα, Geopon. XVII, 2. camura cornua sunt incurva, introrsum conversa. v. Macrob. Sat. VI, 4. ἕλικας βόας εὐρυμετώπους Homeri (ut Odyss. λ, 289) non male comparat Ursinus. — 56 Nec mihi displiceat. Litotes figura est, inquit Servius, id est, valde placeat, ut Aen. VII, 261. Munera nec sperno. — maculis insignis et albo: definire non ausim, utrum sint maculae nigrae in albo corpore, an albae in nigro rufove, ut sint maculae et album, maculae albae, nota figura. Commendat tamen hoc ipsa verborum iunctura, maculis et albo. H. Quantopere Virgilius hendiadyn amaverit, exemplis, in quibus et hoc est, docuit Forcellini sub v. endyadis; nec vereor, ne quia maculas albas dici neget (Aen. IX, 49). Nec tamen ad figuram illam confugiendum esse puto, ubi alia interpretatio bona suppetat. Itaque h. l. priorem rationem Heynii praefero. Et de colore optimo vaccarum non agi, demonstrant verba Nec mihi displiceat. W.

60. 62 Aetas iusta ad admittendum taurum et pariendum. Colum. VI, 24, 1. Ex his, qui quadrimis minores sunt, maioresque quam

Desinit ante decem, post quatuor incipit annos;
Cetera nec feturae habilis, nec fortis aratris.
Interea, superat gregibus dum laeta iuventas,
Solve mares; mitte in Venerem pecuaria primus,
Atque aliam ex alia generando suffice prolem.
Optuma quaeque dies miseris mortalibus aevi
Prima fugit; subeunt morbi tristisque senectus;
Et labor et durae rapit inclementia mortis.
Semper erunt, quarum mutari corpora malis;
Semper enim refice, ac, ne post amissa requiras,
Anteveni, et subolem armento sortire quot annis.
Nec non et pecori est idem dilectus equino.
Tu modo, quos in spem statues submittere gentis,

duodecim (noster decem) *annorum, prohibentur admissura* etc. cf. Varron. R. R. II, 5, 13: Plin. VIII, 45 s. 70. Tu vide, quam caste et decore poëta hanc rem expresserit; ut et in sqq. *Iusti hymenaei*, iusta et matura aetate initi. — 63 sq. *Interea*, in spatio hoc quinquennii, dum iuvenili vigore utuntur boves ac tauri, hos admitte. — 64 *pecuaria* non loca h. l., sed ipsa pecora, boves, sunt; vid. Pers. III, 9. cf. inf. 472 *aestiva*. — *primus*, h. quamprimum, mitte, dum iuvenilis aetas superest, durat. Sic mox *Prima fugit*, vulgo: cito. *H.* Multum differunt sententiae *veniam quamprimum* h. e. quam primum fieri poterit, et *veniam primus* h. e. prior omnibus. *W.* Ut sint *aetatis mediae, magis quae iuventute minor est, quam quae declinet in senium*, Pallad. IV, 11, 4. — 66 *Optima dies*, ut *optima, melior, bona aetas*, de iuventute. Sententiam hic insertam, in qua ad homines refert vitae brevis ac fluxae conditionem, nec in pecudibus subsistit, non satis cum ceteris vinctam et iunctam esse, dicas, ut plus dignitatis per illam loco conciliari. — 69—71 Delectus vaccarum ad admissionem quotannis faciendus. Varro R. R. II, 5, 17. *Item* (de bobus agebat) *ut in reliquis gregibus pecuariis delectus quotannis habendus, reiiculae reiiciundae, quod locum occupant earum, quae ferre possunt fructus.* Colum. VI, 22, 1. *Sed curandum est omnibus annis in hoc aeque atque in reliquis gregibus pecoris, ut delectus habeatur, nam et enixae et vetustae, quae gignere desierunt, submovendae sunt* etc. cf. eundem de ovibus VII, 3, 13. 14. — *quarum corpora*, h. quas cum aliis permutari velis, alias iis submittendo. — *Semper* enim *refice*, h. igitur, ut γὰρ pro ἄρα; *amissa* sc. corpora. *H.* In verbis *semper erunt quarum* latet: semper inquire, quae boves reiiciendae sint. Ita coniunctio *enim* apta. *refice*, supple armentum. *W.* — 71 Totum locum, et hunc in primis versum vide imitatione expressum a Nemesiano Cyneg. 200 — 205. — *Sortiri* etiam sine sortis notione est eligere et substituere.

72 — 137 Sequitur locus de equorum cura, et quidem de admissura usque ad 208. In equo admissario eligendo quae sint spectanda, 75. signa e forma, incessu, animo, colore, aetate; tum v. 100 parentes ac stirpem, alacritatem et impatientiam in curriculo — 122, et victum reliquamque curam, sub ipsum admissurae tempus subiungit, etiam in equabus — 137. — 73 Exquisita varietate, ut Serrius

Praecipuum iam inde a teneris impende laborem.
Continuo pecoris generosi pullus in arvis
Altius ingreditur, et mollia crura reponit;
Primus et ire viam, et fluvios tentare minaces
Audet, et ignoto sese committere ponti,
Nec vanos horret strepitus. Illi ardua cervix,
Argutumque caput, brevis alvus, obesaque terga;
Luxuriatque toris animosum pectus. Honesti
Spadices glaucique; color deterrimus albis

notavit, cum de taurino genere ageret, matrem, nunc, cum de equino, patrem admissarium describit. *Submittere* dicitur universe de iis, qui substituuntur in aliorum locum, aut ad supplendum gregem aluntur; tum proprie de iis, tauris vel arietibus, qui ad admissuram aluntur, h. ut in locum aliorum feturae inutilium succedant. cf. ad Ecl. I, 46. Satis definita res et expedita adiecto *in spem gregis*, ut nova proles inde nascatur. Ut poëta permutat voces *gregem* et *armenta*, ut *grex* nunc equorum sit; ita et *pecus*.

75 *Continuo*, principio. De forma hac conf. Ge. I, 169. — *pecus* h. l. equinum v. 72. Ad notas has generosioris pulli cf. Xenoph. de re equestri pr.: Varron. R. R. II, 7: Columell. VI, 29: Geopon. XVI, 1 et 2. Inter poëtas, praeter Oppianum, cf. Nemesian. Cyneg. 240 sqq., ex nostro illustrandus, et Calpurn. Ecl. VI, 51 sqq. — 76 *Altius ingreditur*, non ad spiritum et superbiam referendum. Varro l. l. *Cruribus rectis et aequalibus*. Colum. l. l. *aequalibus atque altis rectisque cruribus*. — *mollia crura reponit*, poëtica ratione pro molliter; fit autem hoc, dum crura sunt mollia, h. quae facile flecti et incurvari possint. Quod si ars accesserit, tum *sinuat alterna volumina crurum* v. 192. Ab Ennio sumtum hemistichium, notavit Servius. πώλων ὑγρῶς κάμπτειν τὰ γόνατα dixit Xenoph. ibid. c. 1, 6, imitatur Silius XVI, 443 *tum mollia crura superbi Attollens gressus*. Versum etiam in animo habuit Gratius Cyneg. 503 *ardua fundet in auras Crura*. — 80 *Argutum caput. Si caput habet non magnum*, Varro l. l. §. 5. *exiguum caput*, Colum. VI, 29, 2. *breve*, Horat. Sat. I, 2. 89. *brevis alvus*, h. venter substrictus. Varro ibid. *ventre modico, lumbis deorsum versum pressis*. Et Nemes. 244. *Immodicumque latus, parvaeque ingentibus alvi*. — 81 *Luxuriat toris animosum pectus*, ornate pro: pectus est torosum et eminens pulpis, ut Serv. ait, h. *latum ac plenum*, ut Varro ibid. Colum. autem: *lato et musculorum toris numeroso pectore*. Pallad. *pectus late patens*. *Luxuriare* vero ex more de laetioribus incrementis. — 82 Inter pulchros equorum colores refert *spadicem glaucumque*, Quamquam de nominibus colorum apud veteres difficilis est disputatio, ex loco tamen classico Gellii II, 26, post virorum doctorum disputationes hic et ad Grat. Cyneg. 532, et Salm. Exerc. Plin. p. 935 satis apparet, esse spadicem, a spadice palma dictum, ex rufo genere, et convenire cum nostro fusco colore a castanea appellato; in equis color *badius*, *bai*, *baio*, (a βαΐς, βάϊον, ramus palmae). *Num phoeniceus, quem tu Graece φοίνικα dixisti, et rutilus et spadix, phoenicei συνώνυμος, qui factus Graece noster est, exuberantiam splendoremque si-*

Et gilvo. Tum, si qua sonum procul arma dedere,
Stare loco nescit, micat auribus, et tremit artus,
Collectumque fremens volvit sub naribus ignem.
Densa iuba, et dextro iactata recumbit in armo;
At duplex agitur per lumbos spina; cavatque
Tellurem, et solido graviter sonat ungula cornu.
Talis Amyclaei domitus Pollucis habenis
Cyllarus, et, quorum Graii memnere poëtae,
Martis equi biiuges, et magni currus Achilli:
Talis et ipse iubam cervice effudit equina

gnificant ruboris; quales sunt fructus palmae arboris, non admodum sole incocti, unde spadici et phoniceo nomen est. Spadica enim Dorici vocant evulsum e palma termitem cum fructu. Iam *glaucus* in nostrum *grau*, quod proxime ad caeruleum accedit, incidere, ex iis, quae ab Intpp. dicta sunt, apparet. — *Album* colorem hic pallidum, et a *candido*, nitente, diversum ponere potuit, quamquam alias utrumque nomen promiscue usurpare solet. Potest tamen et illa ratio probari, ut *candor* in equis quidem aliis laudari potuerit, at in admissario, de quo hic agitur, improbatus fuerit. — *Gilvus* denique flavus color is esse videtur, qui ad mellis colorem proxime accedat.

83—85 Equus animosus et ardore pugnandi incensus describitur. 84 *micat auribus*, in soluta oratione: aures micant in capite, celeriter moventur, arriguntur, *agiles aures* Nemesian. Cyneg. 245. Et pro: tremit artubus, seu artus tremunt, magis poëtice dictum *tremit artus*. — 85 *ignem* praeclare dixit ardentes auhelitus; ut et alii poëtae. Hinc *Diomedis equi spirantes naribus ignem* ap. Lucret. V, 29. *Fumant humentes calida de nare vapores* Nemesian. Cyneg. 248. cf. Stat. Theb. VI, 471. 472. — *fremens* legebatur antea *premens*, quod et ipsum accommodato dictum ad declarandum spiritum, diu collectum, cum vi et impetu tandem emissum. — 87 *Duplex spina* ab omnibus veteribus in bono equo laudatur. v. Varron. II, 7, 5: Colum. VI, 29, 2: Geopon. XVI, 1. Innuere videntur spinam latam, crassam, ut maxime versus clunes tamquam cavum sulcum faciat, nec tamen ipsa spina appareat. Nemes. Cyneg. 243. *Illis ample satis levi sunt aequora dorso.* Idem Calpurn. Ecl. VI, 54. expressit, *Terga sedent*; et fortasse hinc Ovidii Met. XII, 401. *Sic tergum sessile, sic stant Pectora celsa toris.* Contrarium vitium *exstans* spina, apud Varronem, et Grat. Cyneg. 526. *si tenuis dorso curvatur spina.* — 88 *Solido cornu*, vult ungulas duras esse; ut monent Varro, Colum. l. l. — *Sonat*, et hoc proprie. v. Xenoph. de re equ. c. 1. §. 3. — 90 *Cyllarus* equus vulgo Castori soli tribuitur, qui ἱππόδαμος iam Homero Odyss. λ, 300 dictus. Interdum tamen uterque frater equis insidet. Sunt vero et loca ab Intpp. excitata, in quibus Cyllarus Polluci tribuitur. — *Amyclae*, Laconicae urbs, Tyndarei regia, in qua educati Castor et Pollux. Res nota. — 91 *Martis equi* ex Homero Il. ρ, 119 noti. — *currus Achillis* h. equi ap. Homer. Il. ψ, 148 sq. — 92 Talem formam habebat (at quam ornate hoc poëta extulit!) Saturnus, cum equi speciem assumsisset, ut furta sua cum Philyra, Oceani filia, (unde Chiron natus) in Pelio Opem ce-

Coniugis adventu pernix Saturnus, et altum
Pelion hinnitu fugiens implevit acuto.
Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut iam segnior annis
Deficit, abde domo, nec turpi ignosce senectae.
Frigidus in Venerem senior, frustraque laborem
Ingratum trahit; et, si quando ad proelia ventum est,
Ut quondam in stipulis magnus sine viribus ignis,
Incassum furit. Ergo animos aevumque notabis
Praecipue; hinc alias artis, prolemque parentum,
Et quis cuique dolor victo, quae gloria palmae.
Nonne vides, quum praecipiti certamine campum

laret. v. Apollon. II, 1236 sq. Apollod. I, 2, 4.

96 Parum diuturnus est vigor equi admissarii, hinc necessitas laboritur submittendi subinde alium. *abde domo, nec turpi ignosce senectae.* Varie tentatus ab Intpp. locus. Litem dirimit Nemesiani imitatio Cyneg. 141, ubi de catulis recenti partu editis: *Sin vero haec cura est, melior ne forte necetur*, Abdaturve domo; *catulosque probare voluntas;* ubi apparet esse amoveatur, removeatur, a domo, e domo. Advocarunt eo et exposuerunt locum nostrum Intpp. Copiose eundem tractavit Gronov. de Pec. Vet. IV, 8. *Abdere* est proprie dare abs se, amovere, relicere. cf. Tibull. II, 1, 82. Iubet itaque poëta, diligentem patremfamilias ablegare quocumque modo, vendendo quoque, effetum et inutilem ad admissuram (quamquam ille aliis adhuc laboribus sufficere potest) equum, quamvis senectae miseratio subeat, esse enim eum *turpem*, vel communi senectutis epitheto, vel, qua ille se turpiter det, nec in Venerem satis animi ac virium habeat. Ovidius hoc Trist. IV, 8, 19. *Ne cadat et multas palmas inhonestet adeptas;* si quidem versus est Ovidii. *turpi finem donate senectae* ad nostri ductum Silius XV, 654. — 97 Quanto cum dilectu voluptatem *laborem* (quamquam hoc proprium hae in re. v. Inf. ad v. 127) et *ingratum* et *trahere* pro perficere dixit! — 98 *proelia* non ad veram pugnam ac bellum, sed ad ipsam admissuram referenda; et *proelia* Veneris frequenter. cf. Aen. XI, 736.

100 — 102 Post illa, quae in equo admissario eligendo observanda sunt inde a v. 72., procedit Maro ad alia in eodem observanda; quo *animo* ac spiritu, qua *aetate* sit; *hinc* tum, etiam alias *artes*, virtutes, *prolemque parentum*, h. si quos alios iam pullos iidem, a quibus natus est, parentes ediderint, qua ii sint indole, quo vigore. Denique, inquit v. 102, etiam hoc observa, *quem sensum victoriae aut ignominiae* habeat. Alii *prolem parentum* ita accipiunt; notabis, quae ille specimina virium pullis procreatis iam ediderit. *H.* Quae de virtutibus boni admissarii a. v. 75. disputavit, breviter iam complectitur verbis: *Ergo animos — praecipue*, apte ut iis annectat duas alias virtutes, *et prolem, et quis* etc. *W.*

103 — 112 Praeclare haec exemplo splendidissimo exornat. Nota et modum illud afferendi: *Nonne vides, ut* (de qua formula vid. Not. ad Ge. I, 56. *W.*). Expressus autem locus ex Homero Il. Ψ, 362 sqq., quem comparent harum rerum studiosi; nam singula enotare longum est. conf. etiam Aen. V, 144 sq. Iuncturae

Conripuere ruuntque effusi carcere currus,
Quum spes adrectae iuvenum, exsultantiaque haurit
Corda pavor pulsans: illi instant verbere torto,
Et proni dant lora; volat vi fervidus axis;
Iamque humiles, iamque elati sublime videntur
Aëra per vacuum ferri, atque adsurgere in auras;
Nec mora, nec requies; at fulvae nimbus arenae
Tollitur, humescunt spumis flatuque sequentum?
Tantus amor laudum, tantae est victoria curae.
Primus Erichthonius currus et quatuor ausus
Iungere equos, rapidusque rotis insistere victor.
Frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere,
Inpositi dorso, atque equitem docuere sub armis

antem sententiarum sic instituenda; volebat pergere: Nonne vides, *quantus* amor laudum sit. Cum vero tot alia interposita essent, novam vs. 112 exorsus est sententiam: *Tantus a. l.* — 104 *corripuere campum*, spatia per campum, spatia campi (v. inf. ad 142) *certamine*, pro *cursu*, quo certant. *H. praec. certamen* videtur esse certamen celeritatis. Soph. Elect. 699. ὠκύποδας ἀγών. *W.* — *effusi carcere.* v. Ge. I. 512. — 105 *spes arrectae iuvenum*, h. aurigarum; in soluta oratione: *animi sunt arrecti spe.* Ita et exponenda Aen. XI. 452 *arrectae stimulis haud mollibus irae;* V, 138 *laudum arrectus cupido.* — *exsultantia corda*, h. micantia, trepidantia non modo metu ignominiae, ut dixit Lucret. III, 142 *Hic* (in pectore) *exsultat enim pavor ac metus;* verum etiam omnino toto illo animi motu, quo in tali tempore animus agitari solet. Arbitror enim, omnem illum animi tumultum et aestum, spe, metu, exspectatione, laudis studio, pudore subinde pectus vexante, a poëta per *pavorem* significari. *Pavor* autem *haurit corda*, exhaurit, dum sanguinis liberum meatum intercludit et impedit, quod sensus et experientia docet. Hinc pallor. — 106 *verbere torto. verber* pro flagello, ut saepissime. vid. Tib. I, 6, 46. — 107 *volat vi*, cum impetu, nisi iungas *vi fervidus.* — 108. 109 *Iamque humiles* — plane ex Hom. l. l. 368. 369. Quam magnifica autem illa: *Aera per* (nam *vacuum* ornat, ut saepe) *et adsurgere in auras!* — 110 *fulvae nimbus arenae Tollitur:* certavit cum Hom. l. l. 365 ὑπὸ δὲ στέρνοισι κονίη Ἴσταθ' ἁειρομένη, ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα. — *H. humescunt.* Soph. Elect. 718. ἀμφὶ νῶτα ἠφρίζον. *W.* — 112 *amor laudum*, cupiditas, ut semper poëtae.

113 *Erichthonium*, Athenarum regem post Amphictyonem, quadrigas invenisse, Centauros primos equorum domitores fuisse, non quidem perpetua ac constans, plurimorum tamen narratio est. Poëta h. l. *Lapithas* nominat (quos a saltu *Pelethronio* in Pelio Thessaliae declarat), vel ut fabulam ad eos transferat a Centauris, vel ut hos inter Lapitharum genus referat, quod verum esse videtur. Frena alias inventum Bellerophontis sunt: v. Pindar. Ol. XIII, 90 s. — 114 *rotis insistere victor*, quadrigarum cursu certare. — 115 *gyros dedere*, h. invenere, docuere equum in gyrum flectere. — 116 *equitem* veteres Grammatici pro equo dictum volebant. vid. Gell. XVIII, 5: Macrob. Sat. VII, 9. Perperam. Cur *eques* non *insul-*

Insultare solo, et gressus glomerare superbos.
Aequus uterque labor; aeque iuvenemque magistri
Exquirunt calidumque animis et cursibus aevum;
Quamvis saepe fuga versos ille egerit hostis,
Et patrium Epirum referat fortisque Mycenas,
Neptunique ipsa deducat origine gentem.
His animadversis, instant sub tempus, et omnis
Impendant curas denso distendere pingui,
Quem legere ducem, et pecori dixere maritum,
Pubentesque secant herbas, fluviosque ministrant
Farraque, ne blando nequeat superesse labori,
Invalidique patrum referant ieiunia nati.
Ipsa autem macie tenuant armenta volentes,

este dicatur, qui et incedere, decurrere? *angusto prius ore coercens Insultare docet campis* iam Varius ante Virgilium dixerat apud Macrob. VI, 2. *eques sub armis, quatitus.* idem eques *insultat* saepe, et *glomerat*, fert, gressus superbos, quatenus equum id. facere cogit. Similiter apud Horatium Epod. 16, 12. *eques verberat ungula. Lapithae* itaque, insidentes equis, *docuere*, exemplo suo, *equitem insultare solo*, h. primi fuere huius artis auctores. — 118 In utroque equorum usu, nimirum et equestri hoc, cursus quadrigarumque, et admissionis illo (sic sententiarum ordo v. 95 postulat) iuventus omnium maxime et vigor iuvenilis spectatur; nec, nisi haec adsint, refert, equum iam multis proeliis interfuisse, et praeclaro genere vel stirpe esse ortum. Alii in verbis *aequus labor* neum equi ad equitandum et currum intelligunt.

120 *fuga versos*, in fugam. — 121 *Epirus* (v. sup. Ge. I, 59) et *Mycenae* cum tota Argolide (v. sup. v. 44) equos praestantissimos alebant. 122 Quamvis genus ducat ab ipso Neptuno, a quo et Cerere, in equum conversis, *Arion* ille notissimus in fabulis equus natus fuit. Variat tamen fabula.

123 — 134 De admissura ipsa praecipit. Equus et taurus (nam v. 49 de utroque praecipere incipiebat), ea ingruente, saginandi, equae ac vaccae sunt macerandae. Commune praeceptum Varronis II, 5, 12. et II, 1, 17. Columellae VI, 27, 8 Palladii, et omnium, qui hac de re praeceperunt. — *pingue* pro pinguedine, sagina. (*curam imp. distendere* h. e. in eum distendendum. Tacit. Hist. II, 10. *Crispus incubuerat delatorem pervertere. W.*) — *denso*, non laxo, quod quibusdam potionibus per fraudem agasones facere consueverunt, ut bene Servius. Idem *dixere*, h. designavere. Horat. Od. II, 7, 25. *Quem Venus arbitrum* dicet *bibendi? fluvios*, aquam. — 126 *pubentes herbas*, lanuginosas. Nam *pubes* χνοῦς. Unde ἄνθη χνοώδη. Sic et Aen. IV, 514. XII, 413 (florentes esse, apparet ex Not. ad Aen. XII. 413. *W.*) — 127 Ut possit sufficere — et ne pulli prodant patrum maciem et infirmitatem. Colum. IV, 27. 8 *eoque tempore, quo vocatur a feminis, roborandus est largo cibo; et, appropinquante vere, ordeo crvoque saginandus, ut* Veneri supersit; *quantoque fortior inierit, firmiora semina praebeat futurae stirpi.* cf. eund. VI, 24: Varr. II, 5, qui et II, 2, 13 *ordeum si est datum, firmiores fiunt ad laborem sustinendum.* conf. supra ad v. 97. — 129 Ipsas

Atque, ubi concubitus primos iam nota voluptas
Sollicitat, frondisque negant et fontibus arcent;
Saepe etiam cursu quatiunt, et sole fatigant,
Quum graviter tunsis gemit area frugibus, et quum
Surgentem ad zephyrum paleae iactantur inanes.
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior usus
Sit genitali arvo, et sulcos oblimet inertis,
Sed rapiat sitiens Venerem, interiusque recondat.
Rursus cura patrum cadere, et succedere matrum
Incipit. Exactis gravidae quum mensibus errant,
Non illas gravibus quisquam iuga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, et acri
Carpere prata fuga, fluviosque innare rapaces:

autem feminas, equas et vaccas, ante admissuram de instituto extenuare solent. — *Voluptatem* hic stimulos, desiderium voluptatis esse, obvium. cf. Ecl. II, 65: Aen. X, 846. Ea voluptas *sollicitat concubitus;* hoc magis poëtice dicitur quam: sollicitat, stimulat eas ad concubitus. *nota voluptas*, cuius iam sensum habent, quam sentire incipiunt. *Notum* enim latissime patet poëtis ad ea non modo, quibus adsuevimus, verum etiam, in quibus cum maxime versamur, quae sentimus, quorum conscii sumus, et quae quocumque alio modo nos attingunt. — 132 *quatiunt*, agitant, conficiunt, ut vires relaxentur. — 133 cf. Ge. I, 192 et 298. h. medio aestu. Mense Iulio admittuntur tauri; at equi iam inde ab aequinoctio verno. — 134 paleae a frumentis separatae, flante Favonio, Colum. II, 21, 5. — 135. 136 Ne partes genitales sint obtusiores, nimia obesitate, ad usum, quem habent in concipiendo fetu. Hinc *usus* pro ipsa re, qua quis utitur. vid. Not. ad Ge. II, 466 *usus olivi*, h. oleum, quo utuntur. (*usus* ipse, qui, ut vocabulo infimae Latinitatis utar, est idoneitas ad concipiendum, dicitur *obtusus*, h. e. imminutus seu infractus *luxu nimio*. Ad constructionem comparas Ge. I, 395. *Num neque tum stellis acies obtusa (esse) videtur. W.*) Hoc idem exprimitur altero membro: *ne luxus*, luxurians pinguedo, *oblimet sulcos inertes*, h. ne eae partes (*sulcos* eadem metaphora appellat, qua secundum Graecos, qui αὔλακας dixere, iam Lucretius erat usus, ut *arvum* (quod cum Graeco γύα comparaveris, Soph. Antig. 569. ἀρούσιμος γὰρ χἀτέρων εἶναι γύας. *W.*) et alia dicuntur) oblimatae sint, h. obductae, pinguedine interclusae; sed ut celeriter concipiant genitalem auram. Haec ultima v. 137, ex Lucret. IV, 1203. 1204 expressit, at et castius et venustius. Alio sensu *Venerem rapere* apud Horat. Sat. I, 3, 109.

138 — 156 Admissura facta, admissarii negliguntur, et tota cura in matres gravidas convertitur. — 139 Cum vicinae partui sunt, *exactis gravidae mensibus errant*. v. Varron. II, 7, 10 et 14. et reliquos de R. R. scriptores. — *Rursus*, vice versa. 140 Proprie plaustra ducuntur a bobus iugo iunctis; sed poëtica ratio vulgarem invertit. Quamquam vero idem praeceptum ad equam quadrigis seu bigis iungendam pertinet, orationem tamen poëta, ut variet, ad genus bovillum magis deflectit. — *acri fuga*, celeri cursu. — *Carpere prata*, proprie *via carpitur* per prata; quandoquidem singu-

ibus in vacuis pascant, et plena secundum
nina, muscus ubi et viridissima gramine ripa,
luncaeque tegant, et saxea procubet umbra.
lucos Silari circa ilicibusque virentem
rimus Alburnum volitans, quoi nomen asilo
ıanum est, oestrum Graii vertere vocantes;
:r, acerba sonans; quo tota exterrita silvis
ıgiunt armenta, furit mugitibus aether
cussus, silvaeque et sicci ripa Tanagri.
quondam monstro horribilis exercuit iras
hiae Iuno pestem meditata iuvencae.
:c quoque — nam mediis fervoribus acrior instat —
:bis gravido pecori, armentaque pasces,

ressibus aliqua pars de via
tur, demitur. Poëtae inde
dicunt: carpere campum,
et sic porro. — 143 *Saltus*
, in quibus solae, quietae,
ıe pascantur; — *plena flu-*
, ne, dum aquam ex alto hau-
, fetum elidant. De *pascant*
ıonendum, intelligi posse pa-
s; recte. Verum nec minus
les et armenta dicuntur *pa-*
vel adiuncto, herbas, saltus,
bsolute, ut Ecl. III, 96 *pa-*
es capellas, IV, 45 *agnos*,
haedos et sic alia. *H. procu-*
i. e. extendatur. *W.*
6 — 156 Arcendum esse a
do pecore *asilum* ait, qui
in omnibus pascuis, in pri-
in pratis aquosis, obvius sit,
me tamen in silvis montis
rni, iuxta Silarum (nunc *Selo*),
niae fluvium, qui Tanagrum
ie *Negro*) recipit, frequens
solet; unde ab his locis a
ı declaratur. Est autem *asilus*,
inter Romanos nomine, Grae-
lστρος dictus, v. Odyss. *χ*,
volitans, (substantivi loco
um, ut *volans*, Aen. VI, 239.
lucris, *ales*) h. insectum e
rum genere, (nec multum ab
iversus *μύωψ*, fortasse nec
us apud Varronem R. R. II,
, quem eundem vulgo cum
putant) sine proboscide, at
aculeo seu spiculo in cauda
acutissimo, quo ova intra cutem armentorum demittit. — 148 *vertere vocantes*, poëtica periphrasi, in sermonem suum verum vocant, reddunt. — 149 *asper*, iracundus, qui facile exacerbatur. *acerba sonans*, pro acerbe; edens membranis alarum sonitum et susurrum gravissimum. Ad compositionem conf. Aen. IX, 794. *acerba tueri*. *H.* Maxima verborum pars, quae illam admittunt compositionem, significant *edere sonum* vel *adspicere*, ut *clamare*, *vociferari*, *clangere*, *gemere*, *sonare*, *latrare*, *fremere*, *tueri*. *W.* — 150 *diffugiunt*, cf. Valer. Flacc. III, 581. — *furit aether*, pro: furit mugitus per aethera, h. e. aether resonat furientium mugitu. *H.* Usus dicendi Graecus. Aesch. Sept. 141. *Δοριτίναχτος δ' αἰθὴρ ἐπιμαίνεται*. *W.* — 151 *siccus Tanager*, aestu solis exsiccatus. Habuit autem poëta ante oculos Homer. Odyss. *χ*, 300 sq.: Apollon. I, 1265 sqq. — 152 *Hoc monstro*, hoc asilo, quem immisit. *Inachiam iuvencam*, Io Inachi filiam, in vaccam mutatam, in furorem coniecit Iuno. — 153 *pestem meditata*, grave malum excogitavit. — 154 *mediis fervoribus*, medio die; at illud ornatius. Sic inf. 331 *mediis aestibus*. cf. ad Ge. I, 297. 8. *acrior instat*, saevius vexat. — 155 *arcebis pecori*, ex-



Solo recens orto, aut noctem ducentibus astris.
Post partum cura in vitulos traducitur omnis;
Continuoque notas et nomina gentis inurunt,
Et, quos aut pecori malint submittere habendo,
Aut aris servare sacros, aut scindere terram,
Et campum horrentem fractis invertere glebis.
Cetera pascuntur viridis armenta per herbas:
Tu quos ad studium atque usum formabis agrestem,
Iam vitulos hortare, viamque insiste domandi,
Dum faciles animi iuvenum, dum mobilis aetas.
Ac primum laxos tenui de vimine circlos
Cervici subnecte; dehinc, ubi libera colla

quisitius quam *arce a pecore*. — 156 *astra ducunt noctem*, quae iis in conspectum venientibus succedit. Alias noctem, *noctis currum*, *sequi* dicuntur *sidera*. v. Tibull. II, 1, 87.

158 sqq. A gravidis et enixis matribus cura ad vitulos et pullos convertitur. Ac primum de vitulis egit Virgilius. *Nomen* stirpis ac *generis inurunt nota* (v. ad Calpurn. V, 84 et Aen. III, 444 *foliisque notas et nomina mandat*) seu signo, quo id denotetur. In sqq. copula *et* non habet cui bene iungatur. Sunt qui construant: *continuoque inurunt notas*, et *nomina g.* et *quos*, ut verba et *nomina* et *quos* pro appositione habeantur, *genusque* et *suus* distincte designetur. Sed quomodo *inurunt nomina et quos* iungi possit, non docent. Equidem suppleo: *et* inurunt notas iis, *quos*. *H.* *Et* pro et quidem declarando inservit. Rationem dicendi ex oratione pedestri petitam malo ferre in georgicis, quam locum sensu carentem relinquere, vel contra leges grammaticae tentare. *W.* — 159 *submittere*. v. ad v. 73. — *habendo*, quod habetur, alitur, ut Ge. I, 3. — *aris servare* decentius erat, quam lanio tradere. — 161 *campum horrentem*, novalem pro quovis agro duras et asperas glebas habente.

162 *cetera armenta*, reliqui quidem omnes vituli in communi grege pascuntur, praeter eos, qui operi rustico destinantur, de quibus in sequentibus diligenter agit. Nam transit 165. ad praeceptum de matura iuvencos domandi cura, quod ita orditur: *Tu quos*, qua formula et alibi utitur pro vulgari: Quos tu autem ad studium agreste, h. opus rusticum, educare paras, hos iam vitulos cura adsuefacere labori. Redduntur et huius iudicii, et ceterorum, quae nude in hac minore editione apposui, rationes in editione Virgilii maiore. Moneo hoc, ne me putes supercilioso magisterio haec edicere aut dictare; a quo more humanissimus quisque est alienissimus, multo magis in hoc genere, quod tantum probabilia sectatur; tantum abest, ut cum contumelia aliorum superbe et arroganter talia persequatur. — Rationem domandi boves a Varrone petiit de R. R. I, 20. cf. Colum. VI, 2: Pallad. IV, 12. — 164 *viamque insiste domandi*, artem et rationem ingredere, curam suscipe domandi, h. e. iam tum mature doma. 165 *faciles animi*, molles, dociles, v. ad Tibull. I, 1, 40. *mobilis aetas*, in qua corpus mobile, εὐκίνητον, flexile, agile, vegetum.

166. 167 Expressit versum Nemesian. Cyneg. 184. *Libera tunc primum consuescant colla ligari:*

ervitio adsuerint, ipsis e torquibus aptos
inge pares et coge gradum conferre iuvencos:
tque illis iam saepe rotae ducantur inanes
er terram, et summo vestigia pulvere signent;
ost valido nitens sub pondere faginus axis
istrepat, et iunctos temo trahat aereus orbis.
iterea pubi indomitae non gramina tantum,
ec vescas salicum frondes ulvamque palustrem,
ed frumenta manu carpes sata. Nec tibi fetae,
ore patrum, nivea inplebunt mulctraria vaccae,
ed tota in dulcis consument ubera natos.
Sin ad bella magis studium turmasque feroces,
ut Alphea rotis praelabi flumina Pisae,
t Iovis in luco currus agitare volantis;
rimus equi labor est animos atque arma videre

canibus. — 168 *aptos*, vinctos, xos et illigatos invicem ex vineis illis vinculis; non ex corbus, ut iam tum usus hominum ultorum ferebat. — 170 *rotae anes*, vacua plaustra, quorum ox vestigia intellige leviter exessa in pulvere, quia levia sunt. 172 His adsuefacti plaustro nderoso et onusto iungantur. quam ornate hoc extulit! Pars Homeri illo Il. ε, 838 *μέγα δ' ραχε φήγινος ἄξων*, versa. — *mo aereus*, aere, ut nunc ferro, matus. — *iuncti orbes*, rotae, currus, cui temo iunctus est. — *4 pubi indomitae*, vitulis nonm domitis, donec domantur. — *5 vescas salicum frondes*, exes, tenues, parum succosas. *veum papaver* Ge. IV, 131, parva ana habens. — *ulva*, herbae ac lami palustris genus, eadem cum *pha* nostra habetur. — 176 *Sed iam frumenta sata*, herbas nollae segetis, vid. Varron. R. R. , 5, 17. — 176. 177. 178 Praeptum a multis veteribus et rentioribus tum de bovillo tum de rillo genere repetitum. cf. Varn. R. R. II, 2, 17: Colum. VII, 3: Geopon. XVIII, 3 extr. Et ulchri versus Calpurnii Ecl. V,) *iam ab aliis laudati*: *Paree tamen fetis, nec sint compendia tanti, Destruat ut niveos venalis caseus agnos. Nam tibi praecipuo fetura colatur amore.* Addit *more patrum*, h. e. quod solebant maiores facere, prisci patresfamilias et agricolae. Ambiguum quidem per verba est, utrum fecerint; ex Varrone tamen constat probabilius esse alterum, matribus olim mulgendo fuisse lac subductum.

179 — 180 Transit nunc ad curam pullorum: v. Varro II, 7, 6. 15. Colum. VI, 29. 1. Etiam horum dilectum esse faciendum, primo loco praecipit. Sin magis est studium *formare* (v. 163) pullos *ad bella turmasque*, h. usum bellicum, *aut praelabi*, s. praeterlabi, *rotis*, quadrigarum certamine, sc. magis studium est. De certamine Olympico eum loqui, satis patet, quod habebatur iuxta Alpheum. vid. v. 19. In luco Iovis erat stadium, ut ex Strabone et Pausania apparet. *H.* Vix ferri potest ellipsis *formare pullos*. Vide an Virgilius ad formam *studium conferre ad* audacius novaverit *est mihi studium ad. W.* — 182. 183. 184 Ante omnia equus assuefaciendus est (*primus equi labor est*) *videre*, ut videat, videre toleret bellantes, seu pugnas, et lituos tubas-

Bellantum, lituosque pati, tractuque gementem
Ferre rotam, et stabulo frenos audire sonantis;
Tum magis atque magis blandis gaudere magistri
Laudibus, et plausae sonitum cervicis amare.
Atque haec iam primo, depulsus ab ubere matris,
Audeat, inque vicem det mollibus ora capistris
Invalidus, etiamque tremens, etiam inscius aevi.
At tribus exactis, ubi quarta adcesserit aestas,
Carpere mox gyrum incipiat, gradibusque sonare
Conpositis, sinuetque alterna volumina crurum,
Sitque laboranti similis; tum cursibus auras,
Tum vocet, ac, per aperta volans, ceu liber habenis,
Aequora, vix summa vestigia pulsat arena:
Qualis Hyperboreis aquilo quum densus ab oris
Incubuit, Scythiaeque hiemis atque arida differt
Nubila: tum segetes altae campique natantes
Lenibus horrescunt flabris, summaeque sonorem
Dant silvae, longique urguent ad litora fluctus;

que audire, aut strepitum curruum frenorumque *ferre*, perferre auribus; *rotam*, currum, *gementem tractu*, stridentem, dum trahitur, et in *stabulo frenos audire sonantes*. De hoc v. Varron. R. R. II, 7, 12: Geop. XVI, 1. res nota. — 286 Expressit verba Nemesian. Cyneg. 295. 296. *atque toros manibus percurrere equorum, Gaudeat ut plausu sonipes, laetumque relaxet Corpus.*

187 *iam primo depulsus ab ubere*, pro: quam primum, statim ac. — *audeat*, docte pro faciat. — *invicem*, vicissim, quod, cum in istis animum prodit ferocem, capistrum tamen admittet opera tua. — 189 Equus ferox, indomitus, potest videri *conscius esse aetatis*, iuventae, vigoris, virium; itaque *inscius aevi*, virium, quas nec habet nec expertus est. cf. Val. Fl. I, 771. *rudis aevi*. Recte Servius: nondum habens ab annis fiduciam. — 190 v. Varro R. R. II, 7, 13: Colum. VI, 29, 4. — 191. 192 *Carpere gyrum*, ut viam, campum, (v. modo ad vs. 142) h. in gyrum seu orbem ire. *sonare gradibus compositis*, incedere, ungula sonante, gressibus numerosis. — *sinuet alterna volumina crurum*, h. alte tollat, iactet, crura alternis. — 193. 194 *tum cursibus auras Tum vocet*, h. tum, tum, volare incipiat. — *vocet* h. provocet, ut saepe poëtae.

196 — 201 Cursus celeritatem cum vento comparat. *Volans* equus, *qualis aquilo*, cum — etc., *volat*. *Hyperboreus oras* simpliciter pro borealibus et septemtrionalibus, ut infra v. 381 et IV, 517, dixit. *Aquilo densus*, non, ut volunt, qui densat nubila; sed qui dense, magna cum vi et impetu, late fertur; *differt hiemes* seu procellas, h. dissipat, ex Lucret. I, 273. — *arida nubila*, nubes sine pluviis. — *campi natantes*, segetes undantes ac fluctuantes; illustratum dudum a viris doctis. — *Lenia flabra* videntur ab aquilone, qui *densus* incumbit, aliquantum esse aliena; sed segetes, utpote humiliores et cedentes, lenius, leniore cum strepitu, agitantur: arbores contra, maiorem venti impetum sustinentes, sonorem edunt ac fragorem. — *longi fluctus*, qui longe, e lon-

Ille volat, simul arva fuga simul aequora verrens.
Hic vel ad Elei metas et maxuma campi
Sudabit spatia, et spumas aget ore cruentas;
Belgica vel molli melius feret esseda collo.
Tum demum crassa magnum farragine corpus
Crescere iam domitis sinito; namque ante domandum
Ingentis tollent animos, prensique negabunt
Verbera lenta pati, et duris parere lupatis.
Sed non ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem et caeci stimulos avertere amoris,
Sive boum sive est cui gratior usus equorum.
Atque ideo tauros procul atque in sola relegant
Pascua, post montem oppositum et trans flumina lata,
Aut intus clausos satura ad praesepia servant.
Carpit enim vires paullatim uritque videndo

ginquo, veniunt, *urguent*, protrudunt se, volvuntur. — *Ille*, aquilo, volat — *fuga*, de celeri cursu ac motu, ut saepe poëtae. — *verrere* de ventis, ex more poëtarum, pro perflare.

202 — 204 Hic bonus erit in certaminibus, e quibus Olympica, praestantius genus, memorat, vel agitandis curribus. Ornata singula. *maxima spatia* pro magnis. De *spatiis* Ge. I, 513. — *Sudabit*, plus quam decurret. *H.* Propert. IV, 1, 70. *Has meus ad metas sudet oportet equus.* De compositione *aget ore* vid. Not. ad II, 150. *W.* E curribus *esseda Belgica* ponit, seu pro curribus bellicis, quod praefero, cf. 179., seu omnino pro nobiliore currus genere, ut poëta. Solent enim generosiores equi iungi bigis quadrigisque lautorum hominum, ut passim Caesarum, curribus triumphalibus, thensis, ut ap. Horat. Ep. II, 1, 192 de pompa triumphali in theatro exhibita etc. Hos currus ac rhedas, quae homines vehunt, *esseda* vocavit, et, a nobiliore genere sive etiam ab origine, *Belgica*: apud Belgas enim, ut apud Britannos, usus eorum erat, et quidem bellicus, ut ex Caesare de B. Gall. constat. — *feret*, equus dicitur *ferre currum*, rapere, raptim auferre. — *molli collo*, domito. Serv.

205 Sines eos crassescere *farragine crassa*, quae crassos reddit. — *ante domandum*, ante quam domentur, πρὸ τοῦ πωλοδαμνεῖσθαι. — 207. 208 *prensi* proprie, v. Ge. I, 285. — *verbera lenta*, lenti flagelli. — *lupatum*, frenum, lupis seu aculeis ferreis munitum.

209 — 293 Expatiatur in locum praeclarum de furore armentorum ex Veneris stimulis. Parat autem transitum commemoratione exhaustarum nimia Venere virium. — 210 *caeci amoris*, non, oculis capti, sed, occulti, clam per venas et ossa saevientis. — 212 Habuit locum ante oculos Colum. VI, 27, 8., et versum sequentem Gratius Cyneg. 377 *trans altas ducere valles Admoneo; latumque fuga superabilis amnem.* Ovid. Art. II, 487 *spatio remota per loca dividuos amne equos* dixit. — 213 Cum *mons* est *interpositus* inter duo, utrique est *oppositus*, obiectus. — *lata* non otiosum est. — 214 *satura praesepia* sunt plena, quae saturant. — 215 *uritque videndo*, passive, macerat, con-

Femina; nec nemorum patitur meminisse, nec herbas,
Dulcibus illa quidem inlecebris et saepe superbos
Cornibus inter se subigit decernere amantis.
Pascitur in magna Sila formosa iuvenca;
Illi alternantes multa vi proelia miscent
Volneribus crebris; lavit ater corpora sanguis,
Versaque in obnixos urguentur cornua vasto
Cum gemitu; reboant silvaeque et longus Olympus.
Nec mos bellantis una stabulare, sed alter
Victus abit, longeque ignotis exsulat oris.
Multa gemens ignominiam plagasque superbi
Victoris, tum, quos amisit inultus, amores,
Et stabula adspectans, regnis excessit avitis.
Ergo omni cura vires exercet, et inter
Dura iacet pernox instrato saxa cubili,
Frondibus hirsutis et carice pastus acuta;
Et tentat sese, atque irasci in cornua discit,

sumit, dum cernitur. — 217 Illa quidem saepe amantes etiam pugnare cogit inter se. Loca alia poëtarum de pugna taurorum congessit Cerda; plura in Statio et et Flacco passim reperias. Iactant se in hoc argumento poëtae.

218 Totus versus unum illud Apollonii II, 89 exprimit: ἠΰτε ταύρῳ φορβάδος ἀμφὶ βοὸς κεχοτηότε δηριάασθον. Pro ingrato et ieiuno *silva* Servius memorat olim lectum fuisse *Sila*, quod poëta dignissimum. Erat ea silva et mons Bruttii in extrema Italia, nota vel e Cic. Bruto 20. Plin. III, 10. cf. Aen. XII, 715. *ingens Sila*. — 220 *alternantes* ἀμειβόμενοι, pro vicissim, invicem inter se. Hos prope ipsos versus inseruit poëta Aen. XII, 720 — 723. — 221 *lavit* poëticum verbum pro tingit, perfundit corpus, defluit de corpore. — Mox *obnixos* cum dilectu et vi. Non omisit huius vocis usum Statius, cum imitatione hunc locum exprimeret Theb. IV, 599 *Ardua collatis obnixi cornua miscent Frontibus*. — 226 Multum gemens. — propter vulnera a victore accepta. — 227 Valerius Flaccus, quod iam Cerda monet, hinc accepit? taurus victor ubi — *revisit Et patrium nemus, et bello quos ultus amores*. L. II, 548. 549. — 228 *stabula adspectans*, respiciens, retorquens oculos, ut facimus in re, quam inviti relinquimus. — *excessit*, docte tempus mutat, pro excedit. *H.* Convenit perfectum *excessit* sequentibus: *Ergo — exercet*. Saepe in narratione exponenda *perfectum* ita ad *praesens*, quod sequitur, referunt; Latini Val. Flacc. I, 610. *portam Impulit Hippotades; fundunt se carcere laeti*. cf. Aen. IV, 220 — 222. *W.*

229 sqq. Praestantissimum hunc locum, ut iam dudum viderunt cum Scalig. Poët. cap. 14 Interpp., imitati sunt Lucan. II, 601 — 607 praeclaro loco, Statius Theb. II, 323 — 330, Silius Ital. XVI. 4 — 10. — 230 *instrato*, h. l. non strato *cubili*, in nudo solo. Mox *carex*, iunci genus. cf. Ecl. III, 20. — 232 *irasci in cornua discit*. Repetitum hoc cum vss. sqq. Aen. XII, 105 — 6. Sententia obvia; in ratione grammatica aliquis haerere possit. *Irasci in aliquem* nemo, puto, pro *alicui* dixerit; etiam nemo *irascitur in ensem, in*

oris obnixus trunco, ventosque lacessit
ous, et sparsa ad pugnam proludit arena.
t, ubi conlectum robur viresque refectae,
ia movet, praecepsque oblitum fertur in hostem:
ctus uti, medio coepit quum albescere ponto,
gius ex altoque sinum trahit; utque, volutus
terras, inmane sonat per saxa, neque ipso
ıte minor procumbit; at ima exaestuat unda
ticibus, nigramque alte subiectat arenam,
mne adeo genus in terris hominumque ferarumque,
enus aequoreum, pecudes, pictaeque volucres,
urias ignemque ruunt; amor omnibus idem.
apore non alio catulorum oblita leaena
vior erravit campis; nec funera volgo
ı multa informes ursi stragemque dedere
silvas; tum saevus aper, tum pessima tigris;
! male tum Libyae solis erratur in agris.
ne vides, ut tota tremor pertentet equorum
pora, si tantum notas odor adtulit auras?

im; adeoque nec *in cornua*. n poëtico sermone duos moconfundere licet; irascens et se in cornua seu ad corı nsum; iam pro *iratus exse* simpliciter *irascitur* diEadem forma iam Euripides erat Bacch. 732 Ταῦροι — ; κέρας θυμούμενοι. Expeeratione dictum est inf. Aen. 85 *surgentem in cornua cer*insurgentem in obvios cor, et: *Armenti modo duxin cornua sumo*, Ovid. Met. 88s. — 236 Pulchre ex re ıri, cum signa, aquilae, intur; ut Ge. IV, 108 de api— *oblitum*, qui omnem iam sarii sui memoriam animo erat, iam securum. Nil hic ur aestues. 237 — 241 Lauı multis comparatio, ex Hom. 422 — 426 expressa, notan n Macrob. V, 13, repetita n Aen. VII, 528 — 530. — *cere*, quod de spumantibus fluctibus dictum, praeclare exsistere, surgere. — *trahit* ; *facit*, sinuatur, longe et ex alto versus littus; nam in hoc versatur notio principes, ex alto ad littus volvi fluctus. Martyn. interpunxit cum aliis *coepit quum albescere ponto longius, ex altoque sinum trahit*; accipiunt nonnulli *ex alto*, ex profundo.

242 sqq. Multi poëtae varie hunc locum de furiis amoris in animantibus tractarunt. Sed proxime noster Lucretii vestigia pressit, in primis I, 12 sqq. una cum Aristot. loco Histor. Anim. IV, 18. — 246 *erravit*, pro est, esse solet. Poëticam orationem considera; dicta haec pro: tum ferae, e quibus leaenas et ursas primo loco nominat, sunt saevissimi ingenii. — 247 *informes ursi*, deformes, turpes. — 249 Conf. loc. sp. Calabrum Paralib. V, 373. 377. 378. Formam orationis iam supra vidimus I, 448 *Heu! male tum mites defendit pampinus uvas.*

251 *si notas odor attulit auras*, exquisitiore ratione dictum, quam *odor allatus est, si aurae odorem attulere*; modo teneas, *odorem* sic esse rem, quae sensum olfa-

Ac neque eos iam frena virum, neque verbera saeva,
Non scopuli rupesque cavae, atque obiecta retardant
Flumina, conreptos unda torquentia montis.
Ipse ruit dentisque Sabellicus exacuit sus,
Et pede prosubigit terram, fricat arbore costas
Atque hinc atque illinc, humerosque ad volnera durat.
Quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem
Durus amor? Nempe abruptis turbata procellis
Nocte natat caeca serus freta; quem super ingens
Porta tonat caeli; et scopulis inlisa reclamant
Aequora; nec miseri possunt revocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere virgo.
Quid lynces Bacchi variae, et genus acre luporum,
Atque canum? quid, quae inbelles dant proeli
cervi?
Scilicet ante omnis furor est insignis equarum;
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore Glauci

ctus excitet, emittendo corpuscula, quibus aurae ingravescunt. Convenit Horatianum Od. II, 8 f.: *tua ne retardet aura maritos.* — 253 Varii versum poëtae nostro propositum fuisse, notant Interpp. *Non amnes illum medii, non arduus tardant*; apud Macrob. Sat. VI, 2 p. 381. — *flumina torquentia unda*, fluctu et impetu suo, *montes*, fragmina, saxa ruentium montium.

255 Loca alia poëtarum congessere Guellius et Cerda. At praeivit poëtarum pater, Il. λ, 416: ν, 475: Hesiod. Scut. 386 sqq. — 257 *durat*, indurat. Plin. VIII, 52 s. 78 *Sues ferae semel anno gignunt. Maribus in coitu plurima asperitas. Tum inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes.* conf. Aristot. Hist. Anim. VI, 17. Res satis nota. — *Sabellicus sus*, ex montibus Sabinis. Sic II, 167 *Sabella pubes* et apud Horat. *Sabelli ligones.*

258—263 Ad Leandri Hellespontum tranantis, ut Hero potiretur, audaciam respici, obvium est. Praeter Musaei grammatici carmen et Ovidii Epistolam cf. Stat. VI Theb. 542—547. — *serus* sero tempore. — *nocte caeca*, tenebricosa. *νύχιον κλωτῆρα* dixit Maeonius. — *procellae abruptae*, h. e. rumpentes se, ut *proruptus, praeruptus*, praecipites, cum impetu ruentes. cf. ad Aen. III, 199. — 261 *Porta tonat caeli*, h. e. coelum, ab Ennio et Homero petitum esse, ita in Seneca Epist. 108 extr. legitur. Ratio inter plures inanes, quas afferunt Interpp., vera est illa, quod coelo, Olympo, poëtae tribuunt regiam, hinc etiam fores, limina, *portas*, cf. Homer. Il. ε, 749: Θ, 393 sq. — 262. 263. Nec cogitatio de luctu parentum, nec quod amata puella eius morti superstes esse nolet, eum retinet. — 264 *maculosa lynx* Aen. I, 323; lectio alia codicum *quique*, quam H. Vossius recepit, ut mollior, placet. *H.* Accedit quod structura priorum 258. *quid iuvenis* — 264. *quid lynces*, in qua verbum *agens* vel simile desideratur, hanc postulare videtur mutationem. *W.*

266 Quid haec omnia commemorem, cum omnium praesentissimum exemplum in equis ipsis sit? hinc est *scilicet* profecto, utique. — 267 *mentem* pro indole

iiades malis membra absumsere quadrigae.
ducit amor trans Gargara, transque sonantem
inium; superant montis, et flumina tranant.
tinuoque, avidis ubi subdita flamma medullis,
e magis, quia vere calor redit ossibus, illae
omnes versae in zephyrum stant rupibus altis,
eptantque levis auras; et saepe sine ullis
iugiis vento gravidae (mirabile dictu)
a per et scopulos et depressas convallis
ugiunt, non, Eure, tuos, neque solis ad ortus,
orean caurumque, aut unde nigerrimus auster
:itur, et pluvio contristat frigore coelum.
demum, hippomanes vero quod nomine dicunt

, ut tam furioso amore raur. Fabula de *Glauco* vel laephato et Ovidio nota. Alele equos *Potniis*, qui Boeoicus erat, non longe a Thequibus Venus furorem immit ipsius domini membra dent, quoniam eos ab admisarcebat. Diversas caussas memorant. *Ποτνιάδες πῶλοι*, . Phoen. 1140. — 269. Solito poëta pro quovis monte ac certum montem ac fluvium . — *Gargara*, vertex quidam is Idae iuxta Troiam, memoiam Ge. I, 103. *Ascanius* Bithyniae sub Olympum em satis quidem notus; at luvius ex eo exiens intellis; nam *sonantem* et equis mittendum memorat. Memautem eius fluvii *Euphorion*, trabo XIV p. 999 C. D), e ion pauca mutuatum esse Virn suspicor. — 274 Res vulveteres credidisse, *ἐξανεθῆναι*, vento gravidas reddi posuas. Praeter Cretam (v. Ari-Hist. Anim. VI, 18,) in Lusicirca Olyssiponem (conf. on. R. R. II, 1, 19) favonio zephyro flante id potissimum ngere, existimatum est, quia antes amore equas versus ium currentes zephyrum hiore excipere videbant. Vide imis Colum. VI, 27, 5 sqq., ubi totus hic locus adscribitur. Res iam Homeri aetate nota. v. II, *π*, 150. 151. Apud eundem ex Borea suscepti equi II. *υ*, 222 sqq. — 277 — 279 *non, Eure, tuos*. Cum ex zephyri afflatu concepe-runt, diffugiunt et discursant in boream caurumque et austrum, non autem ad ortum. Illustratur hoc Aristotelis verbis iam ab aliis laudatis: *θέουσι δὲ οὔτε πρὸς ἕω, οὔτε πρὸς δυσμάς, ἀλλὰ πρὸς ἄρκτον ἢ νότον* — differt tantum philosophus a poëta in hoc, quod occidentem simul excludit. — — *Caurus* seu *corus* hic septemtrionalibus ventis adnumeratur; *flat ab occasu solstitiali et occidentali latere septemtrioni, a Graecis dictus Argestes, ex frigidissimis et ipse* — Plin. XVIII, 34 s. 77. — 279 *pluvium frigus*, quod *austro* tribuitur, molestias creat Intpp. Enimvero notum satis est, poëtico sermone *hiemem* et *frigus* simpliciter de pluvio tempore dici. Itaque et *frigidus auster* Ge. IV, 261, qui *humidus auster* Ge. I, 462.

280 *hippomanes*, humor, ex equae, ubi Veneris stimulis incaluit, locis eliquatus, quo philtro usae sunt veneficae; vero *quod* nomine *dicunt*, proprie, quia scilicet eo nomine appellatur etiam caruncula nigra, fronti pulli recens editi innasci et ab equa enixa

Pastores, lentum destillat ab inguine virus,
Hippomanes, quod saepe malae legere novercae,
Miscuerunt que herbas et non innoxia verba.
Sed fugit interea, fugit inreparabile tempus,
Singula dum capti circumvectamur amore.
Hoc satis armentis; superat pars altera curae,
Lanigeros agitare greges hirtasque capellas.
Hic labor; hinc laudem fortes sperate coloni.
Nec sum animi dubius, verbis ea vincere magnum
Quam sit, et angustis hunc addere rebus honorem;
Sed me Parnasi deserta per ardua dulcis
Raptat amor; iuvat ire iugis, qua nulla priorum
Castaliam molli devertitur orbita clivo.
Nunc, veneranda Pales, magno nunc ore sonandum.

statim devorari credita: v. Plin. VIII, 42 s. 66. cf. Aen. IV, 515. 516; etiam herba aliqua Theocrit. II, 48. 49. Cum nostro loco cf. Tibull. II, 4, 58: Propert. IV, 5, 18. Respicit ad eum Plin. XXVIII. s. 80—282 *malae*, impiae, iniustae: supra Ge. II, 128 *saevae*, ubi sequens versus legitur. — *verba* sunt carmina magica.

284 Transitus a cura armentorum ad curam ovium et caprarum — ad 403. Dum omnia haec, inquit, de armentorum cura sigillatim pertractamus, singula perlustramus, capti harum rerum studio, *amore*. — *agitare greges* proprie agere, pascere, hinc omnino curare. *H. agitare rem* est cogitare de re, rei operam dare. *agitare fenus* Tacit. Germ. c. 26. — *agitare greges* significat operam impendere cultui gregum describendo. *W.* — 288 In hoc opera vestra posita esto; cura pecudum vobis in primis cordi sit. — *fortes* h. l. ornat. — *laudem*, qualis boni ac prudentis patrisfamilias esse potest.

289 — 293 Satis quidem novi, quam difficile sit, haec poëtica oratione commode eloqui, et res tam tenues pro dignitate carminis satis exornate commemorare. Sed studium huius rei abripit me ad hoc carmen pertexendum, et inflammat me haec ipsa cogitatio, quod in materia versor, a nullo adhuc e Romanis poëta tractata. — Ut pulchritudo carminis simul elucescat, ad vulgarem orationem singula revocabimus. Ita demum intelligere poëtam videri possumus. Ceterum manifestum est, poëtam hic vestigia pressisse Lucretii I, 921 — 929 et V, 98 sqq., hoc quidem loco inter alia: *Et quam difficile id mihi sit pervincere dictis, Ut fit, ubi insolitam rem adportes auribus ante* etc. Nostro autem haec eadem sublegit Manil. III, 25 — 30 sqq. et locum respexit Plin. XIX, 4. s. 19. extr. — *honorem* h. l. pro ornatu, dignitate. — *molli clivo*, ut facilis adscensus et descensus sit. Respicit autem hic *avia Pieridum loca nullius ante Trita solo*. — *devertitur*, devertit se, deflectit, ducit ad Castalium fontem, *Castalium κρήνην*. trames nullus est, quo prior alius incesserit.

294 *veneranda Pales*, ut *sancta dea*. Videtur tamen ad religiones pertinere. Nam etiam *casa Pales* apud Statium Theb. VI, 111: *grandaeva Pales*, Nemesian. Ecl. I, 68. — *magno ore sonandum* respectu vss. 289. 290, quod rebus tenuibus dignitatem addere constituit.

ipiens stabulis edico in mollibus herbam
pere ovis, dum mox frondosa reducitur aestas;
multa duram stipula filicumque maniplis
rnere subter humum, glacies ne frigida laedat
lle pecus, scabiemque ferat turpisque podagras.
t hinc digressus iubeo frondentia capris
uta sufficere, et fluvios praebere recentis;
stabula a ventis hiberno opponere soli
medium conversa diem, quum frigidus olim
cadit extremoque inrorat Aquarius anno.
quoque non cura nobis leviore tuendae.

5 sqq. Primo loco per hie-
in stabulis tenendas et alen-
esse oves docet, et (v. 300)
s. *Incipiens*, ἐγχείμενος, ut
im Graeci, h. ac primum
cipio; aliis locis, *Principio*,
inuo; et v. 300 *Post hinc*
esus, h. deinde vero. Obser-
et haec facere, ut tenuitas
inis vitetur. — *stabula mollia*
cat v. 297. 298. De subster-
se autem frondis diligenti
vide Caton. de R. R. c. 7, 7:
on. II, 2, 7. 8: Colum. VII,
Adde Calpurn. Ecl. V, 116 sq.,
s e nostro adumbratum —
ere herbam, sc. in praesepi
sitam, h. ali, (quae autem eae
ae seu pabula sint, v. apud
m. VII, 5, 21. 22, et 4, 2;
Calpurn. Ecl. V, 98 — 103)
mox frondosa reducitur ae-
non vernum tempus, quo
i possunt in prata tantum vi-
et campos, sed aestatem me-
t, cum coeli constantia ea
ut in silvis et saltibus sub
gere possint. v. Calpurn. V,
— 52. — 297 De *filice* v. ad
II, 159. Substerni iubet *in*
stramina, ut adversus gelu
idantur; pro hoc dixit: sub-
ere *humum stipula*. *H. ster-*
enim est etiam obtegere
IX, 666. *sternitur omne so-*
telis. *W.* — 299 *turpem po-*
am. Videtur *clavum* innuere,
i genus, cum tubercula in
hoc discrimine nascuntur. v.
Colum. VII, 5, 11.; reddit autem
pedes *turpes*, deformes tuberibus
et nodis.

300 Etiam caprarum cura est
habenda; ac primum per hiemem.
Arbuta — v. Ecl. III, 82. — *fron-*
dentia pro *frondibus arbuti*. —
302 — 304 Colum. VII, 3. 8 de
ovibus: *humilia facere stabula —*
ut simul hieme calida sint — ea
poni debent contra medium diem:
namque id pecus, quamvis ex
omnibus animalibus vestitissi-
mum, frigoris tamen impatien-
tissimum est: et de capris VII,
6, 5 *huic pecudi nocet aestus, sed*
magis frigus. Varro quidem de
R. R. II, 2, 7 *stabula* (ovium) *loco*
idoneo ut sint; ne ventosa, quae
spectent magis ad orientem, quam
ad meridianum tempus: et de
capris c. 3, 6. *stabulatur pecus*
melius, ad hibernos exortus si
spectat, quod est alsiosum. cf.
Geopon. XVIII, 9. Sed malim
affirmare, Virgilium in hoc a Var-
rone discessisse, quam huius con-
cordem cum Varrone sententiam
poëtae, tamquam quaestione ad-
mota, exprimi. — *a ventis*, h. aver-
sa a ventis, in primis aquilone.
conf. inf. v. 318 *hiberno soli oppo-*
nuntur eo ipso, quod *sunt ad me-*
ridiem conversa. — *cum — anno*,
h. hiberno tempore. Aquarius oc-
cidit medio februario. — *extremo*
autem *anno*, s. anni parte, si is a
verno tempore initium habet, quo
operis rustici nova fiunt exordia.

Nec minor usus erit, quamvis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.
Densior hinc suboles; hinc largi copia lactis:
Quam magis exhausto spumaverit ubere mulctra,
Lacta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minus interea barbas incanaque menta
Cinyphii tondent hirci saetasque comantis
Usum in castrorum, et miseris velamina nautis.
Pascuntur vero silvas et summa Lycaei,
Horrentisque rubos, et amantis ardua dumos;
Atque ipsae memores redeunt in tecta, suosque
Ducunt, et gravido superant vix ubere limen.
Ergo omni studio glaciem ventosque nivalis,

— 306 Caprini generis cura non est negligenda, etsi ditiorem proventum ex ovibus esse negari nequit; est tamen etiam ex capris utilitas aliqua. *H.* Praeferenda mihi esse videtur lectio optimorum librorum, grammaticorum auctoritate firmata: *Haec — tuenda*, ut neutro caprae significentur. Similiter supra II, 47. de arboribus agens neutro usus est: *Sponte sua quae se tollunt in luminis oras, infecunda quidem* ubi, paucis interiectis, 53. 57. femininum recurrit. — Ceterum hunc versum ad priora trahendum esse arbitratus, plene post *tuend.* distinxi. Tum *nec* est: *Et*, si curam iis iustam impenderis, *non minor usus erit. W.* — *Milesiam lanam* memorat poëtarum more, quibus genus aliquod, et quidem praestantius fere, pro communi nomine ponendum est. — *magno mutentur*, permutentur. magno pretio emantur (melius exponeres: *venduntur*, Colum. 7, 9. *lactens porcus acre mutandus est. W.*) *vellera incocta Tyrios rubores*, pro incocta ruboribus, lanae coquendo tinctae purpureo colore. — 308 Διδυμοτοκεῖ δὲ ὡς ἐπὶ πολὺ, καὶ τρέφει τὰ γεννώμενα, καὶ προσόδους δίδωσιν οὐκ ὀλίγας, τὰς ἀπὸ γάλακτος, καὶ τυροῦ, καὶ κρέως, πρὸς δὲ τούτοις τὰς ἀπὸ τῆς τριχός. Geopon. XVIII, 9. cf. Colum. VII, 6, 7. — 309 Quo magis — eo magis. *Quam magis — tam magis.* ut et Aen. VII, 987 788 v. h. l. Heins. Mox *flumina* de magna copia, res in poëtis obvia. *H.* Magnam lactis copiam praebere capras, significaturus, rationem eloquendi sententiam e vita communi petiisse videtur. *W.* — 311 — 313 E. Varrone R. R, II, 11, 11. conf. Geopon. XVIII, 9. — Versum 313 Columella recitat VII, 6, 2. cf. Calpurn. V. 67. 68: et locum expressit Silius III, 274 — 276 — *tondent*, sc. homines, pastores, ut iam aliquoties vidimus. *tondent barbas — menta — saetasque hirci Cinyphii. — Cinyps*, fl. Libyae, in ora nunc Tripolitana, exit in sinum Syrticum. Cur *hircus Cinyphius* lectus sit, vid. not. ad 306.; ut mox *Lycaeus* pro quocumque monte, et v. 332. *quercus Iovis*. cf. 345. Ciliciorum autem ex hircinis villis usum respici, obvium est. — 314 — 321 Addit hoc: facilem esse rationem alendi capras. — *Pascuntur* seu depascuntur *silvas*, ut supra *prata* (v. ad 143) sc. *caprae* e v. 300, et 316 *ipsae*. Mox *rubi* nobis *Brombeerstaude*. — 316 Sponte redeunt, *suosque ducunt*, de fetibus cum Servio accipio, quos matres educunt ac reducunt. — 318 Eo magis frigus, cuius impatientissimum est hoc pecus, ab eo arcere stude, et hanc ei operam im-

Quo minor est illis curae mortalis egestas,
Avertes, victumque feres et virgea laetus
Pabula, nec tota claudes foenilia bruma.
At vero, zephyris quum laeta vocantibus aestas
In saltus utrumque gregem atque in pascua mittet,
Luciferi primo cum sidere frigida rura
Carpamus, dum mane novum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Inde, ubi quarta sitim coeli conlegerit hora,
Et cantu querulae rumpent arbusta cicadae,
Ad puteos aut alta greges ad stagna iubeto
Currentem ilignis potare canalibus undam:
Aestibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna Iovis antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus adcubet umbra.
Tum tenuis dare rursus aquas, et pascere rursus

pendo *tanto magis, quo minus* illud in ceteris omnibus rebus cura humana indiget: *est egestas* (egent) *curae mortalis.* — 320 conf. Calpurn. V, 96 sqq. 110 — 115. — 321 Et interdum etiam per hibernum tempus foenum iis appones; *laetus* de studio, si quis facit quid libenter et promte.

322 Haec quidem per hiemem: nunc gregum cura per aestivum tempus — 384 Locus ornatus digressione de Nomadibus Libyae 339 et de terris borealibus 349. Refer ad 295. 296. Aestate redeunte, oves et caprae in pascua eluciuntor. Cf. Calpurn. Ecloga elegantissima V, 16 — 23. — 324 Sequentia e Varrone R. R. II, 2, 10 — 12. Repetit versus Colum. VII, 2, 23; sententiam vero cum verbis Pallad. XII, 13, 4 sqq. imitatione expressit Calpurn. Ecl. V, 51 — 65. — *Carpamus rura,* iam ad rura, per rura; ut sup. 142; alii: educamus greges, ut carpant herbas per rura. — 326 Idem versus Ecl. VIII, 15. Imitatur Nemes. Ecl. I, 7, 8. — 327 Palladius loco laudato §. 4: *Quarta hora calescente potus puri fluminis aut putei praebeatur aut fontis.* In verbis *quarta hora coeli* adiectum est *coeli,* quia temporis mensuram e solis in coelo decursu cognoscimus. Sic *coeli menses* Ge. I, 335: *coeli tempore* Ge. IV, 100. — *ubi hora collegerit sitim,* aestu tum succedente facta fuerit animantibus sitis. Horatius noto loco Carm. IV, 12, 13. *Adduxere sitim tempora, Virgili.* — *Hora quarta* autem nobis fere nona. Nam *in Italia quindecim* horas habet longissimus dies secundum Plin. II, 75. s. 77. — 328 Praeivit Hesiod. *Eqy.* 582. 583: Scut. Herc. 393 — 397. — *rumpent arbusta,* sollemne de magno clamore aut strepitu; cf. ad Ge. I, 49. Proprie rumpitur aer clamore per silvam; tum ipsa silva. (Est igitur personant. *W.*) *arbusta* vites iugatas. — *H.* Iunge *curr. canal.,* ut Ge. I, 132. *rivis currentia vina. W.* 334 *nemus adcubet,* adstet, in propinquo situm sit, in primis si in clivo sit, ut sup. v. 145: *saxea* procubet *umbra.* — 335 — 338 Tum poti greges iterum educendi et pascendi usque ad serum vesperem. conf. Calpurn. V, 60 sq. et supra laudatos. *H. dare,* da, dabis. Infinitivus more Grae-

Solis ad occasum, quum frigidus aëra vesper
Temperat, et saltus reficit iam roscida luna,
Litoraque alcyonen resonant, acalanthida dumi.
Quid tibi pastores Libyae, quid pascua versu
Prosequar, et raris habitata mapalia tectis? 340
Saepe diem noctemque, et totum ex ordine mensem
Pascitur itque pecus longa in deserta sine ullis
Hospitiis; tantum campi iacet. Omnia secum
Armentarius Afer agit, tectumque, Laremque,
Armaque, Amyclaeumque canem, Cressamque pharetram: 345
Non secus ac patriis acer Romanus in armis
Iniusto sub fasce viam quum carpit, et hosti
Ante exspectatum positis stat in agmine castris.

eorum ad praecipiendum adhibitus est. *W.* — *tenues* simpliciter ornat, a natura *aquarum* petitum. — *reficit roscida luna*, h. ros cadens, dum luna lucet, noctu; sed adscriptus vulgari opinione lunae tamquam causae. Contra sideribus tribuitur ab aliis *Humor ille, quem serenis astra rorant noctibus*, Pervigil. Ven. 20. Ea ipsa de rore et nocturno humore observatio fecit haud dubie, ut Lunam Deam *γόνιμον*, almam rerum matrem, crederent. — *Litora resonant alcyonen*, h. alcyones cantum, memoratae iam Ge. I, 398. 9. — *Acalanthis* pro eadem habetur cum *acanthide* seu *cardueli*, *Goldfink*.

339 sq. — 383 In saltus et pascua educendos esse greges dixerat a v. 322. Dum poëta undique ornatum carmini et gratiam ex varietate quaerit, ut ad hanc pascendarum ovium curam exemplo invitet, Afrorum nomadum morem memorat, qui per totam aestatem pecus in saltibus habent; at contra 349. in septemtrionalibus plagis semper in stabulis pecus continetur. Locus est ex nobilissimis. — 340 *mapalia*, casae seu tuguria cannis ferulisve confecta in coni seu furni aut carinae speciem, sparsim solo fixa, seu plaustris imposita, *mobilia*, ut ex Sallustio Iug. 21 notum. Tum *m. raris tectis* dixit pro tectis mapalium raris, sparsis passim per agros, non in vicos collectis. conf. inf. Aen. I, 421. — 345 *Hospitia* suaviter certae sedes ac domus, quo se recipiant. — 344 Locum hunc imitatus Silius II, 441 — 445. Habuit etiam ante oculos Valer. Flacc. VI, 324 — 339. — 345 *Amyclaeum* (sup. v. 89) *canem*, et *Cressam*, s. Creticam, *pharetram* a praestantiore genere (v. ad v. 306) nominat. Alias de Nomadibus Afris talia memorari non possent. Ita haerent Intpp. in Horat. III, 26, 10: III, 19, 8.

346 Agit secum omnia Numida, ut Romanus miles, cum armatus incedit: hoc est *Romanus in armis*; adiectum *patriis*, pulchro epitheto, quod *patriam virtutem, disciplinam* in animum revocat. — 347 *iniusto sub fasce*, magno onere, ut Serv. iam explicuit. cf. ad Ge. I, 145., ubi *labor improbus*. Res est nota de Romano milite vel ex Cic. Tusc. Qu. II, 16., et laudatur Veget. I, 19. *Pondus quoque baiulare usque ad LX libras, et iter facere gradu militari* etc. cf. Intpp. ad Tacit. Germ. 30. — 348 *Ante exspectatum hosti*, antequam hostis exspectet, h. subito, repente, *ἀπροσδοκήτως*. — *stat in agmine*, ad-

ɔn, qua Scythiae gentes Maeotiaque unda,
idus et torquens flaventis Hister arenas,
ue redit medium Rhodope porrecta sub axem.
lausa tenent stabulis armenta, neque ullae
ıerbae campo adparent aut arbore frondes,
acet aggeribus niveis informis et alto
ı gelu late, septemque adsurgit in ulnas;
er hiems, semper spirantes frigora cauri.
Sol pallentis haud umquam discutit umbras,
uum invectus equis altum petit aethera, nec quum
ipitem oceani rubro lavit aequore currum:
rescunt subitae currenti in flumine crustae,

nine, ut *incedere, ire, sequi*. Usitatiore modo diceres: *stat*. Scilicet *agmen* ipse us, dum incedit. — *positis* dum interea celeriter canuntur. Nam cum agmen ostendit, a tergo vallum fit. *At non* ita pascitur itque etc. Debet itaque malor io poni in fine versus 351. *turbidus* torquendo, dum . — 351 *redit porrecta* pro: edit, est porrecta, accipies. s ratio erat *sita est, iacet*, palus Maeotis, Ister et e; sed ut *flectit se* de monlicimus, sic *redit* pro hoc nere potuit. Similiter *verdit* mons ad septemtrionem. n poëta e more latius seonem declarat per Thraquae saltem a meridie finem onstituere videri potest. alte assurgeret septemtrio polum arcticum ignoravit as; partim fabulis obscuriis et incertis. Ergo *sub* ub polum, non ex geograatione poni, patet per se. — *l iacet terra late, informis us niveis et alto gelu, septe in ulnas* ea *adsurgit* sc. is aggeribus nivis et alto n glacie. Poëtica ratione quod vulgare erat: *nix*, ra obducta est, *adsurgit in ulnas*. — 356 *Semper s cauri*, et quae sequuntur, de remotioribus versus septemtrionem plagis vera sunt, etsi ad miraculum aucta, non de iis, quas v. 349. 350. posuerat. Sed poëtae haec adnumerent, non appendunt: hoc est, paullo crassius id, quod volunt, declarant, quoties rationem ac delectationem affert rei novitas vel magnitudo. Nec eo descendere necesse est, ut dicas Thraciae oras olim graviore hieme laborasse; quod sane verum esse et ipse arbitror, sed in poëta subtilitate tali melius caremus. — 357 Conf. illa Horat. Carm. I, 22, 17 sq. *Pone me pigris* etc. *H. tum* in descriptionibus ad res connectendas usurpatur; vid. Tibull. I, 3, 71. *W.* — *umbrae* sunt nebulae et caliginosum etiam interdiu coelum per maiorem anni partem. Tres hi versus ex Homero verai Odyss. λ, 15 – 19. cf. Tibull. IV, 1, 65 sq.: Valer. Flacc. III, 599: Ovid. Met. XI, 592. — 358 *invectus equis*, curru, ut Homer. ἵπποις pro ἅρμασι. — 359 *rubro* — *aequore* non proprio vocabulo, sed ornante pro rubescente a sole, igneo. — 360 Ornatissimi versus de glacie, ex repentino gelu. *Mollesque luti concrescere crustas* dixisse ante eum Lucretium VI, 626. notant Intpp. Idem *ferratos rotarum orbes* VI, 550. *H.* Iuvat conferre Plinium Paneg. c. 12. poëtice, non *dure*, dicentem: *Danubius — duratus glacie ingentia*

Undaque iam tergo ferratos sustinet orbis,
Puppibus illa prius, patulis nunc hospita plaustris:
Aeraque dissiliunt volgo, vestesque rigescunt
Indutae, caeduntque securibus humida vina,
Et totae solidam in glaciem vertere lacunae,
Stiriaque inpexis induruit horrida barbis.
Interea toto non secius aëre ninguit;
Intereunt pecudes, stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum, confertoque agmine cervi
Torpent mole nova, et summis vix cornibus exstant.
Hos non inmissis canibus, non cassibus ullis,
Puniceaeve agitant pavidos formidine pinnae,
Sed frustra oppositum trudentes pectore montem
Comminus obtruncant ferro, graviterque rudentes
Caedunt, et magno laeti clamore reportant.
Ipsi in defossis specubus secura sub alta
Otia agunt terra, congestaque robora totasque
Advolvere focis ulmos, ignique dedere.

tergo bella transportat. W. 363. ut Ge. IV, 135. 136. *saxa gelu* rumpuntur. De aereis vasis e gelu ruptis fuit fama ex Eratosthene ap. Strabon. II, p. 126 (74). — 364 *humida vina* h. alias fluida. Non itaque otiosum epitheton, ut apud Quinctil. Inst. VIII, 6, 40. Locum expressisse videtur Ovid. Trist. III, 10, 23, 24. — Vini usum in terris, quae cerevisia utebantur 379., non satis commode memorasse Maronem, alii viderunt. *lacunae* pro lacubus ac stagnis. *H.* Sed post *flumina concreta glacie* 360. quis scire laborat, an et *stagna* frigus sentiant? praesertim loco tam inepto, ubi de vi frigoris in *aera* et *vina* agitur. Mihi verba *caeduntque — vina* versu sequenti plenius exponi — quam explanandi rationem non respuit Ge. III, 160. 161. — et *lacunae* pro *lagenae* accipiendum, vel, si mavis, ita scribendum esse videtur. Verba *lagena, laguna, lacuna* ex una origine derivanda, eorumque significationes et scripturam confusam esse, notavit eruditissimus Latinitate Forcellini sub v. *lagena. W.* — 365 *vertere* se, verti solent. — 367 *non secius*, non minus, atque ante. cf. Ge. II, 277. *H. toto aëre ninguit*, est totus aer nive cadente repletus. Diversum est *nix aëre cadit. W.* Mox *pruinis* pro nivibus. Videtur poëta h. l. certasse cum Homero Il. μ, 278 — 286. praeclaro loco. — 368 Accipe de repentinis nivibus per eos quoque dies, quibus pecudes stabulis emissae pascuntur. — 370 *mole nova*, insolenti, n. nivis. eadem mox 373 *mons*. — 372 *formidinem* hic funiculum illum, venatorum plumis intextum, esse, quo cervi territi in retia aguntur, obvium est. cf. Aen. XII, 750. IV, 121.

376 Vita populorum borealium declarata per ea, quae de Thracibus et Sarmatis narrari solebant, partim etiam de Germanis; communia etiamnum moribus Mogolorum et Tartarorum. *defossos specus* pro fossis dixit, ut in Cul. 273 *defossas domos* pro subterraneis. *defodere* est proprie alte fodere, mox et fodiendo aliquid condere. — *advolvere* pro advol-

lic noctem ludo ducunt, et pocula laeti
'ermento atque acidis imitantur vitea sorbis.
'alis Hyperboreo Septem subiecta trioni
ens effrena virum Rhipaeo tunditur Euro,
t pecudum fulvis velatur corpora saetis.
Si tibi lanitium curae, primum aspera silva
appaeque tribulique absint; fuge pabula laeta;
ontinuoque greges villis lege mollibus albos.
llum autem, quamvis aries sit candidus ipse,
ligra subest udo tantum cui lingua palato,
leiice, ne maculis infuscet vellera pullis
fascentum, plenoque alium circumspice campo.
lunere sic niveo lanae, si credere dignum est,
'an, deus Arcadiae, captam te, Luna, fefellit,
n nemora alta vocans; nec tu adspernata vocantem.

ut, aoristo. — 379 *noctem* appellat noctes longae hiemis per maiorem anni partem continuatae. af. v. 557. 558. — 380 *pocula vitea*, vinum, *imitantur fermento*, ordeo seu frumento fermentato, cerevisia, *atque sorbis*. Hoc uidem vinum nullo Romanis usu requentatum; nam eius ne mentionem quidem faciunt R. R. auiqui auctores; et Pallad. II, 15, 4. *tem ex sorbis maturis, sicut ex iris, vinum fieri* traditur, *et ectum*. Memorat tamen Plinius tter reliqua vini fictitii genera IV, 16 s. 19, 3. Est autem *sorbus* nobis *Sperberbaum*, *Arlesser*. — 381. 2. 3. Ita agunt gentes boreales. *Septemtrio* seu *septem triones*, h. boves, quasi *terio-es* a terendo dicti (v. Varron. . L. VI, 4 et Gell. II, 21.), sive, antiquis Graecis ἅμαξα appellatum, quia sub plaustri specie ptem versus polum arcticum ellas repraesentabant; ut forsse *septemtrio* sit *septem* stellarum *terio* seu currus. in plaustri icum mox ursa maior et minor, t altera certe (Hom. Odyss. ε, 3) successit, v. Arat. Phaenom. . et cf. Aen. I, 744. — 382 *Gens frenorum virorum*, vulgari ratione, h. immanium, ferorum. — *rum* et hic pro quocumque vento dixit, eumque *Rhipaeum* dixit a *montibus Rhipaeis*, qui ab oriente Scythiae positi videri possunt, etsi de eorum situ variat fama. *H. Eurum* proprie dixit, ventum septentrionalibus regionibus infestissimum, θρασία. *W.*

384 sqq. Praecepta sequuntur super lanarum studio usque ad 393. vid. Colum. VII, 3, 9. 4, 4. De *lappis* et *tribulis* Ge. I, 153. — 385 *fuge pabula laeta*. Hoc poëta a conterraneis suis habet. Colum. VII, 2, 3. *pretiosiores lanae habentur — quae circa Parmam et Mutinam* macris *stabulantur campis*; quamquam ibi nomen locorum proprium esse volunt. — 386 — 389 Ita omnes auctores R. R. post Democritum: Geopon. XVIII, 6. v. Varron. R. R. II, 2, 4: Colum. VII, 2, 6. 3, 1: Pallad. VIII, 4, 2: Plin. VIII, 47 s. 72: Aristot. Hist. Anim. VI, 13. cf. Calpurn. Ecl. II, 56 sqq. — 390 pro vulgari: Alium circumspice o grege.

391 Fabula e Nicandro sumta, qui Georgica et ipse scripserat. v. Macrob. Saturn. V, 22. Pan in arietem mutatus, nivei velleris pulchritudine Lunam in nemorum recessus pellexerat. — *munere* lanae niveae, h. pretio; *munus* appellare potest poëta aim-

At, cui lactis amor, cytisum lotosque frequentis
Ipse manu salsasque ferat praesepibus herbas.
Hinc et amant fluvios magis, ac magis ubera tendunt,
Et salis occultum referunt in lacte saporem.
Multi iam excretos prohibent a matribus haedos,
Primaque ferratis praefigunt ora capistris.
Quod surgente die mulsere horisque diurnis,
Nocte premunt; quot iam tenebris et sole cadente,
Sub lucem exportans calathis adit oppida pastor,
Aut parco sale contingunt, hiemique reponunt.
Nec tibi cura canum fuerit postrema, sed una
Velocis Spartae catulos acremque Molossum
Pasce sero pingui. Numquam custodibus illis

pliciter id, quo inducimus et fallimus alterum.

394 — 403 Nunc de lactis studio. E Varrone II, 2, 19. cf. Pallad. XII, 13, 8: Geopon. XVII, 12 et 19. De *loto*, herba, quae et *melilotus*, vid. ad Ge. II, 84. *H. salsas herbas* interpretatur. H. Vossius horbas sale mixtas, conferens Arist. Hist. Anim. VIII, 10. *W.* — 396 *tendunt* (s. distendunt, distentant, ut alibi v. c. Ecl. IX, 31) *ubera* lacte. Nam pinguescunt oves potissimum ex potu. Notavit iam Aristoteles Histor. Anim. VIII, 10. — 398 Ut lactis maiorem copiam habeant, multi haedos non submittunt capellae, sed statim a matre depellunt subolem (et v. c. vendunt, mactant etc.). — *iam* accipio pro porro. *Multi* (eadem orationis forma Ge. I, 225. cf. 193) *prohibent haedos a matribus* et *excernunt*, seu secernunt, amovent, hinc ornate *prohibent excretos*. Servius *excretos* interpretatur validiores, duxitque adeo ab *excrescere*, quod sequuntur alii, de ratione grammatica et auctoritate parum solliciti. Potest vel, ea res analogia defendi. Usi videtur enim est *cretus* a crescere; *lacuna* itur debuit cresco, active eorumque facio nasci, *cretus*, natus. pturam tionem *facio nasci* cave eruditissimi *aris*. Recorderis modo participiorum *potus, pransus, coenatus. W.*) Inde *concretus*, et *excretus*; dicta ut *adultus* ab adolescere, aut potius ab adolere, augere: de quo disputatum est ad Ecl. VIII, 65. — *Capistra περιστομίον* genus aculeis insertis, quod non quidem os obturet, sed, si uberibus os admoveant, matrem pungat, eamque recalcitrare faciat. — 401 *Nocte premunt* h. e. inde figurant caseum; quod autem lac vesperi mulsere, aut mane in urbem vendendum mittunt, aut caseum inde faciunt, et quidem compactum et durabilem, ut contra priore loco v. 401 de caseo, qui recens consumitur, loqui videtur. Sic satis exp·dita res videtur. — 403 *parco sale*, quia *et nimio sale imbui* potest. cf. Colum. VII, 8, 5: ibid. §. 4. *caseus rursus torrido sale contingitur*. Exportant *calathis* vimineis, vitilibus: Copa 16.

404 Nunc de cura canum ad 413. Hesiodus praeiverat *Ἔργ.* 604. 605. proximo loco Varro II, 9. adde Col. VII, 12. Plin. VIII, 11 s. 61 sq. — 405 *Spartani canes* (qui v. 345 *Amyclaei*) *veloces*, in primis sagacitate et odoratu praestantes, venationi, *Molossi* autem ex Epiro cum venationi tum gregum curae adhiberi soliti. — 406 *Pasce sero pingui*. Expressit h. l.

Nocturnum stabulis furem incursusque luporum,
Aut inpacatos a tergo horrebis Hiberos.
Saepe etiam cursu timidos agitabis onagros,
Et canibus leporem, canibus venabere damas:
Saepe volutabris pulsos silvestribus apros
Latratu turbabis agens, montisque per altos
Ingentem clamore premes ad retia cervum.
Disce et odoratam stabulis adcendere cedrum,
Galbaneoque agitare gravis nidore chelydros.
Saepe sub inmotis praesepibus aut mala tactu
Vipera delituit, coelumque exterrita fugit,
Aut tecto adsuetus coluber succedere et umbrae,
Pestis acerba boum, pecorique adspergere virus,

Nemes. Cyneg. 159: Gratius Cyneg. 307. — *H.* 407 *stabulis furem horrebis*, ut Iuven. VI, 17. composuit *timere furem pomis*. *W.* 408 Eodem, quem saepe iam vidimus, poëtarum more communi, pro quocumque abigeo et praedone (qui Hesiodo ἡμερόκοιτος ἐνὴρ l. c.) *Iberum* posuit, quia ea gens rapinis et praedationibus infamis, in primis cum nondum satis perdomita esset; hinc *impacatos Iberos* appellat. cf. Varronem de R. R. I, 16, 2. cf. L. I. ff. de *abigeis*. — *a tergo* pro in vicinia habitantibus dixit. — 409 *Onagros*, ferum asinorum genus, Phrygiae et Lycaoniae, Arabiae, ut nunc Syriae, nec non Africae cum assignent veteres (v. Varron. R. R. II, 6, 3: Plin. VIII, 44 s. 66), nemo in Italiae silvis esse memorat. Itaque poëtico more, cum omnino feram, quae canibus agitari posset, nominare vellet, certum quoddam genus, utque oratio doctior esset, minus notum posuit. Sic supra *uros*, sic *cervos* alibi. — 412 *agens*, urgens, ad ornatum adiectum, ut alibi: Aen. I, 191. *et omnem Miscet agens telis nemora inter frondea turbam* et IV, 70 *cerva, quam fixit pastor agens telis*. — Mox 413 *premere*, premendo, urgendo, instando ad retia agere.

414 — 439 Praecepta de cavendis noxiis animantibus. Vide Colum. VII, 4, 6: Geopon. XVIII, 2. Ante oculos poëta habuit Nicandri Theriac. 36. 51 — 53. Nostri vestigia pressit Calpurn. Ecl. V, 86 sqq. De *cedro*, fortasse iunipero oxycedro, v. ad Ge. II, 443. — 415. Plin. XI, 25. s. 56. *Dat et galbanum* (succum viscidum) *Syria in eodem Amano monte e ferula* (de qua v. ad Ecl. X, 25). *Sincerum si uratur, fugat nidore serpentes*. Eiusdem *ferulae* etiam radix adversus morsus serpentum adhibebatur. v. Samonicum de Medicina 846. — *graves chelydros* dixit, (ut inf. 451. *elleboros graves*, graveolentes, ex ipsa natura) quia sunt fetore intolerabili quasi putris ulceris. v. Nicand. Theriac. 411 sqq. (p. 27 ed. Gorr.) — 416 De *vipera*, quia vivos parit, v. Plin. X, 62 s. 82. — *mala tactu*, noxis, si tangitur. — *coelum fugit*, h. lucem, stratis motis admissam. Colum. VII, 4, 6 *Stabula vero frequenter everrenda et purganda — nec tantum coeno aut stercore, sed exitiosis quoque serpentibus tecta liberentur*. Adiicitur locus nostri poëtae. — 418 *Coluber* quod serpentis genus sit, satis constitutum nondum vidi. Videtur h. l. pro quocumque serpente dici nec tamen ex mitiore et domestico genere, quia solet *pecori virus*

Fovit humum. Cape saxa manu, cape robora, pastor,
Tollentemque minas et sibila colla tumentem
Deiice: iamque fuga timidum caput abdidit alte,
Quum medii nexus extremaeque agmina caudae
Solvuntur, tardosque trahit sinus ultimus orbis.
Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis,
Squamea convolvens, sublato pectore, terga,
Atque notis longam maculosus grandibus alvum,
Qui, dum amnes ulli rumpuntur fontibus, et dum
Vere madent udo terrae ac pluvialibus austris,
Stagna colit, ripisque habitans, hic piscibus atram
Inprobus ingluviem ranisque loquacibus explet:
Postquam exusta palus, terraeque ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum, et flammantia lumina torquens
Saevit agris, asperque siti atque exterritus aestu.

adspergere; Aen. II, 471. *mala gramina pastus coluber* est. — 420 *Fovit humum*. Magis explicite Ge. IV, 42. 43. *effossis latebris sub terra fovere larem. Fovet locum is*, qui multum et assidue in eo moratur; sic *castra fovere* Aen. IX, 57. et sic *fovere latebras in humo*; hinc magis poëtice *fovere humum*. Mox *Cape saxa*. Ita pugnantem inducit pastorem in Culice 155 sqq. et 190. — 421 *colla sibila*, quae sibilum edunt. — *tumentem*, ex Nicandro Theriac. 179. 180 ψαφαρὸς δ' ἀναπίμπλαται αὐχὴν Ἄκριτα ποιφύσσοντος. cf. eund. v. 21. — *deiice*, quia *tollentem minas*, h. sublato pectore et capite minantem. Variavit versum poëta Aen. II, 381. — 422 *caput abdidit alte*, in terrae latebras sese proripiens; tamen vel sic feriri potest parte sui extrema. — 423. 424 ornati versus. nexus, *orbes*, ut κύκλος, proprie de serpentibus. — *extremae agmina caudae*, praeclare ad magnitudinem.

425 De *chersydro* seu *dryino* et *dryina* agit. Est et hic ex hydrorum genere, forma similis fere aspidi chersaeae parvae. Versus de eo Nicandri Theriac. 359. sqq.; quos expressit Virgilius. Videtur de eodem in Culice agi; nescio an et inf. IV, 458. 9. Respexit locum Statius Theb. V, 520 sqq. — 426 *sublato pectore*, erecto: ut ad v. 421. Idem versus est Aen. II, 474. — 428 *rumpuntur fontibus*, rumpunt se, erumpunt, *prorumpunt se*. v. Ge. IV, 568. Mox 430 *hic*, in ripis, abundat. — 431 *ingluviem* improprie dixit pro ventre, ut iam Servius; nam proprie est πρόλοβος, ut in avibus, primum in gutture cibi receptaculum. Laudatur Aristot. Histor. Anim. II, c. 17. Silius haec imitatus lib. VI, 155 — 158. — *atram* autem dixit, h. funestam, exitiosam, luctuosam. — *Improbus*, immodice avidus, vorax. vid. Ge. I, 119. — 432 Haec plane e Nicandro l. l. — 434 *Saevit agris*, gravius, quam serpit, incedit per agros. Nicander dixerat v. 371. νέμεται διψήρεας ὄγμους, incedit per *siccos agros*. — *exterritus*, interpretibus negotium fecit, cum *aestu* iunctum. Simplissimum utique est, ut *furens*, *insanus*, exponatur. cf. Nicandrum Ther. 371. 417. — *asper siti*, exasperatus, furens sitis impatientia. Videtur reddere voluisse Graecorum Δίψῃ καρχαλέος, ut Iliad. φ, 541.

Ne mihi tum mollis sub divo carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas,
Quum positis novus exuviis nitidusque iuventa
Volvitur, aut catulos tectis aut ova relinquens,
Arduus ad solem, et linguis micat ore trisulcis.
Morborum quoque te caussas et signa docebo.
Turpis ovis tentat scabies, ubi frigidus imber
Altius ad vivum persedit et horrida cano
Bruma gelu; vel quum tonsis inlotus adhaesit
Sudor, et hirsuti secuerunt corpora vepres.
Dulcibus idcirco fluviis pecus omne magistri
Perfundunt, udisque aries in gurgite villis
Mersatur, missusque secundo defluit amni;
Aut tonsum tristi contingunt corpus amurca,
Et spumas miscent argenti, vivaque sulfura,
Idaeasque pices, et pinguis unguine ceras,

435 Videtur pastoris in Culice memor esse. *Ne mihi tum*, de forma v. ad Ge. I, 456. Hic autem alium Nicandri locum ante oculos habuit Theriac. 28 — 34 et 137. 8. — 436 *dorsum* proprie est montium; hinc, si montes silvis consiti, etiam silvarum, nemorum. Horat. Sat. II, 6, 91. *Praerupti nemoris — dorso.* — 438 aut *catulos* aut *ova*, cum alia serpentum genera sint vivipara, alia ovipara. Melius Cerda: „aut ova, aut catulos iam ovis exclusos." Caeterum erunt, qui ad unum tempus haec, *ponere exuvias* et *catulos aut ova relinquere*, referri velint. At enim serpentes fetum conceptum Augusto mense edere, spolium autem hieme depulsa, qua sub humo latuerant, incalescente sole, interdum tamen et auctumno exuere, memorat Arist. Hist. Anim. V. extr. VIII, 15. al. 17. Itaque statuere malim, diversas caussas et diversa tempora esse intelligenda: *quum volvitur* (aut) *novus exuviis positis, aut relinquens catulos aut* (relinq.) *ova.* — 139. *arduus ad solem*, erectus ad coelum, sed cum dilectu *ad solem*, cuius calore recreatur. Iunctura est: *volvitur*, volvit se, et *micat*. Vulgari ratione *micat lingua*, dum celeriter movetur, vibratur; doctius, *serpens micat linguis in ore*. (Ex hac constructione defendas Ge I. 430. *Si virgineum suffuderit ore ruborem*, quamquam alia ibi est significatio vocis *ore*. Lectio *ora* h. l. vix placere potest. *W.*) Ceterum de difficultatibus, quibus hic premitur locus, vid. Var. Lect. Edit. mai.

440 De morbis ovium. Ex Varrone R. R. II, 1, 21. — 441. Vide Colum. VII, 5, 5, ubi ad h. l. provocatur. — 442 *persedit*, pervenit, pentravit, cf. Lucret. VI, 1124. — 444 v. Calpurn. Ecl. V, 74 sqq. — 445 E Varrone II, 1, 25. hinc sup. I, 272 *balantum gregem fluvio mersare salubri.* — 448 — 451 Cf. Varron. II, 11, 7: Colum. VII, 4, 7. 5. 7: Geoponic. XVIII, 8 et 15. Compara etiam Gratii Cyneg. 415. 416. — *tristi*, amara, ut saepe. Sic *tristis lupinus*, Ge. I, 75. — *contingunt* v. sup. 403. — *spuma argenti*, n. defervescentis, dum coquitur (*Silberglätte*). Locus de ea classicus apud Plin. XXXIII, 6 s. 35. — *pix Idaea*, praestantius genus; intellige autem liquidam, *Teer*, ex

Scillamque, elleborosque gravis, nigrumque bitumen.
Non tamen ulla magis praesens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit rescindere summum
Ulceris os. Alitur vitium vivitque tegendo,
Dum medicas adhibere manus ad volnera pastor
Abnegat, aut meliora deos sedet omina poscens.
Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
Quum furit, atque artus depascitur arida febris,
Profuit incensos aestus avertere, et inter
Ima ferire pedis salientem sanguine venam,
Bisaltae quo more solent, acerque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
Quam procul aut molli succedere saepius umbrae
Videris, aut summas carpentem ignavius herbas,
Extremamque sequi, aut medio procumbere campo
Pascentem, et serae solam decedere nocti;
Continuo culpam ferro conpesce, prius quam

Plin. XXIV, 7 s. 24. — *scilla*, cepe marinum. — *elleborus gravis*, a gravi odore. *album* autem genus h. l. spectari, viderunt iam alii ex Colum. VII, 5, 7. — 452 Excitat versus Colum. VII, 5, 10. Habuit ante oculos Gratius Cyneg. 360 sqq.: Calpurn. V, 75 sqq. — *Labores* possint esse ea, quae medendo morbo parantur; sed usu loquendi *labor*, *labores*, dictum de ipso malo, morbo; cuius nulla medela, *nulla fortuna*, *magis praesens est*, quam si ulcus aporiatur. — *fortuna* pro remedio, quatenus effectus remedii est seu fortunae obnoxius; uti *fortuna* sollenni modo pro successu et eventu dicitur. Alio modo dictum est Aen. VII, 559 *si qua super fortuna laborum est*, casus fortunae. — 454 *vitium*, ulcus, sanies. — *tegendo*, dum tegitur. Mox eadem ulcera *vulnera*. Est autem versus adumbratus e Lucret. IV, 1062. *Ulcus enim vivescit et inveterascit alendo.* — 456 *meliora omina*, pro consequenti, auxilium deorum.

457 *dolor*, morbus, exulceratio. — *depascitur*, νέμεται, absumit, ut Graecorum poëtarum γυιοβόρος πυρετός. — 459 *incensos aestus*, vulgarius *fervidos*. — Tum *profuit*, prodest. — 461 *Bisaltae* Thraces, cis Strymonem in Macedoniae oris habitantes, alii etiam ultra Strymonem. *Gelosi* ad Borysthenem vid. ad Ge. II, 115. — 462 *Quum fugit*, simpl. migrat, ut apud Horatium, et a Borysthene inde per Getarum deserta, cis et ultra Istri ostia, descendit in Thraciam et ad Rhodopen. Lactis equini usus in his aliisque populis notus est.

464 — 469 De lue pecudum. Signa pecoris febri pestilenti tentati enumerat: *Quam videris* cēt. ad 467. — 464 *molli umbrae* pro gratae. Permutantur enim nomina et attributa sensuum poëtico usu. — 467 *serae decedere nocti*, v. Ecl. VIII, 88. exquisitius ac *sera nocte*; uti adventanti aut accedenti de via decedimus. 468. *Continuo culp.* eam statim occide — *culpam*, h. e. causam morbi, vitium, ἄτην *compesce*, coerce, ne latius serpat, *ferro*; Gratius Cyneg. 410. *In primo adcessu tristis medicina, sed una Pernicies redi-*

Dira per incautum serpant contagia volgus.
Non tam creber agens hiemem ruit aequore turbo,
Quam multae pecudum pestes; nec singula morbi
Corpora corripiunt, sed tota aestiva repente,
Spemque gregemque simul, cunctamque ab origine gentem.
Tum sciat, aërias Alpis et Norica si quis
Castella in tumulis, et Iapydis arva Timavi,
Nunc quoque post tanto videat, desertaque regna
Pastorum, et longe saltus lateque vacantis.
Hic quondam morbo coeli miseranda coorta est
Tempestas, totoque autumni incanduit aestu,

menda anima, quae prima sequaci Sparsu malo est, ne dira trahant contagia vulgum, cf. ibid. 369. sqq.

470. 471 Infirmum et variis moris obnoxium pecus ovillum. Conferri potest Varro II, 5. 5. 8: Colum. VII, 5: Geopon. XVIII, 1: Gratius Cyneg. 479 sqq. *turbo gens hiemem*, procellas, imbres; non tam *creber*, crebro, *ruit*, h. e. non tam crebri ac frequentes turbines in mari exoriuntur. Similis locus Ge. IV, 80. 81. Placet admodum lectio altera codicum *aequora*, cf. Aen. I, 84. — *pestes*, morbi. — *aestiva*, ut v. 64 *pecuaria*, pro gregibus. — 473 *Spemque gregemque*, „gnos cum matrimus:" Servius.

474 *Tum sciat* aliquis, morbis totos greges abripi. Sequitur locus de peste autumnali armentorum ac gregum celeberrimus, adumbratus e Lucret. VI, 1136 sqq. Cum quo conferendae sunt a studiosis harum rerum adolescentius nobiles pestilentiae descriptiones ap. Hippocrat. Epidem. III sect. 5. (etsi haec non pestis proprie dicta, sed lues) Thucyd. II, 47 sqq.; tum, qui omnes Maroni aemulati sunt, ornatus varietate mirabili, affectibus tamen mirandis multo inferiores, Ovid. Met. VII, 518 sqq.: Silius XIV, 481 sqq.: Lucan. VI, 80 sqq.: Senecam Oedip. 35 sqq. Add. Aen. III, 137 sqq. Comparationis huius gustum dare potest Scaliger lib. V Poëtices c. 11. Hic quidem mireris, quid interpretes adduxerit, ut, post Servium, hanc pestem eandem, cum illa, quae Peloponnesio bello ineunte Atticam invasit, esse existimarent; quae res novo errori locum dedit, ut omnia utrique morbo inter homines et bestias communia esse vellent. Respexit haud dubie poëta similem aliquam calamitatem, tum quidem satis notam, quae aliquo tempore ante maxime afflixerat Noricum, h. terras, quas nunc episcopatus Salzburgicus, magna Austriae pars cum Stiria et Carinthia, occupat. — *aërias* Alpes vocat, perpetuo montium epitheto. — *Norica castella in tumulis* non esse possunt loca munita; nam agitur de armentis et gregibus; sed habitationes in locis editis, adeoque villae, vici, in montibus. *H.* Montani in *castellis* habitabant, ut Alpium incolae, secundum Liv. 21, 33. *W.* — 475 *Timavum*, fluvium in oris Venetorum, a vicinis *Iapydibus*, Illyrici populo, appellavit. v. ad Ecl. VIII, 6. — 476 *regna pastorum*, agros, notum vel ex Ecl. I, 70. — *post tanto*, tanto tempore post. Pro saltibus et pascuis dixit ornate *castella in tumulis*, *arva*, *regna*, *saltus*.

478 *morbo coeli*, vitio aëris. cf. Aen. III, 137. — 9. — *tempestas*

Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Corrupitque lacus; infecit pabula tabo,
Nec via mortis erat simplex; sed, ubi igneа venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo conlapsa trahebat.
Saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantis cecidit moribunda ministros,
Aut si quam ferro mactaverat ante sacerdos,
Inde neque inpositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates;
Ac vix suppositi tinguuntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis,

h. l. temperies. — *totoque auctumni incanduit aestu*, non tam exarsit, ortus est, aut duravit toto auctumno, sed aer inflammatus est tota aestus auctumnalis vi. Solet enim aestus auctumni in primis gravis et intolerandus esse et morbos gignere. — 481 Ordinem, inquit Servius, secutus est, quem et Lucret. tenuit VI, 1094 sqq. et Sallustius: primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta. — *tabo*, veneno, miasmate aëris. cf. Lucret. VI, 1123. 1124. — 482 *Nec via mortis erat simplex;* varii morbi exitus, variique mortis modi, quales mox nonnulli enumerantur: 483 sqq.: 494 sqq. — 482 — 485 Primum aestu febris ingenti ac siti totum corpus torrebatur, mox contabescebat colliquatione ac resolutione omnium humorum. — *Sitis* pro aestu, calore, unde sitis oritur, ut iam Servius exposuit. *sitis ignea* (h. sicca, arida) *acta omnibus venis*, per omnes venas penetrans, se insinuans. *Intima pars hominum flagravit ad ossa*, Lucret. VI, 1166. — *adduxerat artus*, cute contracta, quod fit ea exarescente, ut in febri. *adducta cutis* ex Ovidio nota Met. III, 397. — *liquor fluidus*, humores corrupti, tabum. cf. Lucretiana VI, 1202 et rel. — *trahebat omnia ossa in se*, cum quasi in tabo natarent, *ossa minutatim morbo collapsa;* cuius generis liquidationes et resolutiones ossium etiam in aliis morbis videmus.

486 Hostiam maiorem intellige, taurum, cuius exta inspiciebantur. (H. Vossius *ovem* intelligendam esse putat. *W.*) *in honore deum medio*, in medio sacrificio, note usu voc. *honos*. — 487 *dum* ei *circumdatur infula lanea vitta nivea*, poëtica ratione pro lanea vittata. *Infula* est latius quiddam, et capiti, e quo fere pendebat, velando aptum, *vittis* alligari et constringi solita. v. Lucret. I, 88. 89. — 489 *ante*, h. antequam moriens caderet. — *inde*, ex ea fibrae, h. exta, non ardent impositae altaribus; cum autem nec minus ipsa ara pro hostia ei imposita ponatur, hinc *altaria ardent* exquisitius dixit. — 490 int. *exta muta*, cum aliqua pars aut decesset aut corrupta esset. — 492. 493 vix sanguis inde fluit. *suppositi cultri*, e sacro ritu subter iugulum adacti. Cf. Aen. VI, 248 et Serv. — 493 *ieiuna sanie*, tenui ac pauco humore, eoque corrupto. Mox *hinc* est porro.

lcis animas plena ad praesepia reddunt.
canibus blandis rabies venit, et quatit aegros
s anhela sues, ac faucibus angit obesis.
ur infelix, studiorum atque inmemor herbae,
: equus, fontesque avertitur, et pede terram
a ferit; demissae aures; incertus ibidem
', et ille quidem morituris frigidus; aret
, et ad tactum tractanti dura resistit.
ante exitium primis dant signa diebus.
. processu coepit crudescere morbus:
vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto
us, interdum gemitu gravis; imaque longo
ngultu tendunt; it naribus ater
iis, et obsessas fauces premit aspera lingua:
it inserto laticos infundere cornu

Dulces animas, μελίφρονα vid. Aen. III, 140. — 497 *gina* loquitur, Gr. *ὑάγχη ίγχος*, qui et morbus suum ris. Laudant Aristot. Anim. 21. *fauces obesas* obesae ervius explicat *tumentes*. — *udiorum*, (h. cursus, sim-), *atque herbae immemor* 20 et sup. 216); ita malim . nam *infelix studiorum*, licis studii, non est hac in us. Apparet etiam ex imi- Ovidii Met. VII, 542. *Acer quondam magnaeque in famae Degenerat palmas*; nque oblitus honorum ad e gemit, *morbo moriturus* — 499 *Victor* ad indigni- rei additur, cum nihil ei icisse certamine cursus. — *avertitur*, potum aversatur. *Crebra*, crebro, ut iam — *incertus*, qui per vices rtas accedit et recedit, in- is, *ibidem*, circa aures, ca- idor; signate. Lucret. VI, *udorisque madens* per col- *endidus humor*. — 501 *ille morituris frigidus* ex no- quidem Hippocratis apho- V, 37 *οἱ ψυχροὶ ἰδρῶντες, ν ὀξεῖ πυρετῷ γιγνόμενοι, ν σημαίνουσι*. — 502 h. et durescit, *ad tactum*, cum tangeretur, *tractanti*, tangenti, resistebat, *dura*, dum tenta ac sicca est.

504 Iungenda: *Sin in processu coepit crudescere morbus — Profuit* — ut vss. 505 *Tum vero* ad 508 sint tamquam interpositi. — *crudescere*, crudior ac saevior fieri; ita Servianum locum habet: *validior fieri*. Ut contra *mitescere*, *molliri*, dicuntur, quorum nimia vis imminuitur. — 505. 506. Lucretius VI, 1184. *Creber spiritus aut ingens raroque coortus*. Sed, quae tantum illustrant, hic quidem afferre non possumus. Multa huiusmodi apud Cerdam legi possunt. — 507 *tendunt* se, ut iam saepe; aut *tendunt* sc. pecudes, ut modo v. 503 *dant*. Redit sic ad totum genus armentorum. — 508 *lingua aspera*, inflammatione, *premit*, quia simul intumuerat (ut Ovid. Met. VII, 556 *Aspera lingua tumet*), *fauces obsessas*, seu simpliciter constrictas, interclusas ipso tumore, seu ulceribus, quae frequentia in hoc morbo, et a Lucretio etiam memorantur: v. 1146 *ulceribus vocis via septa coibat*; *φλυκταίνας* Graeci appellant. — 509 Imitatione expressa a Nemes. Cyneg. 228. 229. Vini usum om-

Et genus omne neci pecudum dedit, omne ferarum;
Corrupitque lacus; infecit pabula tabo,
Nec via mortis erat simplex; sed, ubi iguea venis
Omnibus acta sitis miseros adduxerat artus,
Rursus abundabat fluidus liquor, omniaque in se
Ossa minutatim morbo conlapsa trahebat.
Saepe in honore deum medio stans hostia ad aram,
Lanea dum nivea circumdatur infula vitta,
Inter cunctantis cecidit moribunda ministros,
Aut si quam ferro mactaverat ante sacerdos,
Inde neque inpositis ardent altaria fibris,
Nec responsa potest consultus reddere vates;
Ac vix suppositi tinguuntur sanguine cultri,
Summaque ieiuna sanie infuscatur arena.
Hinc laetis vituli volgo moriuntur in herbis,

h. l. temperies. — *totoque auctumni incanduit aestu*, non tam exarsit, ortus est, aut duravit toto auctumno, sed aer inflammatus est tota aestus auctumnalis vi. Solet enim aestus auctumni in primis gravis et intolerandus esse et morbos gignere. — 481 Ordinem, inquit Servius, secutus est, quem et Lucret. tenuit VI, 1094 sqq. et Sallustius: primo aërem, inde aquam, post pabula esse corrupta. — *tabo*, veneno, miasmate aëris. cf. Lucret. VI, 1123. 1124. — 482 *Nec via mortis erat simplex;* varii morbi exitus, variique mortis modi, quales mox nonnulli enumerantur: 483 sqq.: 494 sqq. — 482 — 485 Primum aestu febris ingenti ac siti totum corpus torrebatur, mox contabescebat colliquatione ac resolutione omnium humorum. — *Sitis* pro aestu, calore, unde sitis oritur, ut iam Servius exposuit. *sitis ignea* (h. sicca, arida) *acta omnibus venis*, per omnes venas penetrans, se insinuans. *Intima pars hominum flagravit ad ossa*, Lucret. VI, 1166. — *adduxerat artus*, cute contracta, quod fit ea exarescente, ut in febri. *adducta cutis* ex Ovidio nota Met. III, 397. — *liquor fluidus*, humores corrupti, tabum. cf. Lucretiana VI, 1202 et rel. — *trahebat omnia ossa in se*, cum quasi in tabo natarent, *ossa minutatim morbo collapsa;* cuius generis liquidationes et resolutiones ossium etiam in aliis morbis videmus.

486 Hostiam maiorem intellige, taurum, cuius exta inspiciebantur. (H. Vossius *ovem* intelligendam esse putat. *W.*) *in honore deum medio*, in medio sacrificio, note usu voc. *honos*. — 487 *dum* et *circumdatur infula lanea vitta nivea*, poëtica ratione pro lanea vittata. *Infula* est latius quiddam, et capiti, e quo fere pendebat, velando aptum, *vittis* alligari et constringi solita. v. Lucret. I, 88. 89. — 489 *ante*, h. antequam moriens caderet. — *inde*, ex ea fibrae, h. exta, non ardent impositae altaribus; cum autem nec minus ipsa ara pro hostia ei imposita ponatur, hinc *altaria ardent* exquisitius dixit. — 490 int. *exta muta*, cui aliqua pars aut deesset aut corrupta esset. — 492. 493 vix sanguis inde fluit. *suppositi cultri*, e sacro ritu subter iugulum adacti. Cf. Aen. VI, 248 et Serv. — 493 *ieiuna sanie*, tenui ac pauco humore, eoque corrupto. Mox *hinc* est porro.

ulcis animas plena ad praesepia reddunt.
canibus blandis rabies venit, et quatit aegros
is anhela sues, ac faucibus angit obesis.
tur infelix, studiorum atque inmemor herbae,
)r equus, fontesque avertitur, et pede terram
ra ferit; demissae aures; incertus ibidem
)r, et ille quidem morituris frigidus; aret
s, et ad tactum tractanti dura resistit.
: ante exitium primis dant signa diebus.
n processu coepit crudescere morbus:
i vero ardentes oculi, atque adtractus ab alto
tus, interdum gemitu gravis; imaque longo
ingultu tendunt; it naribus ater
uis, et obsessas fauces premit aspera lingua:
uit inserto latices infundere cornu.

Dulces animas, μελίφρονα). vid. Aen. III, 140. — 497 *ngina* loquitur, Gr. *ὐάγχη* ἀγχος, qui et morbus suum aris. Laudant Aristot. Anim.

21. *fauces obesas* obesae Servius explicat *tumentes*. — *tudiorum*, (h. cursus, simr), *atque herbae immemor* 520 et sup. 216); ita malim e. nam *infelix studiorum*, elicis studii, non est hac in uus. Apparet etiam ex imie Ovidii Met. VII, 542. *Acer quondam magnaeque in e famae Degenerat palmas;* mque oblitus honorum ad pe gemit, *morbo morituro* — 499 *Victor* ad indignirei additur, cum nihil ei vicisse certamine cursus. — *avertitur*, potum aversatur. o *Crebra*, crebro, ut iam — *incertus*, qui per vices ertas accedit et recedit, ins, *ibidem*, circa aures, casudor; signate. Lucret. VI, *Sudorisque madens* per col- *splendidus humor*. — 501 *ille n morituris frigidus* ex noo quidem Hippocratis aphoIV, 37 *οἱ ψυχροὶ ἱδρῶτες, ἐν ὀξεῖ πυρετῷ γιγνόμενοι, τον σημαίνουσι*. — 502 h. et durescit, *ad tactum*, cum tangeretur, *tractanti*, tangenti, resistebat, *dura*, dum tenta ac sicca est.

504 Iungenda: *Sin in processu coepit crudescere morbus — Profuit* — ut vss. 505 *Tum vero* ad 508 sint tamquam interpositi. — *crudescere*, crudior ac saevior fieri; ita Servianum locum habet: *validior fieri*. Ut contra *mitescere, molliri*, dicuntur, quorum nimia vis imminuitur. — 505. 506. Lucretius VI, 1184. *Creber spiritus aut ingens raroque coortus*. Sed, quae tantum illustrant, hic quidem afferre non possumus. Multa huiusmodi apud Cerdam legi possunt. — 507 *tendunt* se, ut iam saepe; aut *tendunt* sc. pecudes, ut modo v. 503 *dant*. Redit sic ad totum genus armentorum. — 508 *lingua aspera*, inflammatione, *premit*, quia simul intumuerat (ut Ovid. Met. VII, 556 *Aspera lingua tumet*), *fauces obsessas*, seu simpliciter constrictas, interclusas ipso tumore, seu ulceribus, quae frequentia in hoc morbo, et a Lucretio etiam memorantur: v. 1146 *ulceribus vocis via septa coibat; φλυκταίνας* Graeci appellant. — 509 Imitatione expressa a Nemes. Cyneg. 228. 229. Vini usum om-

Lenaeos; ea visa salus morientibus una,
Mox erat hoc ipsum exitio, furiisque refecti
Ardebant, ipsique suos iam morte sub aegra,
(Di meliora piis, erroremque hostibus illum!)
Discissos nudis laniabant dentibus artus.
Ecce autem duro fumans sub vomere taurus
Concidit, et mixtum spumis vomit ore cruorem,
Extremosque ciet gemitus. It tristis arator,
Maerentem abiungens fraterna morte iuvencum,
Atque opere in medio defixa reliquit aratra.
Non umbrae altorum nemorum, non mollia possunt
Prata movere animum, non, qui per saxa volutus
Purior electro campum petit, amnis; at ima
Solvuntur latera, atque oculos stupor urguet inertis,
Ad terramque fluit devexo pondere cervix.
Quid labor aut benefacta iuvant? quid vomere terras
Invertisse gravis? Atqui non Massica Bacchi

nes fere veteres hac in calamitate commendant, ut antisepticum; etsi saepius nocere quam prodesse debuit. — 512 *Ardebant furiis*, furore corripiebantur ii, quos vinum infusum refecerat. — 513 Versus eximio cum artificio insertus, abominatione hac ad miserationem et ipsa faciente. date *errorem*, furorem, mentis abalienationem, *hostibus*, profanis, impiis, scelestis, opp. *piis*. Exemplum Nicandri aemulatur Ther. 186 Ἐχθρῶν κου τέρα κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειε. Sed, et in sqq. mirare delectum poëtae, qui omnia ea potissimum memorat, quae non tam horrorem quam miserationem movere possint.

515 *fumans* sudore. — 517 — 519 Lacrimosam imaginem sensit et expressit Statius Theb. IX, 8 — 85. Alius locus e Tryphiodoro dignus, qui comparetur v. 14 — 16. — 521 *movere animum*: quaeritur sitne iuvenci, qui conciderat, an iuvenci superstitis? an universe taurini generis? Est tamen poëta dignius non in toto boum genere morari, sed ad singula exempla procedere. Ita saltem ad unum taurum ex toto genere revocata puta dicta. In verbis expressit Lucretium II, 561. 363. *H.* Ad alterum taurum *abiunctum* verba 520 — 525 referenda esse videntur. *W.* — 522 *Electrum* metallum (cf. Aen. VIII, 402.) non succinum, intelligendum puto, quia illud splendore nobilius, et commune fere poëtis est, ab argento aquarum perlucidum candorem notare. Adstipulatur Servii auctoritas. cf. Callimach. in Cor. 29 et ib. Spanhem. — *At* apud Gr. poëtas ἀτάρ. — 523 *Solvuntur latera ima*, flaccescunt, corrugantur. Sed et reliqua languorem denotant.

525 — 530 Sex horum versuum pulchritudinem ita admirabatur Poëtices lib. V, c. 11 p. 264 b. Scaliger ut eorum auctor fuisse mallet, quam Croesum aut Cyrum dicto audientem habuisse. Equidem mallem certe versus scripsisse, quam eos tantum interpretari. — 526 *terras graves*, spissum, pingue solum, unde difficilis aratio; *glebae cunctantes*, ut Ge. II, 236, quaeque non minus *gravi vomere*, *gravi labore* indigent. *Massica*

era, non illis epulae nocuere repostae:
idibus et victu pascuntur simplicis herbae;
lla sunt fontes liquidi atque exercita cursu
nina; nec sommos abrumpit cura salubres.
pore non alio dicunt regionibus illis
esitas ad sacra boves Iunonis, et uris
ribus ductos alta ad donaria currus.
aegre rastris terram rimantur, et ipsis
nibus infodiunt fruges, montisque per altos
enta cervice trahunt stridentia plaustra.
lupus insidias explorat ovilia circum,
gregibus nocturnus obambulat; acrior illum
domat: timidi damae cervique fugaces
c interque canes et circum tecta vagantur.
maris inmensi prolem, et genus omne natantum,

r. Ge. II, 143. — 527 *epulae tae* in tam varia interpreta- malim accipere pro simplici *e*, *appositae*, ut Ge. IV, *t plena reponunt pocula*. Si vis in composito quaerenda, em inde petam, quod singuli orum missus novis mensis i solebant, ut sit iterum aque apponere. *H.* Ita co- significari statuerem. Quod lacebit — nam epitheton *re-* pro appositus mensa sen- m et *Massicum vinum* con- anti languere videbitur — *tae epulae* pro pretiosis epu- cipias, ut *repostum Caecubum* Horat. Epod. IX, 1. dicitur. 529. 530 *exercita cursu Flu-* h. vexata, fatigata; ornà- rvit epitheton, ut *fessae er- is undae* decurrentes aquae. *cula*, potio. *W.*

Tum factum esse aiunt id, nullo alio tempore in istis contigit, ut penuria candi- a vaccarum essot ad rem sa- — 532 533 Male post Ser- Intpp. Iunonem Argivam et sacerdotem, filiorum, Cleo- : Bitonis, pietate notam, huc ant. — *sacra Iunonis* pro svis sacris ponit; sed in his rum boum usus in primis in- erat ad pompam deae du- cendam. Itaque pro *bubus bufalos* (nam hi sunt h. l. *uri*. v. sup. ad Ge. II, 374) currui iunctos dicit. *impares* simpl., quod alter maior alter minor, diverso etiam, si placet, colore, erat. — *donaria* h. l. pro donariorum loco, templo, ut *pulvinaria* pro templis, iam Servius exposuit. — *alta* autem, h. alte exstructa, ad notam copiae et magnificentiae donariorum; unde et templum altum. — 534 Ipsi homines terram fodiunt, et *fruges*, h. semina, *unguibus*, digitis, *infodiunt*, terra occulunt. — *contenta cervice*, quae intenditur. Usus vocis Lucretianus. Quam ornata haec omnia!

537 Etiam feras lues tentat. *insidias explorat ovilia circum*, locum, occasionem insidiarum circa ovilia, conf. Aen. IX, 59 sq. — *nocturnus*, noctu, ut toties vidimus. Aen. IV, 303. — *H. obambulat gregibus*, ut *obambulare muris*, Liv. 36, 34. et *obequitare castris* dicitur. *W. acrior cura*, morbi. — 541 Aristotelem Histor. Anim. VIII, 19, 20. negare, pisces ullo pestilenti morbo tentari, iam Cerda notavit; et videri potest castissimus poëta potius ingenio indulsisse, quam rerum veritati, certe in illis, quae de serpentum v. 544 546 strage memorat, quae

Litore in extremo, ceu naufraga corpora, fluctus
Proluit; insolitae fugiunt in flumina phocae.
Interit et curvis frustra defensa latebris
Vipera, et adtoniti squamis adstantibus hydri.
Ipsis est aer avibus non aequus, et illae
Praecipites alta vitam sub nube relinquunt.
Praeterea iam nec mutari pabula refert,
Quaesitaeque nocent artes; cessere magistri,
Phillyrides Chiron, Amythaoniusque Melampus.
Saevit et in lucem Stygiis emissa tenebris
Pallida Tisiphone Morbos agit ante Metumque,
Inque dies avidum surgens caput altius effert.
Balatu pecorum et crebris mugitibus amnes
Arentesque sonant ripae collesque supini.
Iamque catervatim dat stragem, atque aggerat ipsis
In stabulis turpi dilapsa cadavera tabo,
Donec humo tegere ac foveis abscondere discunt.
Nam neque erat coriis usus, nec viscera quisquam

qua fide, qua auctoritate posuerit, ignoro. Infectis tamen aquis pisces contagiosis morbis vexari, res est inter historiae naturalis auctores nunc satis explorata. — *H.* 543 *insolitae fugiunt*, id facere non solitae. Cic. Verr. III, c. 37. *Cur pudentissimas feminas in tantum virorum conventum insolitas invitasque prodire cogis. W.* — *phocae*, vituli marini. — 545 *attoniti*, torpentes, rigentes. — *squamis adstantibus*, stantibus, erectis, horrentibus.

549 *Quaesitaeque nocent artes*, parata remedia. — *cessere magistri*, cedunt morbo, (*mussabat tacito medicina timore* Lucret. VI, 1177) vincuntur, artem ei suam imparem esse vident medici, et quidem *praestantissimi*, quos nominibus clarissimis exornat *Chironis*, e Philyra Nympha et Saturno, et *Melampodis*, ex Amythaone, Aesonis fratre, nati, quorum hic quidem auguriis et καθαρμοῖς maxime illustris apud poëtas, alter vero herbis. — 551 — 553 Versus longe praestantissimi et pictura omni vividiores. *Et pallida Tisiphone* e *Stygiis tenebris in lucem* emittitur, aut, quod gravius est, *emissa saevit*, et *ante se agit Morbos ac Metum*, et more eorum deorum, qui hominibus sive augusta sive terribili forma apparebant, fit maior maiorque, *surgit*que adeo et *effert caput avidum*, quia ipsa mortis avida, *in dies altius*. Interea undique circa ipsam armenta et greges aegrotant, mox toti greges pereunt 554 — 557.; at quanto feralius ipsa *dat*, edit, *struges*, etc.! Priora imitatus est Gratius Cyneg. 373. *Quod sive a Stygia Letum Proserpina nocte Extulit, et Furiis commissam ulciscitur iram*, h. et emittit Furias, quae ulciscantur iras suas. — 559 ad f. Unicus modus restabat pestilenti morbo medendi (isque nostrorum quoque sapientum iudicio unicus), ut tecta cadavera ex conspectu hominum auferrentur, *ut humo tegerentur*. Nihil enim ex toto animante usui alicui inservire poterat. *Coriorum* nullus erat usus, si quis ea deripere et corpora iis nudare in animum indu-

Aut undis abolere potest, aut vincere flamma;
No tondere quidem morbo illuvieque peresa
Vellera nec telas possunt adtingere putris.
Verum etiam invisos si quis tentarat amictus,
Ardentes papulae atque inmundus olentia sudor
Membra sequebatur, nec longo deinde moranti
Tempore contactos artus sacer ignis edebat.

xerat; *viscera* autem, h. corpora cute nudata, carnes, in tanta copia nec aqua nec igni consumi poterant; restabat adeo, ut terra defoderentur. Sed 561 nec *lanae* ullus usus erat, corrupta *pelle* per ulcera et saniem, quae est *illuvies*, nec tutum erat eas lanas (*telas* a consequente appellat), pestilenti putredine infectas, *attingere*, h. tractare. Si tamen eas tractare, (563) et vestem inde texere homines perstiterant, ubi quis vestem inde confectam, *amictus invisos*, quos abhorreres, induceret, *papulis*, pustulis, exanthematibus, carbunculis, rodenti sanie tumentibus, et foetido *sudore*, ac brevi tempore post *sacro igni* corpus infestabatur. Est autem *sacer ignis*, de quo cf. Colum. VII, 5. Lucret. VI, 1165, erysipelatis *φλεγμονώδους* genus, v. Celsum V, 28, 4; quamquam is ab erysipelate diversum facit. Aliis phlegmone est. — 564 *sudor membra sequebatur*, se diffundebat per membra. Aen. IX, 812 *tum toto corpore sudor liquitur*. Pro: *nec longo tempore* eius, qui tentarat, induerat, *artus*, vel ei *artus sacer ignis edebat*, dixit plenius, *moranti* ei; non per longum tempus ei moras trahere licebat, dum sacro igni tentari coepit.

P. VIRGILII MARONIS

GEORGICON

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

De re apiaria et mellificio in hoc libro acturus, primo loco exponit argumentum, Maecenatisque propitiam voluntatem sibi exorat 1—7. *Inde de alvearii situ, fabrica et apparatu praecipit* — 50; *tum de examinum exeuntium cura, seu vere incunte vagantur* — 66, *seu ad pugnam exeunt discordibus inter se voluntatibus super rege creando* — 97. *Tum*

alteruter rex est necandus — 102; *aut si temere vagantur apes, partim regibus alae sunt resecandae, partim gratae herbae circa alveare serendae* — 115. *Cum attingeret locum de horto colendo, hoc argumentum aliis tractandum reliquit* — 148. *De ingeniis, naturis et moribus apum agit, revocata eorum oeconomia, quam vocamus, ad reipublicae formam, quam enarrat* — 218, *tam sollerter institutam illam, ut rationis illae munere impertitae esse videantur* — 227. *Sequitur locus de exemtione favorum* — 238; *sin relinquatur pars favorum, quae tum curanda sint* — 250. *De morbis apum et morborum cura* — 280. *De examinis exstincti reparatione et de progeneratione apum ex iuvenco peremto et putrefacto* — 311. *Quod cum inventum Aristaei esse perhibeatur, descendit ad enarrationem fabulae, qua ille fertur, exstincto examine, adiisse matrem Cyrenen, ab hac iussus consulere Proteum de caussis calamitatis et eiusdem remediis, edoctusque, evenisse sibi rem ob piaculum contractum ex Eurydices, Orphei coniugis, raptu, inferias ei fecisse; quo facto boum corpora, in luco relicta, paullo post examinibus novis efferbuere.* — *ad fin.*

Protenus aerii mellis coelestia dona
Exsequar. Hanc etiam, Maecenas, adspice partem;
Admiranda tibi levium spectacula rerum,

1 Deinceps de mellificio se dicturum esse pollicetur, *aerium mel*, quia ex rore (qui utique ex aëre defluit, inquit Servius,) colligi ab apibus credebatur. Seneca Epist. 84. *Quibusdam placet, non faciendi mellis scientiam apibus esse, sed colligendi.* cf. Plin. XI, 12 s. 12: Aristot. Hist. Anim. V, 22 i Colum. IX, 14, 20. Erroris quidem causa facile intelligitur; eadem tamen de causa, *coelestia dona*, deorum munus, appellat mel. conf. Plin. l. l. Ceterum ab initio statim huius libri adolescentes *ad duo* attendant, *primum* ad artificium rem tenuem et exilem imaginibus cum gratia et iucundia, tum praeclaris et magnificis, sine inepto fastu, ornandi; *deinde* ad calliditatem in inferenda varietate ac copia in argumentum quamvis ieiunum et exile, quo maxime episodiorum opes referas. *Ornatum* quidem *ac varietatem* maxime modo ab maiorum animantium, pecudum et armentorum, modo ab hominum attributis, in primis iis peticam videbis, quae humanae vitae et hominum societati ac coniunctioni, rebus publicis adeo et exercitibus, propria esse videntur; unde *tecta, aedes, penates, lar, thalami, cunabula, stabula, oppida, urbs, aula, regna, prae-*

Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis
Mores, et studia, et populos, et proelia dicam.
In tenui labor; at tenuis non gloria, si quem
Numina laeva sinunt, auditque vocatus Apollo.
Principio sedes apibus statioque petenda,
Quo neque sit ventis aditus (nam pabula venti
Ferre domum prohibent), neque oves haedique petulci.
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, et surgentis adterat herbas,
Absint et picti squalentia terga lacerti

[illegible], *portas* et alia arcessita sunt. Quorum quidem usus ipsa [illegible] vulgaris hominum [illegible], cum intelligentiam, nescio [illegible], et sollertiam apum ingeniis [illegible], eamque mirificis rerum [illegible] exornant, et quae illae [illegible] aliquo naturae ductu et [illegible], cuius rationem idoneam [illegible] non possumus, faciunt, [illegible] voluntatem et prudentiam, virtutem animi ac pietatem referunt. Poëta autem praeclare his praesidiis usus est; habet enim insignem ad animos nostros suavitatem, si nostrorum morum ac consiliorum imaginem in aliis animantibus adumbratam videmus. Totus autem hic de apibus locus multis illustrari potest post Varronem III, 16, unde pleraque sumta, ex Columellae libro IX, qui, de apum disciplina tradens, praeter Celsum et Hyginum, quorum libri nunc interciderunt, Virgilium secutus est. Adde Aristot. Hist. Anim. V, 20—22 et IX, 40.; et hunc poëta saepe ad verbum expressit; Plin. XI, 1—20: Geopon. XV: Pallad. I, 37—39. Columellae ea loca adscripsimus, in quibus ad Virgilium respexit. — 6 Conf. Ge. III, 289. 290. (Compositionem similem vid. apud Tacit. Ann. IV, 32. *Nobis in arto et inglorius labor. W.*) — 6. 7 *si quem Numina laeva sinunt* sc. dicere haec; quod utique proximum est. *numen, numina*, ut omnino pro voluntate deorum dicitur, ita in primis pro oraculis, vaticiniis, ominibus, auspiciis: Aen. II, 123 *quae sint ea numina divum*, quale illud sit responsum. VIII, 521. de auspicis monitu, et sic saepe; ergo et pro augurio. — *Laeva* autem, etsi exemplum huius usus aliud non est, h. l. ex augurali disciplina petitum vocabulum esse necesse est, ut sint dii secundi, propitii; translata enim est vox ad prodigia et ostenta; ut Aen. II, 693. *intonuit laevum*, et IX, 630. de augurio fausto. Ergo *numen laevum* est augurium secundum. Nam vix satis procedit, si accipias: modo per adversa numina liceat, h. modo ne quod numen adversetur, et modo Apollo (pastoralis, nomius) invocatus faveat. *H. auditque vocatus. Vocatus audio* est formula solemnis de deo, qui post preces factas favet. cf. Horat. Od. III, 22, 3: II, 18, 40. Mutata illa est Aen. III, 395. *aderitque vocatus Apollo. W.*

8 De alvearii situ praecipit quae cavenda sint — 17, quae optanda — 32. Eadem praecipit Varro III, 16, 12 sq., quem poëta omnino secutus est, et reliqui, quos supra laudavimus, inprimis Columell. IX, 4—7. Idem locum hunc excitat c. 4 pr. — 10 Epitheton *haedi petulci* Lucretio deberi, observat Macrob. VI, 5. In illo sunt II, 368. *agni petulci.* — 12 *surgentes herbas*, crescentes, ut Ecl. V, 39: Ge. I, 161. et alibi. — 13 Varia animantia, apibus insi-

Pinguibus a stabulis, meropesque, aliaeque volucres,
Et manibus Procne pectus signata cruentis.
Omnia nam late vastant, ipsasque volantis
Ore ferunt dulcem nidis inmitibus escam.
At liquidi fontes et stagna virentia musco
Adsint, et tenuis fugiens per gramina rivus;
Palmaque vestibulum aut ingens oleaster inumbret,
Ut, quum prima novi ducent examina reges
Vere suo, ludetque favis emissa iuventus,
Vicina invitet decedere ripa calori,
Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.
In medium, seu stabit iners, seu profluet humor,
Transversas salices et grandia coniice saxa,
Pontibus ut crebris possint consistere, et alas
Pandere ad aestivum solem, si forte morantis
Sparserit, aut praeceps Neptuno inmerserit Eurus.
Haec circum casiae virides, et olentia late
Serpylla, et graviter spirantis copia thymbrae

diantia, ab alveari, quod *pinguia stabula* appellat, arceri iubet: v. Colum. IX, 7, 5. 6. Inf. 242. stellio quoque memoratur. — 14 *merops* nota avis, apibus inimica; *apiastrum* vulgo vocant, aut ab apum comestione nomen imponunt *Immenwolf*, *Bienenfraß*, *Bienenspecht*. — 15 Ovid. Met. VI, 669. *neque adhuc de pectore caedis Excessere notae, signataque sanguine pluma est.* Maculas in hirundinis collo rubellas ab sanguine repetunt poëtae, quo, cum filium manibus suis iugulabat, respersa est. Pro *maculis* itaque doctius *manus* memorat poëta. — 16 Et ipsas apiculas rapiunt, ut pullis suis comedendas apponant. — *nidi* pro pullis. Cf. Aen. XII, 475. Ornatissimus versus.

18 *stagna virentia musco*, stagna dulcis aquae, sive ripa musco obducta, sive saxis musco coopertis exstantibus. cf. Ge. III, 144: Ecl. VII, 45: Lucret. V, 949: Hor. Epist. I, 10, 7. Mox *tenuis rivus* signate; nam profundus ac rapidus abriperet apes aquantes. cf. Varron. III, 16, 27. aquam — ita *ut ne altitudine adscendat duo aut tres digitos* etc. *tenuis fugiens rivus*, duplex epitheton. v. ad Ge. I, 407. — 21 *prima*, cum primum evolaverit. — 22 *vere suo*, sibi grato et aptissimo: *Serv.* seu quo ipsae natae sunt et adolevere, primumve volatum tentant. — 25 *decedere calori*, ut *nocti* sup. Ge. III, 467. — 24 Pulcherrimus versus: *arbos obvia teneat hospitiis f.* h. excipiat.

25 *seu stabit iners humor*, in stagno v. 18.; *iners*, sine motu. — 29 *aut eurus praeceps*, ventus vehementior, cum impetu irruens, *immerserit Neptuno*, aquae: fortasse nimis amplificatum hoc. *H. sparserit*, imbre. Nam *spargere* pro irrigare, irrorare usurpatur. *W.* — 30 *Circum haec*, quae modo enarravit, circa fontes et stagna, amoena prata esse debent. Colum. IX, 5, 6. *circa totum apiarium*. De *casia*, herba coronaria, alias *thymelaea*, cuius fructus in officinis *granum Cnidium*, vid. ad Ge. II, 213: de *serpyllo* ad Ecl. II, 11. — *thymbra* eadem, quae satureia, *Pfefferkraut*, aut

oreat, inriguumque bibant violaria fontem.
sa autem, seu corticibus tibi suta cavatis,
u lento fuerint alvearia vimine texta,
ıgustos habeant aditus; nam frigore mella
ɔgit hiems, eademque calor liquefacta remittit.
traque vis apibus pariter metuenda, neque illae
equidquam in tectis certatim tenuia cera
ɔiramenta linunt, fucoque et floribus oras
xplent, conlectumque haec ipsa ad munera gluten
t visco et Phrygiae servant pice lentius Idae.
aepe etiam effossis, si vera est fama, latebris
ub terra fovere larem, penitusque repertae
umicibusque cavis exesaeque arboris antro.
'u tamen e levi rimosa cubilia limo
ngue fovens circum, et raras super iniice frondis.

ısdem saltem generis. — 32 et iolae proveniant. at quam ornate! laudianus XXXVI, (de rapt. roserp. libr. III) 233. *prima sub ice, quum rore sereno Albet ager, parsosque bibunt violaria succos.* — *violaria*, loca violis consita, . l. pro violis possunt accipi. — *riguum* h. l. qui irrigat. *H.* Conf. lor. ad Ge. II, 485. *W.*

33 De fabrica alvearis. v. Colum. IX, 6. unde §. 1. colligas, *ortices suberis* potissimum h. l. ntelligi. Stramineorum alvearium ısum notum fuisse Romanis, non eperio. — 36 *liquefacta remittit*, ırnatius pro liquefacit. — *remittere* pro resolvere. — 37 *neque — Vequidquam*, h. ac propter hoc psum. — *nequidquam* h. l. sine aussa, frustra; at Ge. I, 95. 96. 92. 403. sine fructu. — 39 *Spiamenta*, quae v. 35 *angusti adtus*. cf. Colum. IX, 7, 5. (rimas lvearium tenues intelligit H. Vosius. *W.*) — *fuco et floribus* h. l. ucco florum, quo inducitur et nasi infucatur alveus: ut recte ir doctus post Martinum monuit. labuit ante oculos Aristot. verba . A. IX, 40. p. 944. ed. Par. D. 945. A. — 40 *gluten*, s. glutinum, est *propolis* veterum de apiıs magistrorum. Plinius XI, 7. s. 6. *E vitium populorumque mitiore gummi* propolis, *crassioris iam materiae, additus floribus* (succo e floribus), *nondum tamen cera, sed favorum stabilimentum, qua omnes frigoris aut iniuriae aditus obstruuntur, odore et ipsa etiamnum gravi, ut qua plerique pro galbano utantur.* Varro III, 16, 23. *De his* propolin *vocant, e quo faciunt ad foramen introitus protectum in alvum, maxime aestate.* — *Idaea pix*, v. Ge. III, 460. — 42 *effossis latebris*, in cavis terrae, non quasi ipsae effodiant, ut Servius videtur accipere. In ea se recipiunt vitandi frigoris caussa. — 43 *fovere larem*, habitant. v. ad Ge. III, 420. *fovit humum serpens.* — 43. 44 Et reperiri solent intus in pumicum, s. saxorum, arborumque cavitatibus. Itaque repertum mel in rupium et arborum cavis. — 45. 46 Apum diligentiam apiarii opera adiuvandam dicit. *Levis limus*, lutum aqua subactum et tactu lubricum et visu nitidum. — *ungue e limo* proprie dictum, ut medici solent. — *rimosa cubilia*, in pedestri sermone: rimas cubilis, h. alvearis, *ungue circum, fovens*, hoc poëtico ornatu adiectum; nam ad calorem continendum alias id fieri

Neu propius tectis taxum sine, neve rubentis
Ure foco cancros, altae neu crede paludi,
Aut ubi odor coeni gravis, aut ubi concava pulsu
Saxa sonant, vocisque offensa resultat imago.
Quod superest, ubi pulsam hiemem sol aureus eg
Sub terras, coelumque aestiva luce reclusit,
Illae continuo saltus silvasque peragrant,
Purpureosque metunt flores, et flumina libant
Summa leves. Hinc nescio qua dulcedine laetae
Progeniem nidosque fovent; hinc arte recentis
Excudunt ceras, et mella tenacia fingunt.
Hinc, ubi iam emissum caveis ad sidera coeli
Nare per aestatem liquidam suspexeris agmen,
Obscuramque trahi vento mirabere nubem,

solet, ut rimas obturemus. Cetera illustrat Columella IX, 14, 14. *Quidquid deinde rimarum est, aut foraminum, luto et fimo bubulo mistis illinemus extrinsecus, nec nisi aditus, quibus commeant, relinque. Et, quamvis porticu protecta vasa, nihilominus congestu culmorum et frondium supertegemus, quantumque res patietur, a frigore et tempestatibus muniemus.* — 47 Subiicit nonnulla, quae in adornando alveari cavenda sunt. *De taxo* v. Ecl. IX, 30. *De cancri nidore*, cum est igni adustus (uri autem solet in variorum morborum cura), v. Gesneri notam ad Colum. IX, 5, 6. — 48 *neu crede eas paludi aut* eiusmodi loco, *ubi*. (De positura verborum *altae neu* vid. Not. ad Ecl. IV, 63. *W.*) — *odor gravis*, molestus, quia vehemens et teter est. — *offensa imago*, h. *solidis adlisa locis*, ut Lucret. IV, 574. Sequitur poëta Varronem III, 16, 12. cf. Colum. IX, 5. extr. Rei caussam Plinius adiungit XI, 19. s. 21. *Inimica est et echo resultanti sono, qui pavidas alterno pulset ictu. H. pulsu sonant* proprie dicitur, cum vox, sonus quivis perfertur aëre ad saxa, unde *repercussu* redditur. *W.* — 51 Ceterum vere ineunte exire incipiunt apes. *Schwaermen.* conf. Colum. IX, 14. 1. et 18. *egit* [illegible] *sam*, populit, *hiemem sol sub* [illegible] *ras.* — *coelum reclusit*, tectum [illegible] huc et obductum nubibus [illegible] nimbis. — 54 *purpureos fl*[illegible] simpl. pulchros, ut saepe; *cre*[illegible] alibi, ut v. 109. — *metunt*, [illegible] gantius, quam carpunt. — 55 [illegible] poëtico ornatu, quo ipso ind[illegible] tur, cur suspensae in superfici[illegible] librare possint. — *hinc*, ex [illegible] floribus et fontibus, *fovent*, al[illegible] *progeniem nidosque* (ut v. 17 [illegible] pullis), novos fetus suos. Col[illegible] IX, 14, 18. *Nam ab aequino*[illegible] *verno sine cunctatione iam p*[illegible] *sim vagantur, et idoneos ad* [illegible] *tum decerpunt flores, atque in* [illegible] *tecta comportant.* — *nescio* [illegible] *dulcedine laetae.* idem ver[illegible] Ge. I, 412.

58 — 62 Itaque etiam nova [illegible] amina, cum primum se aëri c[illegible] dunt, fontes et arbores petere [illegible] debis. *Hinc*, nunc ab hoc te[illegible] pore, ad ordinem operis facie[illegible] spectat. *Caveas* de alveo, a th[illegible] tri sedibus petita imagine. — *per aestatem liquidam*, per aër[illegible] liquidum, aestiva serenitate; *liquidus aer, aether.* — *Nare*, [illegible] lare, unde mox: *trahi ven*[illegible] contra *navis volat* apud poëtas [illegible] 60 *nubes*, perpetuum de exa[illegible]

Contemplator: aquas dulcis et frondea semper
Tecta petunt. Huc tu iussos adsperge sapores,
Trita melisphylla, et cerinthae ignobile gramen;
Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum.
Ipsae consident medicatis sedibus, ipsae
Intima more suo sese in cunabula condent.
Sin autem ad pugnam exierint; — nam saepe duobus
Regibus incessit magno discordia motu,
Continuoque animos volgi et trepidantia bello
Corda licet longe praesciscere; namque morantis
Martius ille aeris rauci canor increpat, et vox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum:
Tum trepidae inter se coëunt, pennisque coruscant,
Spiculaque exacuunt rostris, aptantque lacertos,

[illegible] — 62 *Contemplator*. de forma [illegible] v. sup. I, 187. *Huc*, in fron[illegible], in arborem, ne ulterius [illegible] agmen, utque in novum [illegible] condi possit, *adsperge sa*[illegible] *iussos*, succos, quos ad[illegible] moneo, iubeo; inf. v. [illegible] *monstratas excitat aras*. cf. [illegible] III, 16, 30. 31. adde 22. 28. [illegible] — 63 *melisphyllum*, seu [illegible]ophyllum, apiastrum, cf. [illegible] III, 16, 10: vulgo *melis*[illegible] — *Cerinthe*, nobis hortensis, [illegible] silvestris ac valde fre[illegible]; hinc *ignobile gramen* h. [illegible] v. Plin. XXI, 12. cf. Colum. [illegible] 13, ubi et hic versus lau[illegible], et c. 12. — 64 *Matris cym*[illegible] in magnae matris Deorum, [illegible], sacris adhiberi solita, ut [illegible]. Ceterum tinnitu aeris apes [illegible] et in alvearia condi, res vul[illegible] usu cognita. — 65 *medicatis* [illegible], h. in loco succis adsper[illegible] et oblito. *medicare semina* vi[illegible] Ge. I, 193. — *cunabula* pul[illegible], quia de fetu apum.

67 Poëta negligentiore oratione [illegible] est, et, dum in digressio[illegible] abripitur, praestantissimum [illegible] confessione locum, apo[illegible] non nisi v. 86. 87. subiunxit, [illegible] ut reliqua omnia in medio in[illegible] sint. Si nova examina al[illegible] veari prodeunt, tinnitu aeris revocantur; aiā ad pugnam exierint, adspersione pulveris. — *Regibus incessit discordia* pro vulgari ratione: *reges incessit*. *Reges*, quos nunc apum matres esse scimus. — 69 *Corda bello trepidantia*, h. animos trepidantium, festinantium, satagentium, dum se ad bellum accingunt, ut mox *trepidae coeunt*, h. festinantes alacritate pugnandi, non timore. Alibi Ge. III, 105. *exsultantiaque haurit Corda pavor pulsans*. Transtulit autem poëta ea, quae omnium apum migrationes antecedere solent, ad id, quod interdum sub idem tempus accidere solet, cum bellum civile apes movent; et habuit ante oculos Aristotelem H. A. IX, 40. p. 946. E: Varron. R. R. III, 16, 30: poëtam autem Columella IX, 9. — 71 dum bombum faciunt. *fracti sonitus*, h. non continui, modo fortiore modo remissiore spiritu. — 73 *pennis coruscant*, ex frequenti motu, micant. — 74 *Spicula rostrorum*, aculeos acuunt seu cum Martino simplicius: rostris aculeos videntur acuere, quod muscas quoque facere videas. — *aptant lacertos*, ut solent pugiles, qui ante certamen explorant vires, iactant brachia; ut Aen. V, 376. 377. —

Et circa regem atque ipsa ad praetoria densae
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem.
Ergo, ubi ver nactae sudum camposque patentis
Erumpunt portis, concurritur, aethere in alto
Fit sonitus, magnum mixtae glomerantur in orbem,
Praecipitesque cadunt: non densior aëre grando,
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis:
Ipsi per medias acies insignibus alis
Ingentis animos angusto in pectore versant,
Usque adeo obnixi non cedere, dum gravis aut hos
Aut hos versa fuga victor dare terga subegit.
Hi motus animorum atque haec certamina tanta
Pulveris exigui iactu conpressa quiescunt.
Verum ubi ductores acie revocaveris ambo,
Deterior qui visus, eum, ne prodigus obsit,
Dede neci; melior vacua sine regnet in aula.

75 *praetorium* h. l. ex usu castrensi. — *miscentur*, conveniunt exquisitius; vulgarius est, quod legitur 79., *mixtae*, pugna congressae. — 77 Redit oratio ad v. 67. *Sin autem exierint.* — *Ergo ubi — erumpunt*, concurrunt. *ver sudum*, coelum sudum verni temporis; idem sunt *campi patentes*, aer purus et liquidus, non nubibus clausus. Antea interpungebatur *patentes*, *Erumpunt portis*; *concurritur*; ut ad *nactae* suppleretur *sunt*. *II.* Quae ratio praestare mihi videtur. Nam ellipsis illa per se non dura, quam vide supra, ubi eadem membrorum iunctura, similiter usurpatam Ge. III, 235. *Post, ubi collectum robur viresque refectae (sunt), signa movet, praecepsque oblitum fertur in hostem.* Nec displicet asyndeton *erumpunt*, *concurritur*, quod ardorem pugnandi notat. Non abhorret ab asyndetis Maro. cf. Ge. II, 6. Denique particula *ergo*, referenda, non ad v. 67., sed ad magnam cupidinem pugnae, qua agmina ad duces quaeque suos convenerant 73 — 76., significat, quae ardorem istum sequantur, apes prima occasione pugnandi uti. Ut rationem et pulchritudinem totius loci intelligas, hanc singulorum membrorum iuncturam teneas. Poëta v. 67. causam pugnae subiiciens *non saepe*, v. 69. digreditur ad descriptionem animorum et paratus apum — 77; cui commode annectitur ipse concursus proelii. — 85 Quo depicto, monet, quae ad illum impediendum facienda sint 86. 87.; qui versus apodosin addunt protaseos v. 67. *Sin autem ad pugnam exierint.* Ita vero habes anacoluthiam suavissimam. Ceterum ex hac interpretatione et copulatione singulorum signa parentheseos 67. 76. delenda esse apparet. *IV.* — 82 *Ipsi*, reges. — 84 *obnixi non cedere, usque adeo dum*, in vulgari oratione: ita obnituntur, ut non cedant, *donec*. — 86 cf. ad v. 67. Sin ad pugnam exierint, et pugnam commiserint, pulveris iactu in alveum revocantur. — 87 *compressa quiescunt* comprimuntur; antea erat *quiescent*.

90 Dissidium civile inter examina enecto altero rege sedandum cum sit, nunc de specie ac colore regum et ceterarum apum agitur. *H. revoc. acie.* Eadem structura apud Tacit. Agr. c. 18. *revocare aliquem possessione insulae.* *IV. melior*, fortior, victor

Alter erit maculis auro squalentibus ardens;
Nam duo sunt genera; hic melior insignis et ore,
Et rutilis clarus squamis: ille horridus alter
Desidia, latamque trahens inglorius alvum.
Ut binae regum facies, ita corpora plebis.
Namque aliae turpes horrent: ceu pulvere ab alto
Quum venit et sicco terram spuit ore viator
Aridus; elucent aliae, et fulgore coruscant
Ardentes auro et paribus lita corpora guttis.
Haec potior suboles; hinc coeli tempore certo
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, et durum Bacchi domitura saporem.

— *prodigus* h. l. qui mel tantum consumit, ipse non parat. — 91 Sequentes versus recitat et illustrat Colum. IX, 10. Sunt autem fere ad verbum ex Aristotele confecti H. A. X, 40. p. 945. D. E. ed. Paris. Opp. *maculae squalentes*, tinctae, obductae, *auro*, h. maculae aureae. cf. Aen. X, 314: XII, 87. Unde mutuatus est Silius II, 547. 585. Putidum est Grammaticorum (vid. Gell. II, 6: Macrob. VI, 7: Nonium VI, 26) commentum, *squalere* a *squamis* deducentium. Sed *squalere*, quod vulgo de corpore, illuvie et sordibus obducto, dicitur, ex primo et proprio significatu de re madore corrupta ac muco usurpatur; apud poëtas denique de quacunque re, cui aliquid illinitur, quae incrustatur, adeoque etiam de colore adscititio. Omnino *squalent*, quae non sunt levia ac nitida; ut illa *horrere* dicuntur, quae aspera sunt, etiam sine sordium notione. — 92 *insignis ore*, forma, mox v. 95. *faciem* dixit. Plin. XI, 16. *Omnibus* (regibus) *forma semper egregia et duplo, quam ceteris, maior.* — 93 *alter ille horridus*, foedus adspectu (mox *turpes horrent*, eodem sensu v. 96). — *desidia*, inculto et negligentia, et hoc ipso *latam trahens alvum*, obesus, *χλανυγάστωρ*.

96 *turpes horrent* pro sunt, sed cum notione asperitatis. cf. ad v. 91. *ceu viator* horret, *quum venit ab alto pulvere*, ex via pulverulenta, pulvere alte a vento in acrem levato, acto. — *spuit terram*, in terram, ait Servius; pro compos. inspuit; praestat, spuit terram, exspuit pulverem. — *Aridus*, sitiens; ut *ἀναλέος* ap. Callim. in Cer. 6. *ὅτ' ἀφ' ἀναλέων στομάτων πτύωμες ἄπαστοι*. — 99 *Ardentes corpora*, corporibus, *lita*, illita, inducta, *auro et paribus guttis*, aureis maculis. Locum expressit et excitavit Colum. X, 3, 2., qui affirmat Virgilium Aristotelis in his auctoritatem (Hist. Anim. IX, 40. adde V, 22) esse secutum. Cf. Varron. III, 16, 19. — 100 Ex his praestantissimi apum fetus educantur; ex his optimum mel paratur. *coeli* (v. ad Ge. III, 327) *tempore certo*, vere et auctumno. cf. 231. — *premes* eliquando. cf. v. 140. — 101 *mella liquida* communi naturae mellis epitheto et vero etiam proprio quodam dicuntur. Tum autem et in vitio haberi possunt, utpote fluentia, ut v. 36. (opponuntur *tenacia* v. 57), et in laude, ut h. l., ut sint pura, et opponantur iis, quae faece ac sordibus crassa sunt. cf. infra 163. 164. Porro, quod sequitur, veteres vina melle *condiisse*, atque hinc etiam *mulsum* conficere consuevisse, satis notum est, vel ex Horat. Sat. II, 5, 24. —

At quum incerta volant coeloque examina ludunt,
Contemnuntque favos, et frigida tecta relinquunt,
Instabilis animos ludo prohibebis inani;
Nec magnus prohibere labor. Tu regibus alas
Eripe; non illis quisquam cunctantibus altum
Ire iter, aut castris audebit vellere signa:
Invitent croceis halantes floribus horti,
Et custos furum atque avium cum falce saligna
Hellespontiaci servet tutela Priapi.
Ipse thymum pinosque ferens de montibus altis
Tecta serat late circum, cui talia curae;
Ipse labore manum duro terat; ipse feracis
Figat humo plantas, et amicos iuriget imbris.
Atque equidem, extremo ni iam sub fine laborum
Vela traham, et terris festinem advertere proram,

durum saporem, austerum. cf. Not. ad I, 341.

104 Examina autem temere vagantia comprimenda sunt, regibus ne evolent prohibitis, et florum copia in propinquo apes invitante. *frigida tecta* ex hoc ipso, quod alvearium ab apibus destitutum est; nam cum assidue incolunt, tum *fovent*, ut v. 43. *fovere larem*. Sic *frigidus torus* pro viduo. Nam *opus*, quod *fervet*, huc trahi nequit. 105. *ludo*, volatu vago. — 106. Rem eandem tradit Columella, simulque modum IX, 10, 3, et IX, 9, 8. — 107 *quisquam*, quasi de militibus loqueretur. — *altum iter*, de volatu. — 109 horti, in quibus sunt flores halantes. — 110 Omnia haec vulgo nota. Sed quid ad apes Priapi signum? Scilicet illud in hortis positum, arcere falce sua etiam fures ab alvearibus et terrere aves videri poterat. cf. Horat. Sat. I, 8, 4. sqq. Eum Lampsaci ad *Hellespontum* potissimum cultum esse, non minus constat. *tutela Priapi* pro *Priapus*, qui custodit hortos a furibus, observat fures. *H.* Causa compositionis singularis *custos furum* inde repetenda, quod *custodire aliquem* hoc quoque sensu dicitur: observare aliquem, a quo metuendum est. Cic. Cat. I, 2. I. *multorum te oculi et aures — speculabuntur atque custodient. W.* — 112 De thymo apibus gratissimo res nota. Loquitur autem poëta Romanus de eo, qui nunc *thymus capitatus*, in Italia et Graecia frequentissimus. — *semper virens pinus* memoratur etiam Columella. IX, 4, 2 et 5, 6; erat autem illa veteribus inter hortenses arbores, ut vel ex Ecl. VII, 65. et inf. v. 141. patere potest. — *H. labore terat*. Tibull. I, 4, 48. *opere adterere manus. W.* 115 *amici imbres*, aqua ex fonte aut fluvio. — *irrigat imbres*, ad plantas, exquisitius, quam vulgare; *irrigat plantas imbribus*. cf. Aen. I, 691. *H.* Conf. eandem constructionem verbi *irrigare* apud Catonem R. R. c. 36. *amurcam irrigare ad arbores*. Unde *fons irriguus* recte dicitur IV, 32. *W.*

116 — 148 Argumentum curae horti colendi aliis se relinquere tractandum dicit; quam partem deinceps Columella libro X explendam suscepit. Nam Rapini hac de re insipidum opus in hunc censum non venit. Versus sunt longe ornatissimi, in primis herbarum hortensium epithetis et aliis attributis. conf. Plin. XIV, 1. *Quamquam videmus Virgilium ea de*

·sitan et, pinguis hortos quae cura colendi
ıaret, canerem, biferique rosaria Paesti;
oque modo potis gauderent intuba rivis,
virides apio ripae, tortusque per herbam
:sceret in ventrem cucumis; nec sera comantem
·cissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi,
lentisque ederas, et amantis litora myrtos.
nque sub Oebaliae memini me turribus arcis,

sa (propter rerum humilita-
) *hortorum dotes fugisse* etc.
8 — 124 Forsitan de cura hor-
m dixissem. Iam ornatum con-
ılare. — 118 *pingues hortos*,
pingui, fertili. — *quae cura*
ıdi ornaret hortos, in prosa:
: in qua etiam tempora ali-
sibi responderent: *traherem*,
narem. — *canerem*. (cf. Obss.
ibull. I, 8, 22. *faceret, ni so-*
. *W.*) — 119 *Paestum*, s. Po-
nia, Lucaniae urbs, ad sinum
tanum, non longe a Silaro,
clara urbs apud poëtas; nu-
ruinis repertis celebrata. *H.*
Ovid. Met. XV, 708. *tepidique*
ria Paesti — et Propert. IV,
9. Non tamen videtur *Pae-*
a rosa singulari aliqua virtute
lluisse; alioquin Plinius lib.
. c. 4., ubi de generibus prae-
issimis rosarum agit, de *Prae-*
na, *Campana*, aliis, illam non
termisisset. Sed eam memo-
Colum. X, v. 37. ubi vid. in-
). — Tradidit de Mileto Ae-
s secundum Athenaeum lib.
. c. 19. p. 379. Schw.: *Σῦχον*
ῥόδα ὃις τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐγένε-
Eadem natura rosae Paesta-
hinc urbs *bifera*. *W. bife-*
autem propter egregiam coeli
entiam, et ad Homeri imita-
em de Alcinoi hortis. Od. *η*,
— 121 — 120. De *intubo* v.
le. I, 120. — *Apium*, *σέλινον*,
habet genera, ut petrosceli-
. Sed sic *palustre* intelligen-
videtur, nobis *Selery* dictum,
l locis riguis gaudet. *H. ripae*
l. apio ratio dicendi, quae
patur Ge. II, 112. *litora myr-*
tetis laetissima. Solum, in quo
planta aliqua laete viret et efflo-
rescit, ea laetari dicitur. *W.* —
121. 122 Usus eadem imagine Pro-
pert. IV, 2, 43. *Caeruleus cucu-*
mis, tumidoque cucurbida ventre.
— 122. 123 De *Narcisso* v. supra
ad Ecl. II, 48. videtur scilicet ve-
terum narcissus esse *narcissus*
noster *albus circulo purpureo* vel
croceo minor. Sed *sera coman-*
tem, sero florentem — nam *comae*
florum folia sunt, hinc ipsi flores,
ut v. 137 — appellat, quod sub
clementiore coelo etiam seriore
anni tempore, Novembri ac De-
cembri, floret, ut de narcisso
Thraciae ac Graeciae tradiderunt
Busbequius et Turnefortius. Et
Theophrast. de Hist. Plant. VI, 6:
νάρκισσος ἢ λείριον — ὄψιον δὲ
ἐφόδρα· μετὰ γὰρ ἀρκτοῦρον ἡ
ἄνθησις, καὶ περὶ ἰσημερίαν. Iu-
dicat Meierotto in Dubiis p. 10.
verbo *comantem* copiam scaporum
et florum significari. Add. Hymn.
in Cerer. 12. — *Acanthus* h. l.
herbae nomen, noster *acanthus*
sativus, seu *mollis Virgilii*, apud
Bauhin. *Waelsche Bärenklau*. v.
ad Ecl. III, 45. ubi *mollis*, ut inf.
v. 137, Theocrito *ὑγρὸς ἄκανθος*,
idem quod hic *flexus*, quia adul-
tior caulis reflectit se et vergit ad
humum: propter hoc ipsum poë-
tica ratione *vimen* ei tribuitur,
quod proprie non habet, sed cau-
lem. *tortos acanthos* dixit Colum.
X, 241. — *pallentes* hederas;
ponit genus certum; nam sunt et
nigrae.

125 De *Tarento* loquitur; *Oe-*
balia dicta *arx* h. Lacedaemonis,

Qua niger humectat flaventia culta Galaesus,
Corycium vidisse senem, cui pauca relicti
Iugera ruris erant, nec fertilis illa iuvencis,
Nec pecori opportuna seges, nec commoda Baccho.
Hic rarum tamen in dumis olus albaque circum
Lilia verbenasque premens vescumque papaver,
Regum aequabat opes animis, seraque revertens
Nocte domum dapibus mensas onerabat inemtis.
Primus vere rosam atque auctumno carpere poma,
Et quum tristis hiems etiam nunc frigore saxa
Rumperet, et glacie cursus frenaret aquarum,

ab Oebalo vetere Lacedaemonis rege, Tyndarei patre. Parthenii Spartani, Phalantho duce, *diu et per varios casus iactati, tandem in Italiam deferuntur, et, occupata arce Tarentinorum, expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituunt.* Iustin. III, 4. Ager autem Tarentinus inter fertilissimos habitus; amne *Galaeso* irriguus, noto ex Horat. Carm. II, 6. *Dulce pellitis ovibus Galaesi Flumen, et regnata petam Laconi Rura Phalantho. — niger* cuius aqua est nigricans. — 127 *Corycium* hunc *senem* induxisso videtur Varronis exemplo, qui fratres Veianios laudat III, 16, 10. 11. Locum expressit Sidonius Apoll. Carm. XXIV, 58. 59. *Corycus*, Ciliciae oppidum, (nunc *Curco*) antro et croco satis notum; ex quo agro oriundus senex hic in agrum Tarentinum adducitur a poëta, quo casu pervenerat, seu traductus a Pompeio, qui victis piratis Cilicibus partim ibidem, partim in Graecia, partim in Calabria, agros dedit. Omnino satis est ad poëticam rationem, ut certum hominem Cilicem intelligamus, quem poëta in his terris hortum colentem noverat. — 127. 128 *cui pauca relicti Iugera ruris erant. relictum rus* cum absolute dicatur, vix aliter accipi potest, quam sive de subsecivo, h. in metatione, cum agri assignarentur, intra limites non recepto (v. Goes. Ind. in R. Agrar. Scriptt.), sive de contemto omnino propter ieiunitatem soli neglecto et deserto agro, ut Servius facit (quo et reliqua vocant: *nec fertilis illa iuvencis, Nec pecori opportuna seges nec commoda Baccho*, et mox *in dumis*). Nam *ager relictus*, sc. hereditate, avitus, cum nihil, quod eo ducat, adiectum sit, ut v. c. contrarium in illo Martialis: *Res* non parta labore, *sed relicta*, valde dure dictus esset. Habes tamen in hoc Burmanni auctoritatem. — 128. 129 *nec fertilis illa iuvencis*, h. invencorum labore, aratione. *H. comm. Baccho*, apta vitibus; ut *amicus* apud Horat. Od. II, 6, 18. *amicus Aulon fertili Baccho. W.* — *seges* omnino pro agro, solo. Nec arationi, nec pascuis, nec vineis bonum solum fuisse dicit. — 130 *in dumis*, in solo dumoso ac dumis indulgenti. (de *saepibus* e dumis factis alii accipiunt. *W.*) *premens*, plantans, ut Ge. II, 346. Tum *rarum olus*, proprium sationis, et plantationis quoniam olera parvis inter se intervallis, *raris ordinibus*, seruntur; *circum* in oris arearum oleribus consitarum. — *Verbena*, hierobotana, *Eisenkraut*, h. l. apum causa sata. — *vescum papaver*, tenui grano. sic Ge. III, 175. *vescas salicum frondes*. — 134 *carpere*, carpebat, historico modo, ut et v. 140. — 135 *frigore saxa Rumperet*, v. Ge. III, 363. — 137

Ille comam mollis iam tondebat hyacinthi,
Aestatem increpitans seram Zephyrosque morantis.
Ergo apibus fetis idem atque examine multo
Primus abundare, et spumantia cogere pressis
Mella favis; illi tiliae atque uberrima pinus;
Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
Induerat, totidem autumno matura tenebat.
Ille etiam seras in versum distulit ulmos,
Eduramque pirum, et spinos iam pruna ferentis,
Iamque ministrantem plantanum potantibus umbras.
Verum haec ipse equidem, spatiis exclusus iniquis,
Praetereo, atque aliis post me memoranda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Iuppiter ipse
Addidit, expediam, pro qua mercede, canoros

hyacinthos carpebat media hieme. — 138 Argutus versus. Ipse antevertebat praecocibus floribus aestatem et zephyros, et idcirco increpare eorum tarditatem ac moram videri poterat. — 139 Mellificio antevertebat alios. *apibus fetis*, melle gravidis, *favis pressis*, expressis. — 141 *pinus* v. ad v. 112. *tilia* e Medic. recte praetulit Heinsius. — 142. 143 Eidem praestabant arbores, nec frustrabantur spem ex flosculis et gemmis conceptam. Poma futura latent in floribus, hinc *arbos induit se pomis in flore novo*; at *in florem ipsum induit se arbos* supra Ge. I, 187. 188. *H.* Ad loquendi rationem: *arbor se induit pomis* compara Plinium, poëticarum dictionum sectatorem, Paneg. C. XXX. *Aegyptus — tantis segetibus induebatur*, ibique Arntz. p. 155. *W.* — 144—146 Ille etiam ulmos in ordinibus, *κατὰ στίχους*, h. e. ille ulmorum ordines posuerat; at elegantius *distulit*, disposuit, *in versus*; cf. Ge. II, 277. Accipi autem possunt haec de *transplantatione arborum iam adultarum*, quam ille Corycius senex felici eventu tentabat. Hinc *serae* ulmi, *edura* pirus, nimium dura, valida, cf. Ge. II, 65: — *spinus*, oxyacantha, *Hagedorn*, *Schlehdorn*, cui iam prunus insita erat; denique *platanus* (v. Ge. II, 70) iam umbrosa. — 147 Conf. ad v. 116: Colum. lib. X praef. et pr. *spatiis iniquis*, spatio nimis angusto, intra quod cursum suum tenere cogitur.

149 De re privata ac publica apum agere orditur. *πολιτείαν καὶ βίον* dixerat Aristot. H. A. IX, 40. — *quas naturas*, ingenia, mores, *Iupiter addidit*, indidit, dedit, ut saepe. *pro qua mercede*, ambiguum est, quo sensu dictum sit. Omissis aliis, apponam simplicissimum: Iovem illae *pavere* puerum, allectae *cymbalis Curetum*, *sub antro* montis *Dictes* in Creta. Fabula nota vel ex Callimacho in Iov. 50. ubi vid. Spanh. Pro ea re, tamquam mercedis loco, miram hanc et humanae naturae similem naturam acceperunt. Rem poëta narrat inverse: Iupiter iis has naturas indidit, mercedem *eius quod* eum paverant; hoc effert: pro ea re, tanquam mercede, paverant, et relative, *pro qua mercede*. Sane mellificandi naturam habuisse videntur iam tum, cum Iovem alerent; verum potuerunt reliquas naturas seu proprietates accipere a Iove, postquam eum puerum melle nutrierant. Ita haec

Curetum sonitus crepitantiaque aera secutae,
Dictaeo coeli regem pavere sub antro.
Solae communis gnatos, consortia tecta
Urbis habent, magnisque agitant sublegibus aevum;
Et patriam solae et certos novere Penatis;
Venturaeque hiemis memores aestate laborem
Experiuntur, et in medium quaesita reponunt.
Namque aliae victu invigilant, et foedere pacto
Exercentur agris; pars intra saepta domorum
Narcissi lacrimam et lentum de cortice gluten
Prima favis ponunt fundamina, deinde tenacis
Suspendunt ceras; aliae spem gentis, adultos
Educunt fetus; aliae purissima mella
Stipant, et liquido distendunt nectare cellas;

ab Euemero poëta tradita, quem ante oculos habebat h. l. Virgilius, si Colum. IX, 2, 3. recte dixit: — *an, ut Euemerus poëta dicit, crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educaverunt, mox Dictaeo specu Iovis exstitisse nutrices*, easque pabula munere dei sortitas, quibus ipsae parvum educaverant alumnum. *Ista enim, quamvis non dedeceant poëtam, summatim tamen et uno tantummodo versiculo leviter attigit Virgilius, cum sic ait:* Dictaeo — sub antro. Illa autem tradiderat Euemerus in *sacra historia*, ἀναγραφῇ ἱερᾷ, ab Ennio Latine conversa, in qua cum aliorum deorum, tum *Iovis Dictaei*, ut mortalis hominis, natales, patriam ac sepulcrum persecutus fuerat. v. Minuc. Felic. Octav. 21: Lactant. Inst. div. I, 11.

153 Locus qui sequitur est ex praestantissimis propter dignitatem rerum tenuitati additam ex translatis ab humano genere. *H. tecta consortia* sunt quae communi possessione tenentur, ut hereditas fratrum germanorum. — *certos Penates* cf. Aen. VIII, 39. *Hic tibi certa domus, certi, ne absiste, Penates.* et Horat. Epist. I, 7, 58. *Lar certus. W.* — 157 Ge. I, 127. *in medium quaerebant* — 158 Partitae inter se opus ac munera, certo ordine (hoc est *foedere pacto*), aliae *victu invigilant*, victui quaerendo, cibo congerendo operam dant, et *exercentur agris*, discursu et vagatione per agros vexantur, fatigantur; ut saepe *exerceri laboribus magnis* dicimur, quos tractamus; vulgo dicimus exercere se, ut sermone patrio. Graeci in his utuntur forma media. Habebat hic ante oculos poëta Aristot. H. A. IX, 40. p. 946. extr. Lineae autem iam sunt ductae in Hes. Θ. 596. sq. — 160 *Narcissi lacrimam*, guttam, nectar, humorem melleum, seu dulcem, quem imus florum calyx exsudat; tum *gluten*, o resina, gummi, corticum. — 161 *favis*, cellulis mel recepturis, *fundamina*, propolin int. v. sup. ad v. 40. — *H.* 162 *spem gentis*, solent Latini sobolem quamvis appellare *spem*, Plin. Paneg. 26. *spem Romani nominis* h. e. sobolem R. Supr. Ecl. I, 15. *gemellos, spem gregis. W.* 164 *distendunt nectare cellas*, ornatius quam replent, explent; nam maiorem abundantiam repraesentare animo videtur, quod cellularum latera tumere facit. Sup. III, 124. *denso distendere pingui.* Sic *distendet spicis horrea plena*

Sunt, quibus ad portas cecidit custodia sorti;
Inque vicem speculantur aquas et nubila coeli;
Aut onera adcipiunt venientum, aut agmine facto
Ignavum, fucos, pecus a praesepibus arcent;
Fervet opus. redolentque thymo fragrantia mella.
Ac veluti, lentis Cyclopes fulmina massis
Quum properant, alii taurinis follibus auras
Adcipiunt redduntque, alii stridentia tinguunt
Aera lacu; gemit impositis incudibus Aetna;
Illi inter sese magna vi brachia tollunt
In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum:
Non aliter, si parva licet conponere magnis,
Cecropias innatus apes amor urguet habendi,

Ceres. Tibull. II, 5, 84. ubi vide Obss. Hoc idem alias est *rumpi*, ut Ge. I, 49.

166 Ai futuri sint imbres, ne reliquae eeant. cf. v. 191. — 168 *fucos, Drones*, apes maiores iis, quae mel ficiunt. Colum. IX, 15, 1. *Mox vere ansacto sequitur mellis vindemia. Eius maturitas intelligitur, cum animadvertimus fucos ab apibus expelli ac fugari; quod est genus amplioris incrementi, simillimum apis, et, ut ait Virgilius,* ignavum pecus, *et sine industria favis assidens. Nam neque alimenta congerit, et ab aliis invecta consumit. Verum tamen ad procreationem subolis conferre aliquid hi fuci videntur, insidentes seminibus, quibus apes figurantur. Itaque ea fovendam et educandam novam prolem familiarius admittuntur. Exclusis deinde pullis, extra tecta proturbantur, et, ut idem ait,* a praesepibus arcentur. — Videa veteres non ubique in physicis desipuisse. — 170—179 Ut in officina Cyclopum per partes opus fit a pluribus: sic in alveari plurium studiis. *lentis massis*, ferri, quod procudi ac duci potest, *properant*, properanter conficiunt, σκεύδουσιν, ἐπείγουσιν fulmen. cf. Callimach. in Dian. 49. — *Lacus*, ut fontes, pro aqua positus. Lucret. VI, 147. 148. *Ut calidis candens ferrum e fornacibus olim Stridit, ubi in gelidum propere* (aut potius *propter*, dum prope adstat aqua) *demersimus imbrem.* Ov. Met. IX, 170 *gelido ceu quondam lamina candens Tincta lacu stridit.* Hoc magis poëticum, quam ut *lacus* ipsa vasa sint: etsi sic in vineis *lacus*. — Vides durari ferrum, ut Aen. XII, 91. 175 *In numerum*, κατὰ ῥυθμόν, ut Ecl. VI, 27. Ad 174. 175. compara Callimach. in Dian. 59 — 61. Ceterum hunc eundem locum refinxit poëta Aen. VIII, 449 — 453. — 176 Ne quis, quod nonnulli fecere, hanc comparationem pro inepta et ridicula habeat, cum res exiguae et tenues tam magnificis exemplis ornentur, tenendum est, comparationem versari in operae industria; nos autem versari in poëta, cuius partes in hoc in primis carminis genere sunt, ut ornatu rerum tenuium delectet, quem in animantium actionibus ex eo petere fas est, ut *humanis studiis et consiliis eas assimulet*, adeoque *comparationes, istis proprias*, ad animantia transferat. Accedit, quod tota tractatio de apibus nos iam adsuefecit imaginibus, a rebus ac fatis, moribus ingeniisque hominum petitis. — 177 *amor habendi*, studium possidendi, dum mel parant. —

Munere quamque suo. Grandaevis oppida curae,
Et munire favos, et daedala fingere tecta:
At fessae multa referunt se nocte minores,
Crura thymo plenae; pascuntur et arbuta passim,
Et glaucas salices, casiamque crocumque rubentem,
Et pinguem tiliam, et ferrugineos hyacinthos.
Omnibus una quies operum, labor omnibus unus.
Mane ruunt portis; nusquam mora; rursus easdem
Vesper ubi e pastu tandem decedere campis
Admonuit, tum tecta petunt, tum corpora curant:
Fit sonitus, mussantque oras et limina circum.
Post, ubi iam thalamis se conposuere, siletur
In noctem, fessosque sopor suus occupat artus.
Nec vero a stabulis, pluvia impendente, recedunt
Longius, aut credunt coelo, adventantibus Euris,
Sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur,
Excursusque brevis tentant, et saepe lapillos,
Ut cymbae instabiles fluctu iactante saburram,
Tollunt; his sese per inania nubila librant.
Illum adeo placuisse apibus mirabere morem,
Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes
In Venerem solvunt, aut fetus nixibus edunt,

munere, pro cuiusque vicibus, seu partibus assignatis: v. 158. sqq. — 179 *munire favos*, pulchrius quam; fingere, facere, fabricari. (Alii intelligunt *opera* ad munienda alvearia. *W.*) — 181 *pascuntur*, depascunt, v. Ge. III, 314: II, 375. De *arbutis* v. Ge. III, 300: I, 148: *glaucas salices* Ge. II, 13: *casiam*, II, 213; *pinguem tiliam*, a melle florum et foliorum, quod exsudant, glutini apum idoneum. — *ferrugineos hyacinthos*, alias, *purpureos*; *vaccinia nigra*, Ecl. II, 18: ubi vid. Not. et II. Vossium ad 137. — 188 *mussant*, murmurant, fremunt; cf. Aen. XI, 454. — 189 *thalami*, cubicula, pro alveis. — 190 *sopor suus*, ex usu huius nominis poëtico, illis debitus, quippe labore diurno paratus, aut solitus et usitatus. — 192 *credunt coelo*, fidem habent coelo sereno. — 194 — 196 Observatum hoc multis, apes adverso vento volantes lapillis, tamquam saburra, se onerare, ne a vento abripiantur. — *cymbae instabiles*, levitate oneris fluctuantes.

197 Inter plures veterum *de apum generatione* opiniones est etiam haec, non gigni nec nasci eas, sed ex floribus legi. v. Aristot. II. A. V, 21: adde c. 19. 22: Plin. XI 16. s. 16. Nunc reginam, olim pro *rege* habitam, communem stirpis auctorem ac parentem, ovis pariundis solam vacare, post Swammerdammii et Reaumurii observationes communis opinio est; unde mox excludi apes, cum novas matres, tum mares, seu fucos, tum mellificantes apes, in quibus nondum ulla sexus nota reperta est. — 197 — 199 Novus orationis color: *illum* — *mirabere*, h. alia, eaque non minus mira, apum natura est, quod concubitui non indulgent, nec concipiunt, nec pariunt. Columm. IX, 2, 4. *utrum examina* — *concubitu subolem procreent*, an

m ipsae e foliis natos et suavibus herbis
egunt; ipsae regem parvosque Quirites
iunt, aulasque et cerea regna refingunt.
e etiam duris errando in cotibus alas
vere, ultroque animam sub fasce dedere;
us amor florum, et generandi gloria mellis.
ipsas quamvis angusti terminus aevi
iat — neque enim plus septima ducitur aestas —
nus inmortale manet, multosque per annos
ortuna domus, et avi numerantur avorum.
erea regem non sic Aegyptos et ingens
, nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes
rvant. Rege incolumi, mens omnibus una est;
so, rupere fidem constructaque mella

m generis sui floribus eli-quod affirmat noster Maro. 5 — 205 Apes e floribus et fetus legere dixerat v. 200. sequuntur, non diversam sed n sententiam, novis imagi-exornatam praebent: *ipsae unt regem et populum*, sc. ex s, sive e *foliis* et *herbis;* ae modo praecesserant; et, li habitare possint, *aulas et tecta refingunt*, h. fingunt, , ex florum succo ac pol- Cum itaque ex floribus et et fetus cunabula ac cubi-et cibum etiam capiant, tan-rum ac mellis ex iis confi-studio inflammantur, ut in-n onere, quod ferunt, ita affligantur, ut alas atterant lapillis, et viribus exhaustae nt. — 205 *generandi gloria* , h. studium; spes et stu-gloriae ex mellis generatione. *Tanta est* (illis) *gloria gen.* h. e. tanta eas excitat gloria, udium gloriae gen. m.; vid. ad Tibull. I, 1, 5. *W.* — *rgo*, cum tam facili ac promta um ratione ex floribus se re- : — *genus immortale manet*, copia poëtica trinis modis iat. — 207 *Excipiat*, ut for-sors, calamitas nos excipere r; h. ut iis sit. — *septima* s. v. Aristot. Hist. Anim. V, 22: Plin. XI, 20: Colum. IX, 3, 3. — *plus*, plus quam. — 290 *Fortuna domus* ornatius, quam domus, et hoc pro apum genere. Comparari potest *Fortuna domus Augustae*, in primis in numis; respectu ad statum et conditionem gentis fatali necessitate perpetuam ac perennem futuram; cf. Oudend. ad Suet. Aug. 65.; quamquam notio illa serioribus temporibus deberi videtur.

210. 211 Videntur plures populi memorari, regum suorum in primis observantes. *Lydia ingens*, respectu non ad reliqua imperia habito, sed ad Croesi victorias et opes. — *Medus Hydaspes*, negotium facit Intpp. Est enim Indiae fluvius, cui epitheton *Medus* parum convenire videtur. Itaque post Servium in Media quaesivere flumen huius nominis, de quo tamen Geographi silent. Mihi poëta videtur designare imperium veterum Persarum, cuius fines ad Indiae illam partem, in qua Hydaspes est, pertinebant. De hac Indiae parte, Persis subiecta, egit accurate *Heeren* de *commerciis antiq. popul.* P. II, p. 300 sqq. Itaque pro Persico, seu Persa, *Medum* amnem poëtico more appellavit, ut Horat. Od. I, 2, 51. et al. — 212. 213 Respicit locum Seneca

Diripuere ipsae, et crates solvere favorum.
Ille operum custos; illum admirantur, et omnes
Circumstant fremitu denso, stipantque frequentes;
Et saepe adtollunt humeris, et corpora bello
Obiectant, pulcramque petunt per volnera mortem.
His quidam signis atque haec exempla secuti,
Esse apibus partem divinae mentis et haustus
Aetherios dixere: deum namque ire per omnis
Terrasque, tractusque maris, coelumque profundum;
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenuis nascentem arcessere vitas;
Scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri
Omnia; nec morti esse locum, sed viva volare
Sideris in numerum, atque alto succedere coelo.

de Clement. I, 4. — 214 *crates favorum*, pro textis; v. Ge. 166. faciunt igitur, quod saepe exercitus fecisse legimus, duce amisso solvunt fidem, deficiunt. — 216 V. Varr. III, 16, 8: Aristot. H. A. IX, 40. — 217 *bello obiectant*, armis hostilibus, ingruentibus hostibus.

219 — 227 Ex Pythagoreorum disciplina, quam deinde Platonici ac Stoici, quamquam diversis quique modis commentantes, amplexi sunt, haec sunt petita de anima mundi, h. principio agente, per omnem naturam fusa, omnium animantium animas subministrante, et easdem, dissoluto corpore, in se, ut sibi συγγενεῖς, recipiente. Cum autem illa mens subtilissimi ac purissimi aetheris aut ignis naturam habere crederetur, spiritus ex ea emanantes *aetherios haustus* dixit. Idem placitum exposuit Aen. VI, 724. 751; et tenendum illud propter multa alia poëtarum loca. Scilicet magna pars poëticorum philosophematum ex Empedocleis est petita, quorum magna auctoritas quondam esse debuit. — 219 Ex his signis, τεκμηρίοις, *atque haec exempla*, argumenta, *secuti*. Ornavit poëta vulgare: His apum factis quidam adducti sunt, ut opinarentur etc. *II. His signis*, h. e. quum haec signa sint. Notandus est ablativus absolutus cum participio per coniunctionem *atque* copulatus, argumentum certum, quam arcte ratio ablativorum absolutorum cum participiis cohaereat. Livius 21, 3. *Hannibal — obsidibus acceptis, et commeatu usus — sequitur*. Similiter Graeci, vid. Thucyd. I, 2. 65. 75. Demosth. in Mid. c. 3. 14., genitivum absolutum et participium coniunxerunt. *W.* — 222 *coelum profundum*, altum, in magnam altitudinem exsurgens; ut contra *altum mare* pro profundo. Versus idem Ecl. IV, 51. legitur. — 224 *tenues vitas*, animas, quippe aethereae naturae; *arcessere*, accipere. Mox *omnia*, spiritus omnium, quae vitam sibi ex aethere arcessivissent. — 226. 227 nihil perire (ut Macrob. S. Sc. II, 12.), sed evolare in aetherem. *Sideris in numerum*, inter sidera; v. c. Vellei. II, 73. *fugitivos in numerum exercitus sui recipiens*. Cum enim corpore soluta anima propter aetheriam naturam altum petit, redit ea in coelum et astris admiscetur; unde successit mox illa opinio, qua historum ac piorum animas in sidera reponi arbitrati sunt.

Si quando sedem augustam servataque mella
Thesauris relines, prius haustu sparsus aquarum
Ora fove, fumosque manu praetende sequacis.
Bis gravidos cogunt fetus, duo tempora messis,
Taygete simul os terris ostendit honestum
Plias, et Oceani spretos pede repulit amnis;

228—257. De castratione favorum praecipere incipit, et quidem cum praesidia contra apum iram et furorem, fumum et aquae adspersionem, tum tempus mellationis vere et auctumno tradit. — 228. 229 *augustam* ad sanctitatem sedis spectat. *mella servata Thesauris relines*, pro thesauros mellis servati, qui *relinuntur*, resignantur; relini dicuntur proprie amphorae, dolia et alia oblita pice et obducta. — 229. 230 *fovere ora haustu aquarum*, pro fovere aquam haustam ore, h. tenere, continere; poëtica copia addit *sparsus* sc. *ora*, habens os sparsum, adspersum, prolutum, aqua, ne male olens sit. Expedita, uti patet, sententia; nam foetorem apes ferre nequeunt. Nisi cum re magis convenit, ut aqua adspersa fugentur apes quemadmodum fumo illato. Esset hactenus antecedens pro consequente: fovere aquam ore, pro, inspergere aquam. *H.* posteriorem hanc explicationem amplectenti praeferenda erit lectio codicum nonnullorum *haustus — ore fove*, ubi participium *sparsus* ineptum est. Priorem ego quidem cum H. Vossio sequor; Virgilius monet, os aqua prius esse abluendum. *Fovere* fere est abluere, purgare lavatione. Aen. XII, 420. *fovere salsus lympha*, ubi res manifesta. *W.* — *Fumum praetendere*, h. ante se ferre. — 231 — 235 Sunt haec interposita. Bis in anno mella eximuntur: vere exacto (Colum. IX, 15, 1.) et circa aequinoctium (IX, 14, 11). Locum olim sic accipiebam: *Bis gravidos cogunt fetus*, sc. agricolae, seu mellarii; *cogunt* autem, compellunt extra alvei vestibulum, v. Colum. IX, 15, 6: nonnulli adeo enecant, ut favorum copia sibi fiat. *fetus* autem pro apibus, ut *fetus adultos* sup. v. 163. Sed huic interpretationi aliquid duri inesse sentis, si et verbum *cogunt* respicis et epitheton *gravidos*, cum tempore mellationis quidem apes *gravidae* inepte dicantur. Itaque accedo illis, qui *fetus gravidos* malunt esse ipsum mel, quod cogitur et aufertur. Dicitur *fetus* de quocunque proventu; pecudum, agri, arborum; hoc loco *proventus* apum est mel; epitheton *gravidus*, plenus, traductum et ipsum ab aliis fetus seu proventus generibus et copia. *Cogere mel* proprie dicuntur mellarii, colligere. cf. 140. — *duo tempora messis*, mellationis. De his videndi Aristot. Hist. Anim. IX, 40: Colum. IX, 14, 5. 11: Plin. XI, 16 et 15. At trinam mellis vindemiam Varro memorat III, 16, 34. — 232. 233 h. e. sub ortum Pleiadum. — Colum. XI, 2, 36. *Decimo Kal. Maias Vergiliae cum sole oriuntur — Nonis Maiis Vergiliae exoriuntur mane — VI Idus Vergiliae totae apparent.* conf. Plin. XVIII, 26. s. 66. — (matutinum s. heliacum intelligendum esse, monuit *Mollweide* libello infra laudato p. 386. *W.*) *simulac Pleias*, seu *Plias*, ex Πλειάς, *Taygete* (est ea una Pleiadum, quae h. l. una cum ipsa intelligendae sunt) *ostendit os honestum*, pulchrum, utpote Nympha, *terris*, h. in conspectum venit, orta est. cf. Aen. VIII, 591. et alibi. — *et repulit pede*, quod faciunt, qui in altum enituntur, elevant se (cf. Met. Ov. IV, 710),

Aut eadem sidus fugiens ubi Piscis aquosi
Tristior hibernas coelo descendit in undas. 235

amnes Oceani (Homerico vocabulo, ut Odyss. λ, 639.; ambit enim terram amnis more), quia sidera cosmice orientia ex oceano assurgere videri possunt, ut sol; *spretos*, ornatu poëtico adiectum, et convenit iis, quae pede repellimus.

234. 235 Et sub occasum matutinum s. cosmicum, qui in VI Idus Novembris refertur; vid. Colum. ibid. §. 84. conf. 77. 78. Plin. XVIII. sect. 59. et 60. conf. supr. ad Ge. I, 221 vid. Pfass. *de Ortu et Occasu siderum* p. 59. ssq. *Aut ubi eadem* Pleias *descendit coelo*, occidit, *tristior*, quia tristi, ingrato anni tempore, *in undas hibernas*, tempestatibus vexatas, quippe mense Novembri. In mare autem se condere videri possunt sidera occidentia. *fugiens sidus Piscis aquosi*. Iam in hoc aestuant Intpp., quale hoc sidus sit, et qua ratione Pleias illud fugere dicatur. Non enim *Piscis* statim post' Pliadis occasum oritur vel occidit, sed prius occidit. At non ex astronomicis, sed ex grammaticis rationibus loci interpretatio erat petenda. Sollemne est poëtis omnibus, etiam iis, qui de astronomicis praecipiunt, ut in describendis sideribus tabulas sui temporis coelestes, et asterismos in iis notatos, sequantur, formasque figurasque in iis pictas ita exprimant, quasi eae in coelo vere conspiciantur, scilicet ut ornatum versibus suis ex earum varietate petant. Est porro iisdem poëtis commune, ut sidus occidens dicatur *fugere* aut *sequi* alterum non alia de caussa, quam quod in tabula coelesti seu proximum ei seu ex adverso positum, aut quocunque modo oppositum vel subiectum visitur. Sic apud Manilium I, 263. 264. *Aurato princeps Aries in vellere fulgens Respicit admirans aversum surgere Taurum*. Praeivit iam Homerus Il. ε, 488, Od. ε, 274, ubi Ursa Orionem observare dicitur: *καὶ Ὠρίωνα δοκεύει*, ex adverso positum. Ita centies Aratus et Manilius. Quod igitur Pleiades dicuntur *fugere Piscem seu Pisces*, ad situm siderum in sphaera spectat: nam Taurum, in cuius capite Pleiades sunt, quasi antecedentem sequitur alter Piscium, ut hunc fugere videri possint Pleiades, dum occidunt, sitque tantum sententia: occidit Pleias, cui a tergo vicinus est Piscis, ut positum in sphaera respicias. vid. Excurs. I. Edit. mai. p. 657. Piscem autem *aquosum* dixit, h. pluvias denuntiantem, ut *aquosus Orion* Aen. IV, 52. et *Piscis aquosus* Ovid. Met. X, 165. Etenim sole Pisces ingresso hiemale tempus est. Unde etiam *undae hibernae* procellis vexatae. *H.* De versibus 231 — 235 egit *Mollweide* in dissertatione inscripta: *De Pisce, quem occidens Pleias fugit*, inserta libello: *Commentationes Mathematico — Philologicae tres.* 1813. Is, explanata significatione verbi *fugere*, quod de sidere usurpatur occidenti, ubi aliud apparuit vel super horizontem adscendit, *Piscem notium* sive *australem*, de quo iam Servius cogitavit, intelligendum esse statuit. Eius enim ortum vespertinum super horizonte Italico praecedere occasum matutinum Pleiadis spatio temporis haud admodum longo, ut Pleias matutine occidens Piscem notium vespertino ortu orientem fugere dici queat. Simul ostendere conatus est, Piscem notium nude *Piscem* appellatum, eiusque in significationibus tempestatum rationem habuisse veteres. Contra hanc opinionem in libello (Monatl. Corresp. h. v. *Zach* Decembr. 1813. p. 544. sqq.) acute et vere disputavit vir prae-

s ira modum supra est, laesaeque venenum
›rsibus inspirant, et spicula caeca relinquunt,
fixae venis, animasque in volnere ponunt.
ı, duram metuens hiemem, parcesque futuro,

ntissimus *Ideler*, docens, tem-
re Virgilii ortum Piscis vesper-
um visibilem in diem III. ante
lend. Sept., at occasum matu-
um visibilem Pleiadum in diem
VIII. ante Calend. Decemb. in-
lisse; ita vero, cum alterius
usus ab ortu alterius duobus
usibus et dimidio distet, no-
sem verbi *fugere* alienam esse;
ue veteres Piscis notii in *πα-
νήγμασιν* rationem habere po-
se. Ipse denique acquiescit et
ntitur viro docto *Costard*, qui
ibro History of Astronomy p.
coniecit *Aut eadem sidus fu-
us Orionis aquosi*, ut *simul*
prioribus repetatur. Orionem
m *aquosum* dici Aen. IV, 52.
I, 535., utpote tempestatum
torem, et Hesiodum, quem
gilius crebro secutus sit, *Εργ.*
. 620. Pleiades Orionem fu-
ates facere. Cum autem tribus
abis vocabuli Orion plerum-
productis, metrum periclita-
ur, Buttmannus ab eo consul-
docuit p. 548 — 51. *Orion* ita
rpatum Latinis, ut modo pri-
modo ultima corriperetur, et
ecis (Euripidi Ion. 1153. Cycl.
) etiam media correpta; ita-
fieri potuisse, ut ambas prio-
corripuerit Virgilius. Nec ta-
n correctio illa assensum tulit
tmanni, qui p. 551. in senten-
n H. Vossii concessit, ad quam
neam rationem fere accedere
so, quae haec est: Pleias,
m occidit, dicitur *fugiens si-
P. aq.* h. e. fugiens tempus
male, seu tempestates hiber-
. *Sidus* est certum anni tem-
. Hinc Tacit. Ann. I, 70 *sidus
uinoctii*. Metonymico signifi-
temperiem coeli. Sic accipe
a Plinii Panegyr. c. 15. *pa-
m sidus ferre*. Et *grave sidus*
tempestate mala apud Ovi-
dium est Metam. V, 281. Non
alienum vero tempestates hiber-
nas referri ad Piscem seu, verius,
Pisces, qui mensibus hibernis to-
tam per noctem conspici possunt,
eaque de causa illos *aquosos*, au-
ctores imbris et tempestatis, ap-
pellari. Et recte Plias, tempestate
hiberna ingruente cum occidat,
illam *fugere* dici potest. Ceterum
Aprili mense Pliadas *os honestum
ostendere* asseveranti ne credas.
Nam illas a die VI. ante Calend.
Maii usque ad diem pridie Id.
Iun. latere, hodie constat; et He-
siodus iam illas quadraginta no-
ctes diesque non apparere nove-
rat. *Εργ.* 385. 6. *W.* — 236 Con-
iuncta haec cum superioribus;
nam dum mel exscinditur, iras
apium maxime experiare. Varro
III, 16, 7. *neque ignava, ut non,
qui eius opus conetur disturbare,
resistat.* — 237 *spicula caeca*, h.
occulta: brevia, quae possunt la-
tere. Serv. *Morsus* pro aculeorum
ictibus dici obvium. — 238 *Ad-
fixae venis*, gravius, quam cuti,
corpori affigentes se eius, qui eas
infestat; *in vulnere*, in inferendo
vulnere. Nam aculeis amissis mori
apes creditae. Plin. XI, s. 19. —
239 — 247 Sin apiarius hiemis
immitioris metu, curaque apum
et miseratione, non omnes favos
exscindat, et aliquam mellis par-
tem apibus relinquat, at saltem,
propter variorum insectorum in-
sidias, suffiendus est alveus, ina-
nes cellae exscalpendae et reci-
dendae, ne quod in iis animalcu-
lum occultum lateat. Trepidabant
et hic Intpp. Observata haec om-
nia iam erant Aristoteli, v. H.
Anim. IX, 40. p. 946 A; sed in
caussis reddendis laborabat maxi-
mi philosophi acumen. — 239
parces futuro, conditioni ac ne-
cessitati apium futurae. Priscia-

Contusosque animos et res miserabere fractas:
At suffire thymo, cerasque recidere inanis
Quis dubitet? Nam saepe favos ignotus adedit
Stellio, et lucifugis congesta cubilia blattis,
Inmunisque sedens aliena ad pabula fucus;
Aut asper crabro inparibus se inmiscuit armis,
Aut dirum, tineae, genus; aut invisa Minervae
Laxos in foribus suspendit aranea casses.
Quo magis exhaustae fuerint, hoc acrius omnes
Incumbent generis lapsi sarcire ruinas,
Conplebuntque foros, et floribus horrea texent.
Si vere, quoniam casus apibus quoque nostros

nus haec ipsa ad apodosin referebat, ut essent *parce* et *miserator*. Recepi nunc *metuens* pro *metues*, ut oratio melius vincta esset. *H.* Quomodo particulae *que* — *que* membra *parces* — *miserabere* vincire possint, cum *miseratio* sit causa *parcendi*, non intelligo. Bona est enuntiationum coniunctio: metuo hiemem et mellatione abstineo. Quod vero causa per copulam *et miserabere* adiecta est, id quamquam non suave, in poëta tamen morari non debet. Itaque, frustra renitente H. Vossio, *metues* restituendum, ut apodosis a verbis *At suffire* incipiat. *W.* — 240 Spoliato alveo et cibi penuria, hiemali tempore. — 241 *Ut omnes vitiosi favi tollantur*, curandum est. Colum. IX. 13, 8. cf. §. 11. 12: c. 14, 1, 2: Varro III, 16, 34 extr. — *At* in apodosi, ut supra aliquoties, εἶτα, ἀλλὰ, ἀλλάγε, attamen. — 243 *ignotus Stellio*, non observatus, occulte adrepens. — *et blattis congesta cubilia*, h. blattae, cubilibus eo, in favos vacuos, congestis, adedunt favos. — *lucifugis*, per noctem vagantibus; ut Servius recte explicat. Est vermium genus, *tineas*, *Bienenmotten*, *Raupen*, *Bienenwürmer* appellant, ceram depascentium (*Schabe*); ex crucis in chrysallides, denique in blattas lucifugas transformari solent. conf. Colum. IX, 14, 1. 2. 8. 9. *Phalaenam tineam mellonellam* L. vocari huc a viris ctis video. — 244 *fucus* (v. 168) *immunis*, quod ipse operae ad mellificium confer Hesiod. Ἔργ. 303. 304: Theo 594. sqq. — 245 *imparibus* a h. l. quibus apes pares non — *asper* v. Ge. III, 149. — 24 *visa Minervae*. nota fabul Arachne. — 248 *Quo magis haustae* apes sunt melle sa cto (nec tamen eo usque, ut iis pereundum sit, nec al tempore), *eo acrius omnes* ram dant, ut iacturam tantam parent; *ruinas generis lapsi* paullo ante *res fractas*, a r blica et imperio aliquo sumi Notum autem inter meliturgo mellis abundantia inertia et h ria solvi apes. Observatum Aristoteli H. A. IX, 40. ve fin. Hinc nec fucos omnes in mendos esse contendebant v res; vid. eundem et Colum. 15, 3. — 250 *foros*, alveos, in alveis, sive a locis spectac rum, sive a tabulatis navium *et floribus horrea texent*, 8c succo ac polline conficient fa proprie cellulas, in quibus quam horreis mel reconditur.

251 — 289 De morbis apu morborum cura. Versus 25 263. interpositos esse mem nec male fortasse parenthe cludas. Comparari possunt V III, 16, 20: Colum. IX, 13

ita tulit, tristi languebunt corpora morbo;
Quod iam non dubiis poteris cognoscere signis:
Continuo est aegris alius color; horrida voltum
Deformat macies; tum corpora luce carentum
Exportant tectis, et tristia funera ducunt;
Aut illae pedibus connexae ad limina pendent;
Aut intus clausis cunctantur in aedibus, omnes
Ignavaeque fame et contracto frigore pigrae;
Tum sonus auditur gravior, tractimque susurrant,
Frigidus ut quondam silvis immurmurat Auster;
Ut mare sollicitum stridit refluentibus undis;
Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis:
Hic iam galbaneos suadebo incendere odores,
Mellaque arundineis inferre canalibus, ultro
Fortantem et fessas ad pabula nota vocantem,
Proderit et tunsum gallae admiscere saporem,
Arentisque rosas, aut igni pinguia multo
Defruta, vel Psithia passos de vite racemos,
Cecropiumque thymum, et grave olentia centaurea.

7. totum h. l. expressit. — 252 *ita tulit*, h. conditio, sors, natura, apum, ut βίος, et saepe *vita humana*. — 254 *alius color*, λοχροοῦσι. — 259 *Ignavae fame*, media. Sed proprie potest tamen accipi; est enim *fames hiberna* inter morbi caussas; unde inter media infra v. 280 cibi copia potitur. — *contracto frigore pigrae* proprie sunt ipsae *frigore contractae*. Sed transfertur hoc, poëtico more, ad ipsum frigus. — 260 *tractim*, tractu, dum trahitur susurrus, sive ad tempus referas, ut sit continuo, iugiter; sive ad locum, ab uno angulo ad alterum, per omnes alveorum et examinum ordines susurro continuato, nil interest. Hoc fortasse doctius, ut Lucret. III, 529. mors *tractim* per membra ire dicitur. — 261 *Frigidus Auster*, v. ad Ge. III, 278. — 262 Mox *mare sollicitum*, sollicitatum, commotum, ὀρινόμενον, ut defluxu maris reciproco, seu aestibus littori allisis. — 263 *fornaces* sunt fabrorum ap. poëtas. Ornae comparationes ex Homero Iliacae II. §. 394—399 Aliam Homerici loci imitationem in Quinto Smyrnaeo videas, locupletissimi ad ornatus quaerendos ingenii poëta, modo castigatior esset, lib. V, 364 — 380 — 386 — 389, ubi facile agnosces luxuriem, si cum Virgilio compares.

264 De *galbano* v. ad Ge. III, 415. — 266 *fessas*, aegras, ut saepe. — 267 *admiscere*, scil. illis mellibus, quae infundis. Colum. l. l. *Id cum accidit, arundineis infusi canalibus offeruntur cibi, maxime decocti mellis, et cum galla vel arida rosa detriti.* Galla, excrescens ille in glandiferarum nonnullarum arborum foliis tumor, insectis gravidus, adstringentem habet naturam (unde h. l. *sapor gallae* pro galla), itaque profluvium sistit alvi, quo laborant vere ex certo pabuli verni genere apes. conf. Colum. IX, 13, 2; Varro III, 16, 22. — 269 *Psithia* vitis utilissima passis uvis et conficiendo inde vino *passo*. v. Ge. II, 93. — *Defrutum* vinum dulce ac coctum, de quo multa apud Scriptores R. R. cf. Not. ad Ge. I, 295. — 270 *Cecropiumque thy-*

Est etiam flos in pratis, cui nomen amello
Fecere agricolae, facilis quaerentibus herba.
Namque uno ingentem tollit de cespite silvam,
Aureus ipse, sed in foliis, quae plurima circum
Funduntur, violae sublucet purpura nigrae;
Saepe deum nexis ornatae torquibus arae;
Asper in ore sapor; tonsis in vallibus illum
Pastores et curva legunt prope flumina Mellae,
Huius odorato radices incoque Baccho,
Pabulaque in foribus plenis adpone canistris.
Sed si quem proles subito defecerit omnis,

mum, v. sup. v. 112. 177. — *centaureum* s. centaurium, maius et minus, *Tausend Guldenkraut*, a Centauro Chirone nomen traxit. vid. Plin. XXV, 4. s. 14: 6. s. 30. 31. — 271 Consentiunt viri docti in hoc, *amellum* esse *Asterem Atticum caeruleum vulgarem*, nobis *Sternkraut*, *Sternblume*, quem in Italia, Sicilia et Gallia Narbonensi, incultis et asperis convallibus passim nasci Rajus testatur; unde *facilis quaerentibus herba*. Eius formam excudi curavit Martinus. Pugnat tamen pro melioto flore luteo (Trifolio n. 5. ap. Linn.) Wedel Exercit. med. philol. Cent. 3. Exerc. 5. — 273 *uno de cespite*, h. uno eodemque soli loco; at Philargyrius doctius de radice accipit, ut *cespes* sit radix cespitosa, fibris inter se implexa. Sane si uno de loco, etiam una de radice plures caules emittit herba. — 274. 275 flore flavo, foliis purpureis violaceo colore. — 276 Solent arae sertis ex hoc amello nexis (*Festons*) ornari. — 277 *Tonsis in vallibus*, quas pecudes tondent (v. Ge. I, 15. et al.); nam memorantur *pastores*, qui inter pascendum colligunt herbam. — 278 *Mella. Brixia* — *Flavus quam molli percurrit flumine Mella* Catull. 67, 33. Fluvium ex vicinia agri Mantuani memoratum vides. — 279 *odorato Baccho*, simpl. ἀνθοσμίαν, εὔοσμον, εὐώδη, ut Theocr. XIV, 16, odorum, generosum vinum, intelligi Colum. IX, 15, 8.

281 Ingreditur nobilissimu cum de reparanda stirpe a cum morbo examina tota i ierint. Sequitur autem opini veteribus communem (v. Va II, 5, 5: III, 16, 4. et m apud Intpp. ibi et ad h. l. l tos), posse ex bove caeso apum examina excludi; quod gyptiorum inventum et artifi esse vulgo iactabatur. Mag et Democritum potissimum tradidisse, e Colum. IX, 1 et 2, 1. discas. Fuisse videtu Orientis olim communis o ut omnino insecta, ita apes e tribus cadaveribus generari illa observatio fortasse locus cerat, quod apes in iis terris passim per silvas et sine vagabantur, mel interdum i daveribus, exsiccatis puta, *s tis*, ut leonis Samsonii exe constat, facere videbant. F porro rei observatione add fuere qui fidem facerent, se, apum examina nova habere lent, verno anni tempore, a fetibus novis a natura destit cadaver bovis commodo loco posuisse, quo apes tamquam alveum convolarent, et mate puerpera ova deponeret. In gustam illam domum v. 295 — apes fragrantia appositae c thymique v. 303. 304. alliciebat Quod autem contundendo en

Nec, genus unde novae stirpis revocetur, habebit,
Tempus et Arcadii memoranda inventa magistri
Pandere, quoque modo caesis iam saepe iuvencis
Insincerus apes tulerit cruor. Altius omnem
Expediam prima repetens ab origine famam.
Nam qua Pellaei gens fortunata Canopi
Adcolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circum pictis vehitur sua rura faselis;
Quaque pharetratae vicinia Persidis urguet,

bant bovem, id vereor ne inani opinioni tribuendum sit; nisi quod fortasse sic putrefactio accelerabatur. Ceterum a Virgilio inventum hoc ab Aegypto in Thessaliam traductum est. v. inf. 317. — 282 *genus novae stirpis*, genus novum, a nova stirpe oriundum. — 283 *Arcadii magistri*, pastoris, Aristaei. v. inf 317. Sequitur igitur in hoc Maro eos, qui Arcadiae heroem eum ediderunt, inter quos Iustin. XIII, 7, 10. Alii in Thessalia fuisse Aristaeum tradiderunt; idem in insula Cea et Cyrenis cultus, cf. ad Ge. I, 14. Etiam Maro infra 317. sqq. Cyrenen in Thessalia collocavit, Penei patris antra inhabitantem, ipsum autem Aristaeum Tempe incoluisse significat. — 284 Et quomodo iam saepe, caesis iuvencis, *cruor insincerus*, corruptus ex putredine, *tulerit*, protulerit, generarit, *apes*. — 286 *omnem famam*, rei memoriam, narrationem. Ordinem narrationis ita instituit poëta: Aristaeum, Tempe Thessaliae incolentem, lue grassante apum examina amisisse. Conquestum calamitatem apud matrem cum iisset, ab hac responsum accepit, esse Proteum in Pallene 392 de caussa morbi et medela consulendum. Adit iuvenis Proteum, ex eoque audit, luem immissam esse apibus propter tentatam ab eo Eurydicen, Orphei coniugem; expiandum esse flagitium et placandam Nympharum iram. Tum Aristaeus in Thessaliam redux sacrum parat, et caesas Nymphis victimas in nemore relictas paullo post revisens, apum examina ex visceribus prognata videt.

287 — 293 Per totam Aegyptum. Videamus singula. *gens fortunata*, a terrae felicitate, seu fertilitate ex Nili incrementis *Canopus*, ὁ *Κάνωβος*, Aegypti urbs, non longe ab Alexandria, quae occidentalem Aegypti partem designat (est enim Canopicum primum ab occidentali latere Nili ostium); unde Aeschyl. in Prometh. v. 846 *ἔστιν πόλις, Κάνωβος, ἑσχάτη χθονός*. — *Pellaeum*, h. Macedonicum, a Pella nobili Macedoniae urbe, unde *Alexander Pellaeus* dictus occurrit. Ex quo autem tempore Macedones Aegyptum obtinuere, a regibus ipsa terra *Macedonica*, adeo et *Pellaea*, appellari potuit. — *stagnantem* Nilum dixit, qui inundavit terras. cf. Lucan. II, 417. — *pictis faselis*, pulchre; nam hoc proprium Aegyptiorum, quem admodum ex Diodoro lib. I, 98. et Herodoto II, 96. 97. satis constat, ut certo navicularum genere, *Baris* nomen erat, per Nilum discurrerent. *H. circum — rura*. Posituram praepositionis eandem vide apud Horat. Sat. I, 6, 59. *non ego — circum Me Satureiano vectari rura caballo — narro*. *W.* — 290 *Quaque vicinia Persidis urguet*, h. ab ea parte, qua Aegypto Persis contermina est, sive ab orientali; quae vicina sunt ac contigua, poëtis dicuntur *urguere*. (Praestat tamen, ut *vicinia* du-

Et viridem Aegyptum nigra fecundat arena,
Et diversa ruens septem discurrit in ora
Usque coloratis amnis devexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio iacit arte salutem.
Exiguus primum atque ipsos contractus ad usus
Eligitur locus; hunc angustique imbrice tecti
Parietibusque premunt artis, et quatuor addunt
Quatuor a ventis obliqua luce fenestras.
Tum vitulus, bima curvans iam cornua fronte,
Quaeritur; huic geminae nares et spiritus oris
Multa reluctanti obsuitur, plagisque peremto

etum sit a *vicinium*; ita ipse *amnis* urget vicinia, h. e. attingit fines Persidis.) *Persis* h. l. pro imperio Parthico, more sollemni Romanorum poëtarum; sic *Medus Hydaspes* v. 211. hinc et *pharetrata*, quod de Parthis proprie dici solet; quis Parthorum pharetras ignorat? *Et* qua *amnis usque ab Indis coloratis* (inde ab Aethiopibus, v. Ge. II, 116) *devexus*, καταφερής, ex altis montibus, proclivi descensu in planiciem dum defertur, pronus, *fecundat Aegyptum viridem* laeto agrorum proventu, *nigra arena*, pro limo; est poëtis simpl. solum (ut Ge. I, 205: Lucan. II, 417. *si non per plana iacentes Aegypti Libycas Nilus stagnaret arenas*); *et ruens discurrit in septem ora diversa*. Igitur totus locus huc redit: Per totam Aegyptum, cum in occidentali latere, circa Canopum non longe ab Alexandria, tum in orientali, versus fines Parthici imperii, et per totam inferiorem Aegyptum (nomine Deltae celebratam), *omnis regio*, tota gens *iacit salutem certam*, ponit salutis spem ac fiduciam, *in hac arte*, reparandi apes ex boum visceribus. Locum vexatissimum videor mihi sic satis commode interpretari posse. At si iam de ipsa sententia et poëtica ratione iudicium ferendum est, Virgilii acumen et verecundiam desiderare mihi videor. Nam et nimis protracta et impedita friget oratio, et paullo ieiunius Nili natura bis describitur; quamquam singula membra suo ornatu ac lumine fulgere facile sentio. Praestat vero cum cod. Romano ordinem versuum ita mutare: *Et diversa — Usque coloratis — Et viridem* (quem H. Vossius amplexus est *W.*); aut cum Medic. aliisque complurib. ita: *Et diversa — Et viridem — Usque*. Nam nunc quidem versus *Et viridem — arena* inepte positus est. *H.* Versus *Et* (pro *et qua*) *diversa* superiorem vel meridionalem partem Deltae significare videtur. *W.*

295 Cf. cum sqq. excerptum ex Florentino in Geopon. XV, 2. Secutus fortasse noster erat Varronem, cuius hac de re locus, ad quem Florentinus provocat, intercidisse videtur. — *contractus*, coartatus, spatio angusto factus, ad hunc ipsum usum, *locus*, οἶκος, *decem cubitorum in altitudinem et latitudinem*, inquit Florentinus. — 296 *Hunc* locum et *angusti imbrice tecti*, h. angusto tecto (cuius fastigiis imponi solent cavae tegulae, *imbrices*), et *parietibus artis*, angustis, *premunt* pro exstruunt, sed multo elegantius, quasi coercent; et quatuor relinquunt spiracula ad quatuor coeli cardines spectantia. — 299 *Τριακοντάμηνον βοῦν* Florentinus l. l. — 300 *spiritus oris*, h. os. — 301 *multa, multum, reluctanti, πολλ' ἀεκαζομένῳ*, ut apud Homer. Odyss. ν, 277; Il. ξ, 458.

Tunsa per integram solvuntur viscera pellem.
Sic positum in clauso linquunt, et ramea costis
Subiiciunt fragmenta, thymum, casiasque recentis.
Hoc geritur. Zephyris primum impellentibus undas,
Ante novis rubeant quam prata coloribus, ante
Garrula quam tignis nidum suspendat hirundo.
Interea teneris tepefactus in ossibus humor
Aestuat, et visenda modis animalia miris,
Trunca pedum primo, mox et stridentia pennis,
Miscentur, tenuemque magis magis aëra carpunt,
Donec, ut aestivis effusus nubibus imber,
Erupere, aut ut, nervo pulsante, sagittae,
Prima leves ineunt si quando praelia Parthi.
Quis deus hanc, Musae, qui nobis extudit artem?
Unde nova ingressus hominum experientia cepit?
Pastor Aristaeus fugiens Peneia Tempe,

obtunditur in cod. Medic., ceteri fere dant *obstruitur*, non deterius. — 302 *solvuntur*, resolvuntur contusa, commiscuntur, ut in putredinem tanto citius abeant, *pelle* tamen *integra* manente. Sed et simpliciter *solvuntur tunsa*, pro tunduntur: ὁμοῦ ταῖς σαρξὶ τὰ ὀστᾶ συναλοῦνται· φυλακὴν δὲ ἔχουσιν, τὸ μὴ αἱμάξαι τι τοῦ βοός et rel. *viscera*, caro. vid. Aen. I, 211. — 303 *in clauso*, lubo etiam denso obducta ianua et fenestris, ut diserte Florentinus p. 407; sed, ut adiicitur, XXI die dies et purus aer admittitur, vento tamen excluso; tum rursus omnia oblita occluduntur. Quo facto, undecimo inde die, aperta domo, examina nova effervescere reperiuntur. Facile ex his apparet, quomodo mater apis in *olivum* penetrare potuerit. — *ramea fragmenta*, ramorum, h. ramos. — *casias* v. sup. ad Ge. II, 213. — 305 Haec faciunt ineunte vere. Plin. II, 47. *Ver aperit navigantibus maria, cuius in principio favonii hibernum mollunt coelum, — Is dies VI est ante Februarias Idus*, cf. XVI, 25. s. 39. — *novis coloribus*, floribus. — *rubeant*, efflorescant, niteant. Ge. II, 519. *vere rubenti*. — 308 *humor*, vitiatus putredine sanguis, sup. v. 285. *insincerus cruor*. — *teneris* autem *ossibus*, quia haec ipsa contusa colliquescunt. — 309 *Aestuat*, fermentescit Rem disertius vide in Florentini loco p. 407. extr. — 310 *Trunca pedum* Graece pro *trunca pedibus*, et, hoc pro truncis pedibus. Locum expressi, sed suo more, Ovid. Met. XV, 382. sqq. — 311 *aëra carpunt*, ut *vium* h. volant. quod idem est: *stridentia pennis miscentur. magis magis* pr. magis et magis, ut apud Catull. 64, 275. 313 *Erupere*, erumpunt, *ut sagittae* erumpunt, *nervo* arcum *pulsante*, propellente sagittam.

315 Artificium hoc reparandarum apum ab Aristaeo inventore repetitur. *Unde nova hominum experientia cepit ingressus*, habuit exordia; unde processit; qua re homines adducti ad hanc artem ab experientia suppeditatam progressi sunt? — 317 Totum hunc locum a secundis poetae curis profectum esse, tradunt Grammatici. Quod Aristaeo (cf. v. 283) inventum apum reficiendarum tribuit poëta, ignoratur, quo exemplo faciat, multoque magis, unde ei

Amissis, ut fama, apibus morboque fameque;
Tristis ad extremi sacrum caput adstitit amnis,
Multa querens, atque hac adfatus voce parentem:
Mater Cyrene, mater, quae gurgitis huius
Ima tenes, quid me praeclara stirpe deorum
Si modo, quem perhibes, pater est Thymbraeus Apollo,
Invisum fatis genuisti? Aut quo tibi nostri
Pulsus amor? Quid me coelum sperare iubebas?
En etiam hunc ipsum vitae mortalis honorem,
Quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers
Omnia tentanti extuderat, te matre, relinquo.
Quin age, et ipsa manu felicis erue silvas;
Fer stabulis inimicum ignem, atque interfice messis;

crimen tentatae Eurydices venerit. Fuit vetus Eumeli poema *Βουγονία*; fortasse fabulae fuit fundus in illo. Fabulam ipsam v. ap. Ovid. Fast. I, 361. et Met. XV, 361. sqq. — *fugiens* simpl. relinquens. Aristaeus e mente poëtae tum in Thessalia degebat, necdum Ceam adierat. — 319 *caput amnis*. Penei, non esse fontem, ut vulgo accipitur, sed ostium Penei, olim contendebam, Burmannum secutus, ignoratione totius phantasmatis poëtici, quod nec alii ceperunt. *extremi amnis caput* nihil aliud esse potest, quam ipse fons et initia fluminis cf. 368. Sane antrum, ex quo fons progreditur, perpetua apud poëtas Fluviorum regia et Nympharum sedes; at h. l. per hunc fontem aditus est ac descensus fit ad antra et vastos recessus in visceribus terrae, ita ut apud animum fingenda sit magna aliqua caverna, e qua omnia flumina orta diversis viis ad terrae superficiem properent et suo quodque loco seu fonte erumpant, postquam sub terra e lacu magno, cuius generis multi in ista caverna sunt, progressa aliquantum viae emensa sunt. In eadem caverna, seu in parte eius aliqua magnum specus est, quod pro Penei regia et *Cyrenes*, quae eius filia seu neptis *thalamo* est; pervenitur ad illud descensu ad illam magnam cavernam facto, nunc quidem per fontem Penei fl.

321 Hunc versum et has querelas ex Homerica expostulatione Achillis cum Thetide Il. α, 349. sqq. expressas esse, notarunt Intpp.; sed mirifice exornavit Virgilius nude ab Homero primum tradita. Cf. etiam Il. σ, 70. sqq. — 323 *Thymbra*, ager Troadis, fluvio Thymbrio irrigatus, qui in Scamandrum cum Simoente iunctum se immittit, fano Apollinis nobilis. Strabo XIII, p. 893. Est autem versus adumbratus ex Odyss. IX, 529. — 324 Sic Aen. II, 595. *quonam nostri tibi cura recessit?* — 326. 327 Exornavit poëta τὸ ἀτιμᾶν Homeri; hanc gloriam, quam mihi multo cum labore, longae experientiae molestia, ex agrorum cultu et *pecudum* (adeoque etiam ex apum) cura paraveram, hunc fructum amitto, eo privatus sum, et hoc quidem, cum te deam matrem habeam. Fuit autem Aristaeus inter heroes ac deos, vitae pastoritiae praeses, ideo Νόμιος dictus. — 329 *felices silvas*, arbusta fructiferarum arborum. — 330 *inimicum ignem*. Dudum notatum, hunc esse τὸ δῄιον πῦρ apud Homer. *interfice messes*, perde; Lucretianum verbum. *perimere*, *necare* in simili iunctura dixere etiam alii. Post

Ure sata, et validam in vitis molire bipennem;
Tanta meae si te ceperunt taedia laudis.
At mater sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. Eam circum Milesia vellera Nymphae
Carpebant, hyali saturo fucata colore,
Drymoque, Xanthoque, Ligeaque, Phyllodoceque,
Caesariem effusae nitidam per candida colla;
Nesaee, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, et flava Lycorias: altera virgo,
Altera tum primos Lucinae experta labores;
Clioque et Beroe soror, Oceanitides ambae,
Ambae auro, pictis incinctae pellibus ambae;
Atque Ephyre, atque Opis, et Asia Deiopea,
Et tandem positis velox Arethusa sagittis.

messes sata cum *vitibus* iuncta, erunt arbores satae. — 331 *molire*, vibra, iacta, ut excidantur vites.

333 *sonitum*, confusum, nondum disertam vocem, qua filium agnoscere posset. Versus ductus ex Il. σ, 35. 36., ubi Thetis e fundo maris querelas Achillis rescisit. Quae sequuntur, e vita priscarum heroinarum adumbrata sunt. — 334 *Milesia vellera* v. Ge. III, 306. — *Vellera carpebant*, lanam ducebant fuso, nebant. — 335 *hyali colore*, h. hyalino, vitro simili, viridi. *hyalus*, ὕαλος, pro vitro nove dictum; fortasse, cum Graecum aliquem poëtam sequeretur Virgilius. Simili ansu a Lucret. IV, 1120. *thalassina vestis* dicta. Sunt igitur *vellera fucata*, lana tincta, *colore hyali*, vitri, h. colore viridi, *saturo*, h. quo ipsa vellera saturata sunt; nam proprie *lana* est *satura*, quae satis colore imbuta est. Ubi *vitreum mare*, *vitreus pontus* dicitur, ad colorem caeruleum spectare epitheton videtur, si *vitreus fons*, ad pelluciditatem. *Vitream Circen* nova audacia dixit Horatius Od. I, 17, 20. pro marina. Praeiverat Corinna, quae ὑάλινον καῖδα pro marino usurpaverat. vid. Toup. Append. ad Theocrit. p. 20, 21. — 336 In huiusmodi enumeratione multorum nominum ex mythicis rebus petitorum videntur sibi valde placuisse veteres poëtae, nullus tamen magis, quam Ovidius; fortasse, quia eruditionis laudem res habebat; et varietatis copiaeque gratiam nominum ex etymo significatus affundere potest. Nostris quidem sensibus pessiit illa suavitas. Ceterum hic locus et haec nomina ex Homero petita Il. σ, 37. sqq. Memorat autem Virgilius Nymphas omnis generis, cf. 383. nec modo Marinas vel Potamidas, verum Oreadas quoque et Napaeas (venatrices v. 342 — 344). Sunt hae Iovis filiae; reliquae Nereides, duae Oceani filiae v. 341. Versus 338., qui Aen. V, 826. legitur, cum ab optimis et pluribus codicibus absit, manu aliena huc illatus videri potest. — 339 *flava Lycorias*, haud dubie flavis capillis, ut nos *blond*. — 342 Ambae cinctae auratis et pictis, h. variis pellibus, utpote Nymphae venatrices; cf. ad v. 336. — 343 *Asia* a tractu Lydiae, vid. sup. Ge. I, 383. Versum metieris sic, ut ultima in *Ephyre* non elidatur, ut in Graeco: ἥδ' Ἐφύρη, ἥδ' Ὦπις. — 344 *Arethusa velox*, venatrix, cum Clio et Beroe, quae mireris in aquarum fundo inter Nymphas marinas memorari. — *positis sagittis*, quae tum

Inter quas curam Clymene narrabat inanem
Vulcani, Martisque dolos et dulcia furta;
Aque Chao densos divom numerabat amores.
Carmine quo captae dum fusis mollia pensa
Devolvunt, iterum maternas impulit auris
Luctus Aristaei, vitreisque sedilibus omnes
Obstupuere; sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summa flavum caput extulit unda;
Et procul: O gemitu non frustra exterrita tanto,
Cyrene soror, ipse tibi, tua maxuma cura,
Tristis Aristaeus Penei genitoris ad undam
Stat lacrimans, et te crudelem nomine dicit.
Huic percussa nova mentem formidine mater,
Duc, age, duc ad nos; fas illi limina divom
Tangere, ait: simul alta iubet discedere late
Flumina, qua iuvenis gressus inferret. At illum
Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.
Iamque domum mirans genetricis, et humida regna,

deposuerat arcus. — 345 *curam inanem Vulcani*, studium in observando adultero et ultione sumenda, cum rete fabricaretur, quo Martem cum Venere opprimeret. Respexit locum Odyss. θ, 266. sqq. — 346 *Martis doli* haud dubie idem notant quod *dulcia furta*, cum clam Vulcano fierent, ut ibid. v. 268. 269. — 347 *densos — amores*, crebros, magno numero longaque narrationis serie Nymphae pertexendos. — 348. *moll. pensa.* cf. Ecl. VIII, 64.

350 *Luctus*, querelae! ut v. 353 *gemitus*. — *vitrea sedilia*, nunc proprie, e vitro. *vitreis* disyllabum est, ut 355. *Penei*, quamquam hoc suspectum. Mox *sorores* non nimis severe dictum: v. ad 336. — 355 *Penei genitoris*, an Cyrenes? Sed perpetuum magnorum fluviorum epitheton *pater, genitor*. — 356 *nomine dicit*, nominat, poëtica periphrasi. conf. Aen. XII, 652. (Ad verba *te crud. dicit* cf. Ecl. V, 25. *W.*) — 357 *nova formidine*, repentina. (Proprie dixit *nova* vid. 533. 353. *W.*) — 359 Versus ex Il. φ, 91. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης. Qua se iuvenis per fontem in aquas infert, moles aquarum sinum facit et cavum, per quod, tamquam per antrum, ad loca subterranea descendit, in quibus aquarum receptacula sunt et fontes, inque his Penei. — 361 Versus ex Homer. Odyss. λ, 243. — 362 *Accipere* nos dicitur locus quem ingredimur, *mittere*, dum per eum transimus. — 363 Haec miratio novarum rerum in iuvenis animo, quamquam gravi cura oppresso, egregie memoratur. Compares Od. δ, 43. sqq. In sqq. antiquiorem aliquem poëtam ante oculos habere potuit, qui de rerum originibus tradebat, et Oceanum omnium earum deorumque patrem, h. aquam communem omnium rerum principium cecinerat, cf. inf. v. 381. 382, et Il. φ, 195. sq. eiusque regiam, tamquam magnam in terrae visceribus abyssum et aquarum receptaculum descripserat; de quo secundum antiquiores Plato disputabat in Phaedone T. I Opp. p. 112. A, et contra eum Aristoteles Meteorol.

luncisque lacus clausos, lucosque sonantis,
t, et, ingenti motu stupefactus aquarum,
nia sub magna labentia flumina terra
ctabat, diversa locis, Phasimque, Lycumque,
caput, unde altus primum se erumpit Enipeus,
le pater Tiberinus, et unde Aniena fluenta,
osumque sonans Hypanis, Mysusque Caicus,
emina auratus taurino cornua voltu
danus, quo non alius per pinguia culta
nare purpureum violentior effluit amnis.
tquam est in thalami pendentia pumice tecta

II, 2. 779. ed. du Val. B. C. e. poëta hic non fontem Pequem Ovidius in simili loco i regiam facit, Met. I, 544. rastam aliquam cavernam sub narrat, e qua, tamquam e nni fonte, sed diversis perse locis, omnia flumina orta sis viis ad terrae superfi, et ad uam quodque origiproperent, et ex terra prot. Est tamen eadem ista ca- tamquam aliqua regia, in dii Fluvii fontiumque Nymsua palatia, suos thalamos, ant; quorum unum Cyrene Nymphis suis tenebat. Seam haec facile erit intelle- quid sint *speluncis lacus* i, s. inclusi, qui sunt in spe-, h. magnae illae cavernae iendis aquis, quas ipsi fontes tientes faciunt. — *lucos sos*; cum ex illis cavernis flumina procedant aliquanviae subter terra, donec ad as auras prodeant, huic viae a nemoribus obsita, quae itu aquarum alluentium re-it, non incommode dare po—367 *flumina diversa locis*, in pedestri sermone: *diversis*. — *Lycus* h. l. Ponti fluquia cum *Phasida*, Colchiinnctus est, ut apud Stra- XI, p. 801. B.; et uterque ntum Euxinum se immittit. 8 *Enipeus* Thessaliae, *Hy*- Sarmatiae, nunc *Bog* di- nota flumina, caput h. l. fons. v. ad vers. 319. *H.* Praefero lectionem optimorum codicum *Saxonaque sonans*; quae compositio poëta dignissima. Lucret. V, 55. *Aurea fulgentia mala*. Senec. Oed. 157 *aureo rutilante cornu*. Bonum sensum in enumeratione *fluvius sonat saxosum* equidem non video. *W.* — 371 Fluviorum dii cornibus taurinis; res notissima. Padus vero habet *cornua aurata*, sive propter fertilitatem agri adiacentis, sive simpliciter, quia deorum attributa sollemni epitheto sunt *aurea*. Ad ramenta fluvii auras referebat epitheton Cerda. cf. Plin. 55. 4. s. 21. Impetuosissimum autem amnem olim Padum fuisse, ex aliis locis manifestum est; conf. Ge. II, 451. 452; quamquam nunc eius natura diversa esse narretur. — 373 *εἰς ἅλα πορφυρέοσαν*, nigrum, ut notum.

374 Pervenit tandem in thalamum matris Aristaeus. Exceptus ille hospitio lavatur, et mensa apposita recreatur; fit libatio in patris Oceani Nymphaeumque honorem. — 383. Inter haec matrem puta calamitatem ex filio resciviisse, et de remedio fortunae cogitasse; vino libato, ex flamma emicante omine capto, erecta illa filiola ad Proteum ablegat; ut ex eo caussam morbi et medendi rationem comperiat; degit ille ad Pallenes, Thessaliae peninsulae, littora 387. aq. — *pendentia pumice tecta*, antrum pumiceum, strio-

Perventum, et gnati fletus cognovit inanis
Cyrene, manibus liquidos dant ordine fontis
Germanae, tonsisque ferunt mantelia villis;
Pars epulis onerant mensas, et plena reponunt
Pocula; Panchaeis adolescunt ignibus arae;
Et mater: Cape Maeonii carchesia Bacchi:
Oceano libemus, ait. Simul ipsa precatur
Oceanumque patrem rerum, Nymphasque sorores,
Centum quae silvas, centum quae flumina servant.
Ter liquido ardentem perfudit nectare Vestam,
Ter flamma ad summum tecti subiecta reluxit;
Omine quo firmans animum, sic incipit ipsa:
Est in Carpathio Neptuni gurgite vates

exesis, ad camarae morem curvum et fornicatum; ergo latera et tholus sunt *pumice pendenti*; unde poëtico sermone exquisitius etiam *tectum pendens pumice* dicitur. — 375 *fletus inanes*, levi de caussa susceptum dolorem, et cui facilis et parata medicina esset. — 376 *fontes*, aquam. Excipitur puer ad veteris hospitii inter heroes morem. — 377 *tonsis mantelia villis*, lanea; sed lanugine, quae in texti superficie eminet, attonsa, adeoque levia ac tenuia, mollia, non villosa et crassa. cf. Aen. I, 702. sqq. — 378 *reponunt*, seu, ut saeculo Augusteo fit, pro simplici ponunt, ut Ge. III, 527., seu ut tribuas notionem iterum iterumque. — 379 *tura* (*Panchaea*, v. Ge. II, 139) ardent in aris; de voc. *adolere*, proprie augere, hinc, in sacris proprio usu, flammam augere, incendere, vid. ad Ecl. VIII, 65. Adolescit ignis in ara, h. l. *ignes Panchaei*, tura ex Arabia incensa. 380 Translatum hoc ab hominum conviviis, in primis festorum dierum; peractis epulis fiebat libatio, cf. Aen. I, 728. — 380 *Bacchi Maeonii*, vini Lydii, Tmolii supra Ge. II, 98, pro praestantiore genere. Nam Catacecaumenium vinum geographis, non poëtis notum. vid. Strab. XIII, p. 931. extr. — *Carchesium* vas oblongum, ansatum. v. Athenaeum XI, p. 474. E. — 381 *Oceano*, quippe communi omnium fluminum et fontium patri. Il. φ, 195. sqq. et al. At 382. *Oceanus* est *pater rerum*, parens naturae. Libationem ac preces faciunt dii aliis diis et alibi; hoc loco ad placandas Nymphas filio facit mater — 383 *servant*, incolunt, ut saepe poëtae. inf. v. 459. — 384 *Vestam*, ignem. — 385 *subiecta*, subiiciens se, emicans et lambens lacunar. ut Ge. III, 241. Ecl. X, 74. *aqua subiectat arenam*. Erat autem hoc fausti ominis, ut saepe observatum; quo auspicio firmata mater, ut consilii sui bonum eventum animo praeciperet, puero suadet, ut Proteum adeat, ex quo reparandorum examinum rationem comperiat.

387 Locum hunc ex Odyss. δ, 364 — 384. sqq. adumbratum esse, omnes viderunt Intpp.; ubi, monstrante Idothea, Menelaus in Pharo, Aegypti insula, eodem modo Protea aggreditur, ex eoque reditus in patriam fortunam exquirit. Fabula de Proteo ex Aegypto ducta est haud dubie; sedes eius apud Homerum ad Pharum insulam in littore tum deserto; hinc in *Carpathio Neptuni gurgite*, h. mari, versatur; nam Carpathos insula Aegypto obversa est. Sed alterum illud, quod *Emathiam*, late h. l. dictam, et *Pallenen*, pro-

eus Proteus, magnum qui piscibus aequor
cto bipedum curru metitur equorum.
inc Emathiae portus patriamque revisit
en. Hunc et Nymphae veneramur, et ipse
aevus Nereus; novit namque omnia vates,
sint, quae fuerint, quae mox ventura trahantur.
e ita Neptuno visum est, immania cuius
ita et turpis pascit sub gurgite phocas.
i, nate, prius vinclis capiundus, ut omnem
iat morbi caussam, eventusque secundet,
ine vi non ulla dabit praecepta, neque illum
o flectes; vim duram et vincula capto

m illam Macedoniae in peninsulae partem, pro i assignat, hoc fabula aliquiore nititur, conf. h. l. ; quae etiam Lycophro- . 115. seqq. memoratur: v. . II, 5, 9. et Obss. p. 158.; t viciuae partes, inter has antiquissimarum fabula- quot propria sedes est. Ce- la narratio de variis forquas se transmutavit *Pro*t apud alios, ut Pherecyol. Apollonii IV, 1396., cf. Apollod. II, 5, 11.) n habere videtur ex poëogonicis, qui rerum ori- arminibus tradebant, et omnium rerum principium it; cuius transformationes qua corporum genera, aërem, et rel. symbolica ula exponebant. Eadem nquam rem vere gestam nt. De Proteo vid. Hymn. n. XXIV. — 388. 389 *pi- t curru bipedum equorum* pro curru piscibus et ipedibus iuncto, h. equis , qui posteriore sui parte s desinunt, qualia monstra vulgaribus picturis nota *netitur*, pererrat, medium ut saepe poëtae, praeeunmero, *πέλαγος μέγα μετες*, et *μέτρα κελεύθου*. — *andaevus Nereus*, proprio o; est enim ex antiquissis. vid. Theogoniam Hesiodi v. 233. — 392. 393 Iliad. *α*, 70. Vides veram vatum notionem, qui tantum aberat ut solis futuris praedicendis spectarentur, ut praeterita etiam animo ac memoria tenentes, praesentia prudentibus consiliis regere putarentur. — 394. 395 A Neptuno hoc tanquam *γέρας* Proteo datum esse ait. *immania Armenta*, monstra marina, inter quae *phocae*, nobis vituli seu boves marini, *turpes*, foeda specie. v. sup. Ge. III, 62. Exornat autem his versibus illud Odyss. *δ*, 386. *Ποσειδάωνος ὑποδμῳές*. Hinc Horat. Carm. I, 2. *Omne quum Proteus pecus* etc.; et omnino poëtis hinc pastio monstrorum marinorum. Orta autem fabula Homerica ex observatione, quod certis diei partibus magnum phocarum numerum in littore apricari videbant homines; quae res armentorum speciem habebat, quae in pascua agerentur. Valde autem desertam illo tempore, quo haec fabula reperta, inferioris Aegypti oram cum Pharo insula, praetexta littori, fuisse necesse est. — 396 sq. v. Odyss. *δ*, 388. sqq. — 397 *eventusque secundet*, eventus secundos monstret, quomodo ii obtineantur, h. remedia fortunae, modos reparandi amissas apes. — *H eventus*, quae ei acciderant mala, *secund.*, in melius mutet, monstrando caussam, qua sublata apes reparatae sunt. 399 *vincula*

Tende; doli circum haec demum frangentur inanes.
Ipsa ego te, medios quum Sol adcenderit aestus,
Quum sitiunt herbae, et pecori iam gratior umbra est,
In secreta senis ducam, quo fessus ab undis
Se recipit, facile ut somno adgrediare iacentem.
Verum ubi conreptum manibus vinclisque tenebis,
Tum variae eludent species atque ora ferarum.
Fiet enim subito sus horridus, atraque tigris,
Squamosusque draco, et fulva cervice leaena;
Aut acrem flammae sonitum dabit, atque ita vinclis
Excidet; aut in aquas tenuis dilapsus abibit.
Sed, quanto ille magis formas se vertet in omnis,
Tanto, nate, magis contende tenacia vincla,
Donec talis erit, mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret quum lumina somno.
Haec ait, et liquidum ambrosiae diffundit odorem;
Quo totum nati corpus perduxit; at illi

tendere alicui est *iniicere, innectere vincula.* Similiter Aen. II, 236. *vincula collo intendunt.* Sed *vim tendere* cum casu tertio notat vim adhibere. Verba diverso significatu in eadem periodo pluribus iunguntur substantivis. Vid. Not. ad. Tibull. III, 3, 21. *W.* 400 *circum haec*, ἀμφὶ ταῦτα pro διὰ, ad haec, his vinculis adhibitis. — *inanes*, ut inanes sint. Caterum vatum haec reluctatio ducta est ab ingratis spasticis affectionibus, quibus corripi solebant ecstaticorum corpora. — 401 Ex Odyss. δ, 400 sqq.; quo comparato, videbis, Virgilium prudenter omisisse ea, quae a poëta iam ita ornata erant, ut nihil addi posset; in reliquis autem ornatu verborum et sententiarum certare. — 403 *In secreta senis*, secretam sedem. Adumbrata autem haec quoque sunt ad communem hominum antiquorum sensum et opinionem, in solitudine versari deos, inprimisque meridie, medio aestu, in agrorum silvarumque solitudine deos pastoritios et agrestes.

406 — 410 In varias formas se transformabit; hoc struitur per enumerata singula. — 407 *sus horridus*, horrentibus setis, *atra tigris*, horrenda et saeva. — 408 *fulva cervice leaena*, ἠυγένειος. ibid. 456. — 409. 410 fiet flamma vel aqua; at quam ornate! — *Excidet*, elabetur, effugiet, ut ἐκπλήττειν; *dilapsus abibit*, ornatius, quam dilabetur. — 412 *contende*, intende, contrahe, πείζειν Hom. v. 419. — 414 Vulgatior ratio est: *cum somnus tegeret lumina.*

415 Hic vero cum Homerica simplicitate et veritate contendit Virgilii elegantia et ingenium; nam in Odyssea v. 444. sqq. *ambrosiae odor* iis, qui sub phocarum pellibus laterent, quam maxime erat quidem utilis, rei tamen ipsius parum iucunda narratio: at in nostro corpus iuvenis ambrosia inungitur, ut ille novum robur, novas vires ad vinciendum et domandum senem accipiat. *Atque — vigor.* Nam illa: quod *dulcis spiravit aura*, et quidem *crinibus compositis*, ornatus poëtici causa adiecta. — 415 *ambrosiae odorem*, h. ambrosiam odoratam, odorem emittentem, *diffundit*, per membra filii. — 416 *perduxit*, h. per-

s conpositis spiravit crinibus aura,
e habilis membris venit vigor. Est specus ingens
latere in montis, quo plurima vento
ur inque sinus scindit sese unda reductos,
ensis olim statio tutissima nautis;
se vasti Proteus tegit obiice saxi.
ıvenem in latebris aversum a lumine Nympha
ɔcat; ipsa procul nebulis obscura resistit.
apidus torrens sitientis Sirius Indos
ɔat, coelo et medium Sol igneus orbem
erat, arebant herbae, et cava flumina siccis
ibus ad limum radii tepefacta coquebant;
n Proteus consueta petens e fluctibus antra
eum vasti circum gens humida ponti
ltans rorem late dispersit amarum.

at illud exquisitius. Porro
i ratione *perduci ambrosi-
corpus*, exquisitius *corpus*
ia dicunt. — 417 *aura dul-*
odor. — *habilis vigor*, qui
habilem, aptum, idoneum
igendis, fortem. — 418 Est
i exesa in rupe, quo pluri-
undarum maris (*plurima*
f. Not. ad Ge. II, 182. *W.*)
at; sed, postquam intravit,
es sinus, h. cavitates antri
ssus, dispergit se, *scindit*
ita malim interpretari, quia
icu agitur. Alioquin non
m illam rationem, ex qua
educti fluctuum, allisorum
is, et longo tractu recedencavitate intus relicta, intelir. Idem fere versus Aen.
. 161. — 421. 422 Haec ita
ɔo, ut anteriore huius re-
(*Bay*) parte patente sub
ıvium statio, in interiore,
scopulos reducta, antrum
dicatur; huic pro munitioforibus scopulus obiectus
n quo Proteus v. 436. conad recensum armentorum.
di naves tempestate notis-
i. — *tegit*, tegere consuevit.
iice, in prosa: *obiectu*. —
versum a lumine, in loco,
umen inde ab ostio antri
ermeat. — 424 *ipsa procul nebulis obscura*, h. in nebula ex aequore surgere solita — *resistit*, stat; ut Apollo in nube ap. Homer. Il. ε, 185. ο, 308. Quod Homerus v. 402. Proteo pulchre tribuebat, *μελαίνῃ φρενὶ καλυφθείς*, ad Clymenem, mutata ratione, transtulisse videtur, ut ipsa obtecta sit nebula caliginosa. *H.* Quomodo *φρὴς*, quod est apud Homerum, ad *nebulam* trahi possit, non exputo. *W.*

425 *Sirium* pro sole h. l. accipi volunt. Enim vero mediam aestatem et aestivum calorem ostendit priore versu, et per Sirii s. caniculae ortum declarat, ut poëta, conf. Aen. III, 141: X, 273. — *Ardebat*, *ἔφλεγε*, *Sirius rapidus*, ut calor, aestus, sol rapidus, h. vehemens, gravis; *torrens sitientes Indos*, h. Aethiopes. v. sup. v. 293. In tali anni tempore medium diei tempus subiicit altero versu: *coelo et medium Sol igneus orbem Hauserat*, peragraverat, emensus erat. Colum. X, 313. Titan — *Hauserit et flammis Lernaei brachia Cancri*; et saepe *exhaurimus* labores et alia, quae ad finem perducimus. Ornavit haec, quae Homerus simpliciter posuerat. — 428 *siccis Faucibus*, alveis, cf. Ovid. Met. II, 262, 263. et 269. — 430. 431 Ornatius haec, quam

Sternunt se somno diversae in litore phocae:
Ipse, velut stabuli custos in montibus olim,
Vesper ubi e pastu vitulos ad tecta reducit,
Auditisque lupos acuunt balatibus agni,
Considit scopulo medius, numerumque recenset.
Cuius Aristaeo quoniam est oblata facultas,
Vix defessa senem passus componere membra,
Cum clamore ruit magno, manicisque iacentem
Occupat. Ille suae contra non inmemor artis,
Omnia transformat sese in miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque liquentem.
Verum ubi nulla fugam reperit pellacia, victus
In sese redit, atque hominis tandem ore locutus:
Nam quis te, iuvenum confidentissime, nostras
Iussit adire domus? quidve hinc petis? inquit. At ille:
Scis, Proteu, scis ipse; neque est te fallere quidquam;
Sed tu desine velle. Deum praecepta secuti,

Homerus l. l. 448. Φῶκαι δ' ἐξ ἁλὸς ἦλθον ἁολλέες. — *rorem amarum* πικρὸν ἁλὸς ὀδμήν dixerat ille v. 406. — 432 *diversae in litore* in prosa: diversis partibus litoris; ut *flumina diversa locis* sup. 367. — 433 — 436 Ornatiora, quam Odyss. δ, 411 — 413. et 450. 451 — *Vesper reducit vitulos* poëticum pro: pastor reducit vesperi, ut in Eclogis. Ornate illud v. 435 expressit: reducit oves balantes. *H. considit* antiqua forma pro consedit. Perfectum et praesens (*recenset*) crebro se excipiunt; ut supra notatum est. *W.* — 437 Sequentia e Graecis Odyss. l. l. 454 sqq. — *manicis occupat*, vincit, adiuncta notione celeritatis. — 438 Impatientiam praeclare memorari in iuvene, nemo non videt. 441 *in miracula rerum*, in miras res, formas. — 442 *horribilemque feram*, possis *suem* ex v. 407. intelligere; sic Gr. θήρ; sed hoc argutius. *H.* 444 *in sese*, in suam formam. Nam agitur de corpore. *W.* — 445 *Nam*, satis nunc quidem noto usu, ex Gr. γὰρ pro δῆ, *quis tandem?* (Add. Terent. Phorm. V, 1, 5. *Nam quae*, ubi Donatus hunc locum attulit. *W.*) Homer. Od. δ, 462. Τίς νυ τοι — θεῶν συμφράσσατο βουλάς; — τέο σε χρή; — 447 *Scis Proteu, scis ipse*, ex Il. α, 365. — *est*, noto graecismo, ut Ecl. X, 46. οὐκ ἔστιν (οὐ δυνατόν ἐστι) θνητῶν τινα ἠπεροπεύειν σέ τι, (κατά τι). — 448 *desine velle* sc. fallere me. Ita cum Burmanno olim interpretabar secundum lectionem vulgarem *cuiquam*; atque etiamnum, lectione bonorum librorum *quidquam* recepta, non aliter accipiendum esse video. Nam extorta est cum vi altera interpretatio: *tu desine velle* sc. te fallere quidquam, ne simula, te latere quidquam. Servius et alii supplent *desine velle* scire, h. e. ne quaere ex me, quod ieiunum est. *H.* Ceterum *quidquam*, pro quo alii dant *cuiquam*, unice verum. Nam ad codicum auctoritatem elegantia accedit structurae: *fallere aliquem aliquid*, ad Graecam compositae. Demosth. de Pace p. 59. l. 20. οὐδὲν τούτων ἐξαπατήσας φανήσομαι. Nec verum est, quod nonnulli contra lectionem *quidquam* monuerunt, esse in ea ambiguitatem, cum construi posset;

Venimus hinc lapsis quaesitum oracula rebus,
Tantum effatus. Ad haec vates vi denique multa
Ardentis oculos intorsit lumine glauco,
Et, graviter frendens, sic fatis ora resolvit:
Non te nullius exercent numinis irae.
Magna luis commissa: tibi has miserabilis Orpheus
Haudquamquam ob meritum poenas, ni fata resistant,
Suscitat, et rapta graviter pro coniuge saevit.
Illa quidem, dum te fugeret per flumina praeceps,
Inmanem ante pedes hydrum, moritura puella,
Servantem ripas alta non vidit in herba.
At chorus aequalis Dryadum clamore supremos
Inplerunt montis; flerunt Rhodopeïae arces,

iec est, quidquam fallere (*latere*) *e*. Nam qui Latine sciunt, non gnorant, *est* pro *licet* accusati-um cum infinitivo activi non ad-ciscere solere. Denique saepius Maro Graecorum usum pronomi-iis *τι* imitatus est. Ecl. VII, 10. *Si quid cessare potes. W.* — 449 *uaesitum hinc oracula*, h. reme-lium sortis vice editum, *lapsis ebus*, calamitati ex apum inter-iecione. — 451 *oculos*, *lumine glauco*, glaucos, *ardentes*. — 452. *ra resolvit fatis*, ad edenda fata. Ceterum v. 450—452 narrata non d indignationem, sed ad furorem aticinantis pertinent.

453 Episodium, quod sequitur, le tentata ab Aristaeo Eurydice, nflicta ab Erinnysin poena, et uctu Orphei, cum eius descensu d inferos, reddita et frustra re-lucta uxore, omnino omnium est laboratissimum. *Non nullius nu-ninis*, h. e. profecto alicuius dei, Nympharum scilicet, vide v. 532. — *irae exercent*, vexant, persequuntur, *te*. divinitus haec cala-nitas tibi immissa est; ut sole-ant antiquitus pestes, morbi, grorum sterilitates etc. civitati-us ira deorum infligi propter *ἄτην* seu *ἄγος*, piaculum. Ita h. . Aristaei *ὕβρις* apum interneciо-ne divinitus vindicatur. — 454 *Magna luis commissa*, pro ma-no flagitio haec tibi tamquam poena inflicta est. — *Orpheus*, Orphei umbra, Manes, *haud quaquam ob meritum*, merito suo, *miserabilis*, *suscitat tibi has poenas* (fortasse *ποιητικώτερον Poenas*, h. Furias), *ni fata resistant*, nisi ita in fatis sit, ita evenerit, ut tibi avertendarum dirarum et expiandae culpae ratio ac via monstretur. Itaque tibi curandum est, ut Orphei Manes placentur. — *rapta* (de conatu) *pro coniuge*, verecundo ac pudice, cui Aristaeus vim inferre voluerat. *H.* Malim *rapta* pro erepta morte accipere. Sic *ademtus* pro mortuus Horat. Od. II, 9, 10. Add. infr. 504. *W.* — 457 *fugeret praeceps*, praecipiti seu praecipitato cursu; *per flumina*, h. ripam fluminis. Ceterum comparent cultioris ingenii adolescentes cum sqq. Ovid. Met. X pr., Hermesianactem ap. Athenaeum XIII, p. 597. a Ruhnkenio nuper illustratum. Adde Senecam Herc. fur. 569. sqq.: Herc. Oct. 1031. sqq. — 459 *servantem ripas*, incolentem, in iis latentem, ut paullo ante, *λοχήσαντα*.

460 *chorus aequalis Dryadum*, pro aequalium, una cum ea nutritarum. cf. v. 532. 533. 461—465 Per totam Thraciam lamenta Nympharum audita sunt. — *arces*, *Ῥοδοπηΐαι ἄκραι*, pro montium iugis, more poëtarum. v. Ge. I, 240. Enumerantur montes Thraciae,

Altaque Pangaea, et Rhesi Mavortia tellus,
Atque Getae, atque Hebrus, et Actias Orithyia.
Ipse cava solans aegrum testudine amorem,
Te, dulcis coniunx, te solo in litore secum,
Te veniente die, te decedente canebat.
Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum
Ingressus, Manisque adiit regemque tremendum,
Nesciaque humanis precibus mansuescere corda.
At cantu commotae Erebi de sedibus imis
Umbrae ibant tenues, simulacraque luce carentum:
Quam multa in foliis avium se millia condunt,
Vesper ubi aut hibernus agit de montibus imber:
Matres, atque viri, defunctaque corpora vita
Magnanimum heroum, pueri, innuptaeque puellae,
Impositique rogis iuvenes ante ora parentum;
Quos circum limus niger et deformis arundo
Cocyti, tardaque palus inamabilis unda
Adligat, et novies Styx interfusa coercet.

quae *tellus Mavortia*, Marti sacra, *Rhesi*, qui, post Orphei quidem tempora, ad Troiam duxerat Thraces. — *Getae* ex antiquiorum more, minus ad geographicas rationes, et h. l. memorari videntur. cf. Ge. III, 462. — *Actias Orithyia*, quam, ut Nympham regionis, memorasse videtur, erat Erechthei, Athenarum regis, filia (unde *Actias;* Attica olim *Acte*, *Actice*, quod nomen inter poëtas haesit), a Borea rapta. — 464 *solans*, leniens, cf. Not. ad Aen. I, 238. 465 *solo in litore*. inf. v. 508. *deserti ad Strymonis undam*. — *secum*, cf. Ge. I, 389 *H. ven. die, deced.* Compara Horat. Od. II, 9, 10. *nec tibi Vespero Surgente decedunt amores, Nec rapidum fugiente Solem. W.* — 467 *Taenarias fauces*, specum in Laconica ad Taenarum, in promontorio, cui ex adverso alterum est Maleae promontorium; hoc loco poëtice illud posuit, ut certum aditum Orci memorare posset. — 468 *nigra formidine*. ornate, pro tenebris — 470 ἀμείλιχος Ἀΐδης. Volebat dicere regem corde nescio mansuescere.

471 — 480 Ornatissimus locus per enumerationem cum dilectu factum. — 472 Ψυχαὶ, εἴδωλα καμόντων Il. ψ, 72. *ibant*, ad canentem confluebant. — 474 *ubi vesper aut hibernus*, procellosus (ut χειμὼν et *hiems*) *imber* est *agit de montibus* (v. sup ad Ge. I, 374. 5.) ad silvas et arborum tecta. cf. Aen. VI, 309 — 312. — 475 *corpora heroum*, simpl. heroes. Versus hi adumbrati ex Odyss. λ, 37 — 43. — 478 — 480 Quos Cocytus et Styx a reditu prohibent. Iam ornatum vide. Pro Cocyto, limoso et arundinoso fluvio, *limus niger et deformis arundo*, cuius, si late omnia obsidet, iniucundus ac tristis adspectus est: adeoque *palus inamabilis*, ἀνέρατος pro μισητὴ, invisa, detestabilis, et *tarda unda*. Porro *circum*, ab omni parte, *adligat* et *coercet*, implicat, impedit, ut Statius et alii hoc idem efferunt. — *Styx novies interfusa*, dum novies ambit Erebum. Hoc

)uin ipsae stupuere domus atque intima Leti
'artara, caeruleosque implexae crinibus anguis
;umenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora,
.tque Ixionii vento rota constitit orbis.
amque pedem referens casus evaserat omnis,
.edditaque Eurydice superas veniebat ad auras,
'one sequens — namque hanc dederat Proserpina legem —

ltimum exprimere volucre Claudian. XXXIII, 25. *quos Styx ventibus ambit Interfusa vadis*, Statius Theb. IV, 524. *Et Styx secretis interflua Manibus errat.* 481 *ipsae domus* Plutonis regia se possunt; sed verius, Tartara; *ipsae domus Leti et intima artara*, splendidius hoc, quam ca, penetralia. Aliter Aen. VI, 7, ubi *Letum* in primo Orci itu collocat. Reliqua de Tarro utrobique conveniunt. v. 555. q. — 483 *inhians*, simpl. hians. 484 Sententia est aperta, Ixios rotam, cui ille illigatus erat, hetitisse, Orpheo canente. Haemus tamen in verbis: primum *rota orbis* et tum in *constitit ento*. Prius primo obtutu per riphrasin pro rota dictum esse detur, nullo tamen alio exemplo mari potest; nisi putes esse dum ut, *axis orbis*, et *rota rhomstaminea* ap. Propert. III, 4, . (III 6, 26) pro rhombo, cui mina seu filia, licia, circumdata nt. Occurrit contra *orbis rotae*, in Tibullo: I, 5, 70. *Versat celeri Fors levis orbe rotae*, ex Plinio laudantur *orbes rorum*. Igitur alio modo ab aliis cipitur *rota orbis* pro rotatione bis seu rotae. At enim exemhuius usus non minus desidentur; quae enim laudantur, pam firma sunt. Apud Propert. , 7, 52. (8, 8.) *Vinceris aut vinis; haec in amore rota est*, non t rotatio, sed est tropicus usus tae Fortunae pro vicissitudine cta. Inf. Aen. VI, 748. *ubi mille iam volvere per annos* quis dixerit esse volvere rotationem? Est rota pro orbe, complexu certo annorum dictum. Caret igitur et hoc idonea usus auctoritate. Modestius igitur est continere se in dubitatione, nec pro arbitrio pronuntiare. — Alterum, *vento*, spectat haud dubie ad modum cessantis rotationis seu motus rotae. Hunc a vento peti a politis. in edit. maiore docui multis locis appositis; quaeritur nunc casus sextus *vento* quomodo iungi possit cum *constitit*. Dixi posse esse aut *a vento*, ut, vento vehementiore, quo alias circumagebatur rota, subsidente, subsideret motus rotae, sicque illa subsisteret; atque haec est simplicior et vulgarior ratio; aut ut *ventus* dictus sit pro *turbine*, *vortice*, δίνῃ, quae tribui solet rotae, quando illa circumagitur; ita erit: *rota constitit vento*, in vel a rotatione sua, motu et turbine; quod quidem doctius esset, at usum voc. *venti* hoc sensu vix aliunde probes. Boni interpretis erat, singula afferre cum suis caussis. Nunc si iudicium nostrum addere licet, etsi neutra ratio satisfacit, praeferam *rotam orbis* dictam pro orbe: *orbis*, κύκλος, rota, substitit *vento*, ἀνέμῳ pro διὰ ἀνέμου, venti impulsu cessante. *H. vento* videtur esse *vento sopito*, vid. Not. ad Ecl. II, 26. *W.*

485 Mirum in sqq. narrationis artificium, quod facile sentias, si ad vulgarem sententiarum iunctu-, ram revoces orationem. Legis autem, ne respiceret, excogitandae consilium ex vulgari superstitio-

Quum subita incautum dementia cepit amantem,
Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere Manes:
Restitit, Eurydicenque suam iam luce sub ipsa,
Inmemor heu! victusque animi, respexit. Ibi omnis
Effusus labor, atque inmitis rupta tyranni
Foedera, terque fragor stagnis auditus Avernis.
Illa, Quis et me, inquit, miseram, et te perdidit, Orpheu?
Quis tantus furor? En iterum crudelia retro
Fata vocant, conditque natantia lumina somnus.
Iamque vale; feror ingenti circumdata nocte,
Invalidasque tibi tendens, heu! non tua, palmas.
Dixit, et ex oculis subito, ceu fumus in auras
Conmixtus tenuis, fugit diversa, neque illum,

ne natum esse videtur, cum res aversandas etiam in sacris magicis respicere vetarentur; cf. sup. Ecl. VIII, 102. — 490 *iam luce sub ipsa*. Seneca Herc. fur. 813. *Postquam est ad oras Taenari ventum* etc. et *superas veniebat ad auras* v. 486. — 491 *victus animi*, noto Graecismo, pro *vict. animo*, cupiditate. *H. victus* absolute dicitur is, qui a proposito recedit, re aliqua permotus. Ita *victus* saepe ex contextu explicandum. Aen. IV, 370. *Num lacrimas victus dedit?* h. e. permotus precibus et misericordia. Aen. II, 699. *Hic vero victus genitor* h. e. ostentis evictus. Hic *victus* notat motus desiderio et amore uxoris. *animi*. Genitivus sedem desiderii significat, ut in compositione Aen. IV, 203. *amens animi*, et Tacit. Hist. III, 73. *captus animi*. *H.* — *effusus*, irritus, ut ἐκκεχυμένος. — 493 *Foedera*, foedus, conditio, a Plutone imposita. Hic vero exemplum memorabile habes, quomodo incauta aemulatione res ad insanam subtilitatem evehi possint. Hic *auditus fragor* — At Lucanus Servio laudatus ultra etiam processerat: *gaudent, a luce relictam* (f. reductam, revectam, retractam esse) *Eurydicen, iterum sperantes Orphea, Manes*. Omnino dari mihi aliquem elegantioris ingenii iuvenem velim, qui loca poëtarum de vi Orphei cantus et de descensu ad inferos non tam colligat, in quo iam praeivit Cerda ad v. 510, verum ea inter se comparando ingeniosam primorum auctorum *simplicitatem*, tum aliorum partim argutam partim ineptam, ut Claudiani XXXIV, imitationem exquirat. Nam ita demum e locorum comparatione utilitas aliqua percipitur. Illo Lucani loco usus Servius male interpretatus est: quasi exsultarent umbrae redditam Eurydicen. At quorsum *fragor* ter auditur? Repetendum a prodigiis omninibusque magnae alicuius calamitatis aut rerum conversionis. Est utique indignabundi potius Orci, quam laetabundi; velut si Iupiter frigoreus tonitru edit. — 495 *Quis, quis tantus furor*, amoris intemperantia Orphei, qui respexerat. Sup. 488. erat *dementia*. — 496 *natantia lumina*, moribundi, incerto iam motu fluctuantia, satis a viris doctis illustrata sunt. Praeiverat Lucretius III, 479. *Nant oculi*. Ceterum *oculi natantes* non uno modo ὄμματα ὑγρά. — 499 *fugit in auras*, ut Aen. V, 740; tum *fugit commixtus* est plenius et ornatius dictum. Petitum aut a ex Il. ψ, 400. — 500 *diversa*, cum in diversam, ac qua Orpheus tendebat, partem, h. retro, re-

antem nequidquam umbras, et multa volentem
e, praeterea vidit; nec portitor Orci
lius obiectam passus transire paludem.
faceret? Quo se, rapta bis coniuge, ferret?
fletu Manis, qua Numina voce moveret? 505
uidem Stygia nabat iam frigida cymba.
m illum totos perhibent ex ordine mensis
sub aëria deserti ad Strymonis undam
sse, et gelidis haec evolvisse sub antris,
entem tigris, et agentem carmine quercus: 510
is populea maerens Philomela sub umbra
sos queritur fetus, quos durus arator
rvans nido inplumis detraxit: at illa
noctem, ramoque sedens miserabile carmen
rat, et maestis late loca questibus inplet. 515
Venus, non ulli animum flexere hymenaei;
Hyperboreas glacies Tanaimque nivalem,
que Rhipaeis numquam viduata pruinis
abat, raptam Eurydicen atque inrita Ditis

r, ut sup. v. 367. *flumina* *locis.* — 503 *obiectam* ornatu adiectum Ge. III, *obiecta retardant flumi-* 505 *quo fletu, qua voce,* lgari: quomodo, ut Ecl. *quo cursu, quibus alis.*

frigida, morte, vecta re- Stygem. Mox *ex ordine*, s, deinceps, continuos in- Praeivit Lucretius. — *olvisse*. διαπτύξαι, ἐξειπεῖν, ido enarrasse, *haec*, casus ut Stat. Theb. I, 2 *sontes e Thebas* h. e. fratrum sce- u scelesta odia narrare. — *gres* in Thracia memorat, ta, qui geographicam sub- m haud curat. Sic *cervos* assignavit Aen. I, 184. — undus huius comparationis simae est ap. Homer. Od. τ. 524: adde π, 216. sqq. plures expressere. At nemo tius variavit et ornavit, quam us IV, 21. sqq., quem et Virgilius ante oculos habu- detur. Color certo ac filum orationis inde est ductum. *Huetii* et Castelvetri reprehensiones huius loci, in primis *umbrae populeae*, cum tamen sequatur: *Flet noctem*, ex eo, quod poëticae cum rationis et artis tum orationis parum memores erant, profectae sunt. *Umbra* enim tam proprium et perpetuum est arboris attributum, ut ad caussas physicas ac tempora respectus plane non habeatur. — *Populeae frondis* mobilitas ac lene murmur in primis aptum moestitiae cantus. — 514 *miserabile carmen Integrat*, iterat. Suavius Homerus "Ητε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν, ubi variatos modulationis colores expressos vides. — 517 *Hyperboreas glacies*, v. Ge. III, 196; nomina tantum ad ornatum faciunt, non ad geographiam, ne mythicam quidem; ex qua nimis hyperbolice dictum esset, Orpheum inde ab Hebro peragrasse Hyperboreas, Tanaim et montes Rhipaeos. Tam latos errores vix faciunt amantes; voluit ac debuit poëta Thraciam nominare.

Dona querens. Spretae Ciconum quo munere matres
Inter sacra deum nocturnique orgia Bacchi
Discerptum latos iuvenem sparsere per agros.
Tum quoque, marmorea caput a cervice revolsum
Gurgite quum medio portans Oeagrius Hebrus
Volveret, Eurydicen vox ipsa et frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen! anima fugiente vocabat;
Eurydicen toto referebant flumine ripae.
Haec Proteus: et se iactu dedit aequor in altum;
Quaque dedit, spumantem undam sub vertice torsit.
At non Cyrene; namque ultro adfata timentem:
Nate, licet tristis animo deponere curas.
Haec omnis morbi caussa; hinc miserabile Nymphae,
Cum quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misere apibus. Tu munera supplex
Tende, petens pacem, et facilis venerare Napaeas.

520 *quo munere.* Si veram lectionem habemus, ea sic interpretatione adiuvanda: *munus* pro officio, pro pietate in defunctum, inferiis, honore, quo mortuos prosequimur, bene dicitur; *quo munere*, qua Orphei pietate in coniugem, qua amoris et desiderii pertinacia, *spretae*, sperni se arbitratae (repudiatae *W.*) matronae Thracum. Proprium vocabulum erat, *offensae*, indignatae. — 521 Primum genus ponit, ut poëtica ratio fert, *inter sacra deum*, tum subiungit ex iis id sacrum, in quo res acta; *inter orgia*, quo nomine omnia sacra enthusiastica et mystica appellabantur, *Bacchi nocturni*, cuius sacra noctu celebrari solita. Porro Macrob. IV, 3. *Sacer vero locus in primis pathos movet. Occisum inducit Orphea, et miserabiliorem interitum eius a loco facit: Inter sacra deum n. o.* Haec tandem Grammatico digna in poëtam suum observatio! — 523 *marmorea cervice*, candida, ut saepe alii poëtae. Lucretio deberi videtur et hoc, vel etiam antiquioribus. — 524 *Hebrus Oeagrius*, ab Oeagro, Thraciae rege, Orphei patre. — 529 *sub vertice*, non capitis, sed vertice seu vortice, quem mota, eo insiliente, aqua ciebat, δίνῃ, contorta in se aqua. — *torsit sub vertice*, quod vulgari usu: vortice vel in vorticem. Nec ratio deest, aut analogia.

530 *At non Cyrene* iactu se in altum dedit et filium reliquit consilii inopem. Namque, ducto in specus et in latebris collocato filio, subsisterat illa, nube seu nebula circumdata: vs. 424. *ipsa procul nebulis obscura resistit.* Scilicet Proteus internecionis apum, *morbi caussam*, v. 397. tantum exposuerat, non vero fortunae remedium. Hoc mater subiicit; culpae, puta, expiationem, Nympharum placationem sacrificio certo ritu faciendo, et inferias Orpheo et Eurydicae ferendas; quo facto ex victimarum visceribus nova examina exoritura esse. — 534 *munera supplex tende*, protende, offer; Aen. II, 674. *parvumque patri tendebat Iulum*; certe ratione non careret, etiamsi exempla deessent. *munera* autem, ut *honores*, quocunque deos placamus aut veneramur. *H.* Ritus haud dubie respicitur apud Homerum obvius fruges aliaque sacra inter preces tollendi. Apud Sophoclem Electr.

que dabunt veniam votis, irasque remittent.
modus orandi qui sit, prius ordine dicam.
nor eximios praestanti corpore tauros,
ibi nunc viridis depascunt summa Lycaei
e, et intacta totidem cervice iuvencas.
nor his aras alta ad delubra dearum
itue, et sacrum iugulis demitte cruorem;
praque ipsa boum frondoso desere luco.
ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,
as Orphei Lethaea papavera mittes,
tam Eurydicen vitula venerabere caesa,
gram mactabis ovem, lucumque revises.
ad mora; continuo matris praecepta facessit.
lubra venit; monstratas excitat aras;
nor eximios praestanti corpore tauros
, et intacta totidem cervice iuvencas.
ubi nona suos Aurora induxerat ortus,
as Orphei mittit, lucumque revisit.

ytaemnestra preces factura
t servae: ἕκαιρος δὴ σὺ
', ἡ παροῦσά μοι. Ita pro-
ositum *Tende*, praesertim
rticipio *petens pacem* co-
n. *W.* — *petens pacem*, h.
itiae sint. — *faciles*, pla-
— 536 *votis*, precibus
— 538 *eximios* proprium
imis; res nota. — 539 In
, Arcadiae noto monte,
us armenta nunc habere
r, ut supra Arcadium he-
diderat v. 283. — 540 *inta-*
vice, ingo, ut toties. —
arum, Nympharum v. 532.
in hoc versu proprie di-
ad delubra statuuntur arae,
mplum, in προνάῳ ex mo-
lubra alta, quia gradibus
lebatur ad templa. — *nona*
. Haud scio an cogitave-
a de *sacro novemdiali*, vid.
d Aen. V, 64. *H.* Graeci
τὰ ἔννατα. *W.* 545 *Le-*
papavera. Ληθαῖα a Le-
Ge. I, 78. — 546 *Placa-*
nae eo modo erit placata.
ii *placatam* interpretantur
mpharum sacro simul pla-
cum *placatam* pro placan-
dam grammatice respuat. *W.* —
547 *lucumque revises*. Nam ex
seqq. apparet, inferias faciendas
fuisse loco alio; tum autem, in-
feriis factis, ille *revisit lucum*, in
quo fanum Nympharum erat, ad
quod victimae caesae fuerant re-
lictae. Displicet Orpheum non ni-
si papavere placari, Eurydicen
vero vitula et ove. Et variant
codices, quorum pars maior ver-
sum *Et nigram* praeponit alteri
Placatam Eurydicen. Cui ordini
in lectione vulgata cum id obstet,
quod tum verba *revises*, *venerabere*
nullo iuncta sunt vinculo, hanc
difficultatem H. Vossius, lectione
unius vel duorum codicum *revisens*
recepta, expedivit. Equidem or-
dinem versuum ita faciendum esse
conieci: *Placatam Eurydicen* —
Inferias Orphei — *Et nigram*.

550 sq. Iisdem verbis Maro uti-
tur, quibus paullo ante, Homeri-
co more; cuius ratio haec tenen-
da est, ne semel bene et proprie
enuntiata ieiune aut perperam
mntentur, cf. Bentl. ad Milton. X,
1086. — *H.* 549 *excitare* pro eri-
gere est etiam pedestre. Callim.
in Dian. 199. ἀνεστήσαντο δὲ βω-

Hic vero subitum ac dictu mirabile monstrum
Adspiciunt, liquefacta boum per viscera toto
Stridere apes utero, et ruptis effervere costis;
Inmensasque trahi nubes; iamque arbore summa
Confluere, et lentis uvam demittere ramis.
Haec super arvorum cultu pecorumque canebam,
Et super arboribus, Caesar dum magnus ad altum
Fulminat Euphraten bello, victorque volentis
Per populos dat iura, viamque adfectat Olympo.
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, studiis florentem ignobilis otî:
Carmina qui lusi pastorum, audaxque iuventa,
Tityre, te patulae cecini sub tegmine fagi.

P. VIRGILII MARONIS GEORGICON LIBER QUARTUS EXPLICITUS.

μοῦς. *W.* 554 *monstrum*, pro re monstrosa, mira. — 555 *liquefacta per viscera*, tabe, putredine, dissoluta. vid. sup. v. 308. *effervere*, *ἐκζέσαι*, voc. Lucretianum II, 927. — 557 *nubes trahi*, nova examina. conf. ad hos versus Nicandr. Alexiph. 443. sqq., ubi de papavere — 558 *Βοτρυδὸν* (Il. *β*, 89) adhaesisse arbori.

559 *pecorumque*, in his de cultu apum. De Epilogo hoc, quem ab aliena manu attextum esse veri simile, v. Vitam Virgilii ad a. U. C. 724. — 561. 562 *volentes per populos*, quorum legati undique eum conveniebant: ut ap. Xenoph. Oecon. 21, 12. *ἑθελόντων ἄρχειν* — *Olympo*, ad Olympum, ad immortalitatem nominis. — 564 De Parthenope sive Neapoli, studiorum parente, vid. Wernsd. Poët. Min. T. IV, Exc IX. — De Maronis secessu apud Neapolin cf. Vitam Virgilii eod. an. *studiis floret* et is, qui laudem inde et existimationem fert, ex iis inclarescit, et is, qui iis cum maxime deditus est. *Floremus* enim iis, quorum copia et abundantia ad manum est. Hoc altero sensu h. l. accipiendum. — *Otium* Romanis omne vitae genus a reip. negotiis domesticis bellicisque alienum; proprie tamen quodammodo de Musarum otiis; *ignobile* respectu gloriae bellicae et gestarum magnarum rerum. Sic Ge. II, 486. *inglorius*. — 565 *audax iuventa*, qui omnino carmina vulgare auderet, rem poëticam aggrederetur; ut Ge. I, 40. *audacibus adnue coeptis*; non quod carminis genus tale esset, quod magnos ausus posceret. Tenue enim genus est bucolicum.

P. VIRGILII MARONIS

AENEIS.

P. VIRGILII MARONIS
A E N E I S.

PROOEMIUM.

Quae hic a me exponenda sunt, pauca quidem et summatim, populari oratione, non ex scholae alicuius praeceptis et verborum tricis, et ad Virgilianum carmen *spectantia, haec fere esse videntur.*

DISQUISITIO I.

DE CARMINE EPICO VIRGILIANO.

I. Ad Aeneidis rationem intelligendam satis est tenere, carmen epicum *universe nihil aliud esse, quam* narrationem omnibus numeris absolutam ac perfectam, seu narrationis genus praestantissimum et iis virtutibus, quae huic generi inesse possunt, cumulatum; itaque carminis epici naturam positam esse in rei magnae et arduae, magno cum animo et consilio animi susceptae et gestae, narratione ad admirationem efficiendam instituta. *Eiusmodi enim narratio praestantissima est ex toto hoc rerum genere.* Admiratione *animis iniecta quaeritur hic ea, quae omni carmini proposita est, sed in alio genere ab aliis caussis proficiscitur,* delectatio; *quae profecto, si ingenuo et liberali animo digna esse debet, a rerum honestate et utilitate seiuncta esse nequit, et tanto exquisitior, generosior, et plenior est, quo maiora virtutis adhortamenta et incitamenta cum hac ipsa voluptate animis se insinuant; ita ut, si quis carmini epico magnum aliquod ac praeclarum virtutis et vitae, in primis publicae, praeceptum subiectum esse debere dixerit, ad rerum utique verita-*

tem dixisse ille videatur. Sed poëtae epico talis utilitas, ad philosophicas rationes exacta, non ita proposita esse potest, ut poëticas rationes inde petat aut metiatur: ut rerum narratarum admiratione animi afficiantur, *hoc summum est, quod illo sequitur. Ipsa autem rerum animorumque nostrorum natura ita fert, ut, quod a virtute et utilitate publica vacat, ad animos nostros admiratione impellendos vim satis magnam habere nequeat. Non igitur ulla ratione fieri potest, ut bonum carmen epicum contineat nihil, quod ad publicam et civilem utilitatem valere possit. Contra vero magna et ardua consilia, excelsi et magnifici animorum sensus, virtus ultra vulgarem mortalitatis modulum et morem animosa et fortis, nullis adversis casibus et periculorum terroribus infracta mens, salus civium et imperii maiestas vel parta vel servata ac defensa, haec illa ipsa sunt, quibus maxime hominum animis admiratio iniici potest, quaeque inprimis epico carmini idoneam materiam suppeditant. Quae inde utilitas — nam et haec a carmine epico exigitur — simul proficiscatur, sponte patet.*

II. Admiratio *itaque, necesse non est, ut a rerum et naturae miraculis petatur, sed, quod facile unus quisque intelligit,* admiratione *animos nostros afficiunt omnino* res a magna animi virtute *profectae; insignem dico in excogitandis consiliis vel in iis exsequendis prudentiam, in laboribus perferendis constantiam, in adeundis periculis audaciam, etiamsi illa a laudis et gloriae studio, aut ab ira, odio, vindictae cupiditate profecta fuerit, aut ad immania et saeva facinora proruperit. Convenit igitur, ut a magno viro, magna ingenii vi, magnis corporis viribus, magnis animi motibus et affectibus, inter magnas difficultates, casus et pericula, magnis praesidiis et auxiliis, magnis de caussis susceptae et gestae res sint. Atqui eaedem fere res etiam eventu clarae et insignes magnique exempli esse solent, ut aut magni alicuius*

viri aut populi vel civitatis aut generis adeo humani fortunas in utramque partem contineant. Ita magnitudinis vim, notionem ac sensum, tamquam animam, omnia permeare, animare et movere vides. Non difficilis est ad cognoscendum in rhetoricis et poëticis locus de magnitudine; nec tamen omnis magnitudo epici carminis indoli est accommodata, sed ea maxime, quae a sensibus et a phantasmatibus proficiscitur; quippe quae ad animos movendos et admiratione imbuendos in primis valet. Verum haec quidem passim a viris doctis satis diserte sunt exposita.

III. Iam natura ita fert, ut, qui magnae et mirandae rei narrationem *instituit, eius magnitudine contactum et graviter affectum animum ipse habeat, itaque motus animi sui vultu, gestu, in primisque* oratione *prodat. Laborabit mens, rerum specie percussa, ut, quae sentit, aliis impertiat, admovebit nova rerum phantasmata, adhibebit troporum, figurarum, gravium aut ornatorum verborum velut machinas ad efficiendum quod vult. Non minus igitur apertum est, ut admiratione magna teneatur audientis animus, non modo rem gestam, quae narratur, et actionem ita comparatam esse debere, ut mirationem faciat; verum etiam* narrationis genus et rationem *ad admirationem efficiendam vel tuendam idoneam requiri. Qua de re plura monere nihil attinet. Nemo enim non videt, orationis genus esse debere nec humile nec molle, sed forte, acre, magnificum, ornatum, etsi pro argumenti diversa natura diverse attemperatum, et quae sunt alia. Ab eadem hac causa illa proficiscitur necessitas, ut* carmine *instituenda sit narratio, quandoquidem id genus orationis est praestantissimum* (perfectum *nostri homines, hoc est, suis numeris absolutum dicunt*), *idemque potentissimum ad tenendos et delectandos animos audientium, ad sensus magnos affectusque movendos, rerumque mirabilium phantasmata cum elicienda et conflanda, tum expri-*

menda vivide et animanda. Nullum autem metrorum genus ad narrationem epicam virtutes habere tam multas et tam magnas, quam hexametrum, et sensus quemque suus docet, et multis virorum doctorum disputationibus est declaratum.

IV. A binis *hisce veluti* principiis *ut et res admirationem faciant et ipsa narratio animum admirationis voluptate delinitum teneat, repetenda sunt omnia, quibus* carminis epici argumentum, personae epicae, facta, virtutes ac characteres, sententiae, oratio *ac* dictionis genus *constituuntur; verbo,* admiratione quaesita delectatio moderatur in hoc genere omnia. *Potest autem accidere mentibus nostris admiratio rerum vel hominum modo cum* molliore *modo cum* graviore *animorum impulsu; miramur enim alia attonitis similes, alia terrore perculsi, alia cum ira et odio, alia, miseratione commoti; interdum magno cum animi aestu miratio est coniuncta, interdum cum leniore ac remissiore impetu, et cum molliore et suaviore animi affectu. Unde sequitur, magnam in hoc genere esse posse varietatem pro argumenti diversa natura, inanemque esse virorum doctorum operam, qui Homeri ac Virgilii exemplis omnem carminis epici naturam circumscribere voluerint.*

Eam admirationem rerum, quae cum terrore *aut* cum miseratione *et* graviore *omnino* animi affectu *mentem impellit, in primis ad tenendos animos valere, magnamque delectationem habere, quis non videat, et naturae humanae esse consentaneum intelligat? Res ex parte animadversa in opinionem induxit nonnullos e recentioribus, ut intra tragicos affectus non minus epicum genus contineri, et idem argumentum in utrumque usum accommodari posse existimarent. Sed dramate latius patere carmen epicum, hoc est, narrationem per caussas et consilia expositam, et magnos affectus non nisi unam esse ex pluribus admirationis movendae caussis, ex superioribus facile*

intelligis, ne illud moneam, epici carminis virtutes multas ex narrationis bonae indole et natura esse petendas; *ad quam utique cum ceteris et hoc spectat, ut tanto dulcior sit omnis narratio, quanto magis illa animum terrore vel miseratione exagitat. Ut vero, quod iidem viri docti arbitrati sunt, sutilis aliqua tragicarum actionum compages bonum epos efficiat, vehementer vereor. At ex epici carminis partibus bonas tragoedias fieri posse alia res est, de qua iam Aristoteles egit Poët. c. 25. et 26. Illud tamen negari nequit, cum id, quod admirationis maioris vim habet, ad animos nostros movendos tanto sit potentius,* heroica argumenta genus epici carminis nobilissimum constituere; *praesertim si* ex heroicis temporibus *petita fuerint, quibus* deorum interventu *res aut gestae sunt aut geri creditae; etsi minus bene a Batteusio et aliis tota epici carminis vis ab his deorum ministeriis deducitur.*

V. Reliqua, quae de carmine epico praecipi solent, partim ex narrationis bonae ratione ac praeceptis, *partim* ex poëticae orationis genio, *quatenus in utroque summa perfectaque ratio quaeritur, repetita sunt, et facile repeti possunt; v. c. quae de episodiis argute magis quam vere disputantur. Neque in his animos generosiores diu detineri velim. Pleraque enim sunt talia, ut, nisi quis tardissimi sit ingenii, primo statim rerum obiectu ea percipiat. Quorsum enim operose multa conscribere vel commemorare, ut factum, quod argumentum epicum contineat, doceas, esse debere* unum, *et* absolutum, *et* intra iustum temporis spatium comprehensum? *quorsum* de nectendo et dissolvendo nodo, *h. e. difficultatibus motis vel obiectis?* de episodiorum affinitate et nexu cum epica narratione? *Haec intelligere et assequi haud adeo difficile est; difficultates paullo maiores tunc nascuntur, si in rem praesentem deducendae sunt istae disputationes; si, ut uno exemplo defungar, demon-*

strandum est, qua ratione et arte in magno fact numero argumentum carminis ita digeri et ado possit, ut ad unitatem deducatur res. Hoc in poëtae relinquitur, qui, si ad hoc satis ingenio omnium maxime praeceptorum istorum copiosa sitione carebit.

Ut vero admiratio rei magnae animum ten delectatione perfundere possit, quis non videt, ea nia a poëta curari et sagaciter provideri debere, ad illud consilium prodesse; *caveri ea,* quae possint? *ante omnia lectoris animum* argumenti tione aliqua *esse imbuendum, ut nec tamen exsat* in medium rem esse rapiendum, *ut nec tamen n novitas obscuritate laboret; cumque omnia ad s et phantasmata in carmine redeant,* rerum obs rum praestigiis *ita* deliniendum et fallendum, *ut in alia rerum natura et ordine, alia cogitandi, tiendi, et agendi via et ratione, aliis temporibus, ter alios homines, et extra se solitumque vitae t rem constitutus,* in nihil incidat, quo *expergefa quasi ex aureo somnio* sibi lusum fieri animadve *id quod sine indignatione et poenitentia aliqua qui ad se rediit, fieri non potest. Hinc a viris do multa disputata sunt* de probabilitate poëtica ac thica et de verisimilitudine, *quam poëta sectari de qui non ipse vult acta sua rescindere. Omnino hanc* illusionem, *quam recentiores commode voc pleraque, quae de carmine epico cum utilitate ali praecipi possunt, revocare in promtu est; et ad h normam vel maxime revocare soleo ea, quae de n tis Virgilii locis a viris doctis disputata sunt.*

VI. Virgiliani *igitur* carminis dotes *ut recte cernant ac perspiciant, ad id intendant animos a lescentes, auctor sum, ut* quantum cum in toto a mento, tum in singulis partibus insit ad mentes ad ratione non sine voluptate tenendas, *considerent. ponitur a poëta* Aeneae, ex Troia capta profugi,

gue errores, in Latium adventus, utque condita ab
n his locis sit Troianorum colonia novaque parata
les. *Debebant haec certo consilio esse suscepta;*
tautem Troiano homini vix in animum venire
set, ut in terris longinquis et ignotis certum animo
signatum locum quaereret, opportune adhibita sunt
a diis monstrata. *Quis autem non facile intelli-*
, rem esse magnam, arduam, et admirationis ali-
ntum habentem, quod profugus ex urbe incensa et
l, fatis ducentibus, in tam longinqua terra, in
io, novas sedes ponit? Quis non in summis pericu-
o discriminibus, in navigatione et mox in Italia
ectis, inque malis aut fortiter toleratis aut animose
ulsis novam admirationis efficiendae videat esse
teriam? nec minus in singulis carminis partibus,
moribus, in motibus et affectibus animi, in senten-
? et eidem consilio accommodatum esse orationis
is et colorem et ornamenta? In his ac similibus
ertus esse potest facile quivis carminis interpres *).
quibus voluptatem maiorem profecto in Romanos,
bus ille scripsit, quam in nos, redundasse, existi-
ndum est. Ipse rerum narratarum nexus cum re-
Romanis, animis revocatis ad earum origines et
stirpes gentis: parte ex Homero petita, parte ex
tiquitate Italiae, illique, veluti fundamento, super-
ucta: qua et is delectabatur, qui Graecas literas
dicerat, et is qui Italicis tenebatur; haec omnia
antam voluptatem afferre Maronis popularibus,
rte saeculi Augustei, debuere!

VII. Rerum *quidem* inveniendarum *laudem Vir-*
lius habet admodum diversam ab Homero, nec ta-
n nullam aut contemnendam. Hic materiam nactus
t tantum non rudem: ille iam a multis tractatam.
merus famam acceperat, quae res tamquam vere

*) Egregius est ad animi mei sententiam declarandam locus Baco-de augm. Scientt. lib. II, cap. 13. p. 80. Opp. T. I, non repre-dendus ille, si ad epicam poësin revocetur.

gestas cum fide narrabat: easdem, multo-
rum, qui in illis se exercuerant, ingeniis or-
variatas, materiem Virgilius accepit novo more
consilio tractandam, alia aetate, inter alios homines,
hominumque sensus et iudicia diversa. Alterum cum
eo comparem, qui verae historiae exornationem su-
scipit, alterum cum Milesiae narrationis auctore.
Scilicet Homerus id agebat, ut narrationem institue-
ret rei ex sua opinione ac persuasione vere ita gestae,
cuius magnitudine contactam et inflammatam habe-
bat mentem; propius attingebat tempora heroica,
ipsam rerum famam sequebatur, qualis ea in popula-
rium ore ferebatur, cum ipse temporum decursus
omnia in maius auxisset, et, ut in maiorum factis et
prisci aevi rebus fieri solet, humana facta ad divi-
nam aliquam speciem ac dignitatem evexisset; ita-
que deorum ministeriis omnia exsequebatur, quoniam
priscis hominibus hoc erat persuasum, humanis rebus
gerendis interesse deos praesentes, multoque magis
praesentes adfuisse rebus gestis patrum aetate, inii-
cere eos hominum animis bona vel prava consilia,
obiicere pericula ac discrimina, irasci, dolere, me-
tuere, sperare; versabatur sub eodem coelo, et adie-
rat ea loca, in quibus res illae, a fama tam magnifi-
ce ornatae, erant gestae; utebatur sermone, natura
sua poëtico, hoc est, per philosophorum subtilitatem
et rhetorum ac grammaticorum argutias nondum fra-
cto et attenuato, sed qui multum adhuc retinebat ex
genio antiqui sermonis. Est autem omnium rudium
linguarum ea indoles, ut res ad sensum revocet, adeo-
que sensa animi et cogitata, etiam physicas et ethicas
sententias per rerum naturas, proprietates, vices,
utilitates, propter similitudinem aliquam translatas
vel adumbratas, declaret; quibus omnibus poëtica vis
vel maxime inest. Quae si ad sermonem priscum
Graecorum transferimus, non mirabimur evenisse, ut
philosophorum quoque antiquiorum opiniones vel

praeceptiones, rudium ingeniorum impetu pronuntiatae, speciem narrationis factorum et eventorum induerent. Ortus v. c. mundi ex chao per pugnam elementorum in personas et deos commutatorum erat enarratus. Successit ecce Homerus, qui ea maxime ingenii sollertia est usus, ut videret, narrationes has, quibus poëtae superiores philosophicas doctrinas interpretabantur, omnino narrationum poëticarum loco inservire posse; ita ut, quae a poëtis ante se ex prisci sermonis natura exposita essent symbolica rerum cogitatarum adumbratione, ea a se pro factis et fatis deorum narrarentur. Hac potissimum ratione doctrinam de diis poëticam et systema aliquod mythologicum condidit Homerus; cumque ad epicam illud et dramaticam rerum expositionem egregie esset accommodatum, in poëtarum inde patrimonium cessit. Ut rem absolvam verbo, Homeri ingenium adiuvabant, et, ut sine doctrina doctrinam, sine arte artem habere videretur, efficiebant plurima, quae, si ab isto aevo discesseris, omnibus poëtis deesse necesse est. Virgilius igitur a libero isto ingenii et mentis impetu et praecipite motu interclusus, et tot enthusiasmi fovendi, excitandi et inflammandi adminiculis plane destitutus, priorum poëtarum exemplis tamquam cancellis circumscriptus, ingenio frenis iam tum ab Aristotele aliisque iniectis, ab arte *necesse habuit petere omnia. Alio aevo, ab heroica aetate longe remoto, inter diversissimas hominum, rerum, temporum, locorum ac coeli rationes opus suum est aggressus. Sine doctrinae et multae ac variae lectionis copiis nulla iam tum ingenii laus erat. Fracto in hunc modum mentis impetu, tamen vel sic* magnum eius etiam in inveniendis rebus ingenium ex his agnoscas: *Primum vidit, carmen epicum Homericum, hoc est, heroicum, posse perfici et ornari; tum eius vix esse posse argumentum idoneum, nisi ex ultima antiquitate et aetate heroum petitum. A natura enim*

res ita comparata est, ut priscorum hominum, magis heroum ipsa nomina, res gestae, et fata per se non adeo memorabilia animum humanu neant et admiratione afficiant. Est porro illa morum ac vitae simplicitas ea, quae poëticum tum sublimesque rerum formas et sententiarum vitatem multo magis suppeditet, quam vita hon elegantior; quando corporum magis viribus e morum impetu ac virtute res gerebantur, quam siliorum sagacitate et artis vel ingenii subti Denique gerendis tum rebus ipsi dii interfuisse bantur. Ita deorum ministeriis res explicare toto cyclo mythico, quae vellet, depromere po Italicis autem mythis in carmen admissis, nov Graecis incognitam suavitatem adiecit. Tum claro iudicio argumentum ex vetere cyclo epico git, nondum tractatum a claro aliquo poëta, n men plane intactum, sed Homerico aliisque car bus quasi contiguum ac finitimum. Ita enim c cutus est hoc, ut materiam haberet copiosam, rudem, sed poëtica tractatione ab aliis iam ctam et ad epicam dignitatem ac vim accomm tam. Personas et characteres, mores ac facta aliunde nota, commendata, constituta ac defi optaverit sibi poëta unus quisque. Iam vero pre est intellectu, quam expedita ac facilis esse d copia ornamentorum et episodiorum in tali argu to, tam late fuso et patente; quod ipsum Hom aut vidit aut sensit, cum ex toto belli Troiani dec unum heroem, unum factum, selegit, itaque inf aliis rebus ex istius historia ad exornandum et plificandum argumentum recte uti potuit. Ho iudicio suo plurima praeclara carminis sui prae et uberrimos fructus tulit Maro. Non novus et tus est lectoribus heros, cuius fata exponit, nec ianorum nomen ac fortuna tam obscura, quin al tio statim miseratione afficiamur et virtutis adm

tione. *Deorum autem interventus, Iunonis et Veneris irae et studia, ac partes, iis tribuendae, egregie erant iam ab Homero definitae. Cum igitur primo statim Aeneidis ingressu Iunonis* memor ira, irarumque causae saevique dolores *memorantur, odia Iunonia ex Homero statim succurrunt legenti, et iam ab initio gravem de Aeneae fortuna sollicitudinem inijciunt.*

VIII. Poëtae sollertiam et acumen etiam in hoc spectari volo, quod non modo ex nobilissima antiquitatis parte, qualis rerum Troicarum est, verum etiam ex eo temporum articulo *Aeneidis argumentum duxit, qui intra paucorum annorum decursum ingentem vim illustrium facinorum ac memorabilium casuum conversionesque rerum mirabiles cum Graeciae tum Asiae tum Italiae comprehendit. Nam, excisa Ilio, quis vix potest, quantopere ubique turbatum sit. Victi victoresque ad novas sedes quaerendas per totum terrarum orbem dispersi vagabantur* *), *et versus occidentem maxime, qui tam parum adhuc Graecis notus erat, ut Circes insulam (Circeios Latii) pro extremis occidentis finibus habere, et ad haec loca, unquam incognita et rerum miraculis gignendis idonea fabulose narrata multa referre posset Homerus. Tum primum a Graecis navigatio ultra Siciliam frequentari coepit, cum ad illud tempus Phoenices illa loca tenerent; nisi quod e Creta aliisque fortasse insulis paucae naves Siciliam adibant.* Errores isti eorum ab Ilio redeuntium *variis Graecorum carminibus* epicis, *Νόστοι ea inscripta erant, materiam et argumentum praebuerant; quae si ad tempora nostra pervenissent, plura fortasse vestigia in iis deprehenderemus, quibus Virgilius institisset, quandoquidem in simili argumento cum iis versabatur. Sed eadem historiae seu fabulae de Achivorum reditu*

*) Egregius est eam in rem Strabonis locus lib. I, p. 48 B. et lib. II, p. 150 A.

animum admiratione detinet, quum valeant, ad
bilitatem quoque narrationis egregie sunt com-
. Sed cum plura huius generis narrari possint,
ectus tamen Aeneae magni poëtae ingenium ac
um doctum et exquisitum nihil magis arguit,
quod eum potissimum carminis sui heroem cir-
exit, qui in Italiam Troianorum coloniam de-
at, novum regnum in Latio constituerat, *unde*
Longae atque Romae origines *repetebantur,*
ita, etsi nec nobis ingratum esse potest tanti
ii primas origines cognoscere, Romanis tamen,
uitatis suae tantopere studiosis, unus omnium
ne acceptus et commendatus esse debuit. Com-
igitur et ingeniose in primis statim versibus
audientibus pollicetur narrationem rerum, qui-
igo Romae deberetur: genus unde Latinum Al-
ie patres atque altae moenia Romae. *Quam ma-*
a haec promissio in fronte novi operis et ad
s exspectatione erigendos idonea! De Aenea
e erroribus ac fatis — an recte et certa fide,
io est ab hac disputatione aliena — omnes ve-
unnales Romanorum loquebantur, quod ex frag-
passim a Sext. Aurelio Victore servatis et ex
sio ac Festo satis colligi potest; attigerat res
nas Ennius quoque in Annalibus; eundemque
m in nonnullis, quae interciderunt, Graecorum
nibus partes sustinuisse non ignobiles, ex Lyco-
e, qui antiquiora collegit, et ex imitatoribus
scriptoribus veterum intelligas, Quinto Calabro
I et Dictye. Cum autem omnino in Graecorum
norumque libris de Aenea tam multa narrata
, paratas ornandi et amplificandi argumenti
Maroni ad manum fuisse apparet; quae eius
as vulgo parum nota et intellecta est. Deducto
n rerum ordine in Italiam, nova rerum, homi-
t locorum genera ac nomina subnascebantur,
gebatque poëtae, quod in votis habere debuit,

ut praeter ea, quae a Graecis tractata satis erant, nova et intacta e domesticis ipse afferre posset. Iudicium poëtae in dilectu herois, quem ornavit, quam elegans et exquisitum sit, etiam ita iudicari posse puto, si quis aliorum carminum epicorum argumenta comparet, ut Herculis vel Thesei facta, Argonautica, bellum Thebanum, Gigantum vel Titanum pugnam: quae omnia, etsi summa cum arte tractata et expolita, non tamen ad eum splendorem excoli potuissent, neque satis momenti ad animos impellendos advertendosque haberent; cum contra ad popularium in primis mentes tenendas Aeneae fata tantam vim habere deberent, quantam paulo ante ostendimus, accedente insuper Penatium et Vestae aeternique ignis ac Palladii religione, in conspectu posita, ut taceam sacra antiquitus accepta, quae a Troianis tradita vulgo ferebantur. Adeo omnia ea, quae Dionys. Halic. I, 49. ad adstruendam Aeneae in Italiam adventus veritatem memorat, simul ad poëtae sapientiam declarandam valent: Τῆς δὲ ἐπὶ Ἰταλίαν Αἰνείου καὶ Τρώων ἀφίξεως Ῥωμαῖοί τε πάντες βεβαιωταί, καὶ τὰ δρώμενα ὑπ' αὐτῶν ἔν τε θυσίαις καὶ ἑορταῖς, μηνύματα, Σιβύλλης τε λόγια, καὶ χρησμοὶ Πυθικοί, καὶ ἄλλα πολλά.

X. Neque vero huic argumenti felicitati et tantis materiae copiis poëtae ingenium defuit; immo vero ingeniose inventis egregie usus est, et in rebus tractandis, ornandis et carmine persequendis non minus felix fuit, quam in inveniendis et excogitandis. Vellem id uno loco a me exponi posset; sed factum hoc est plerumque in singulis carminis partibus singulisque locis opportunius, et ne hoc in loco in immensum rerum campum evagetur disputatio, ratio nobis nonnullorum tantum habebitur, quae quidem praecipua et gravissima videntur. Spectant ea partim ad Homericam imitationem, *cum in descriptione carminis, tum in singulis partibus ac locis, partim ad ele-*

antiorem phantasmatum et narrationis universae habitum, *partim denique ad* orationis dignitatem et ornatum.

XI. Ipsam Aeneidis ideam, descriptionem et dispositionem partium, ad Homericum *partim Odysseae partim Iliadis* exemplum factam esse *negari nequit. Efficti enim errores Aeneae ad exemplum Ulyssis et eorum, quae in Italia ab Aenea geruntur, magna ex parte adumbrata ad exemplum Iliadis. Pauca etiam carminis lumina locaque insigniora et rerum orationisque ornamenta esse arbitror, quae a Virgilio sine exemplo inventa, et tum primum ex ipsa rerum natura adumbrata et descripta esse affirmari posse putem. Certe paucissima ex iis occurrere meminisse, quorum non aut exempla aut semina aut materias, modo rudes modo inchoatas ac praeformatas, ex Graeco aliquo poëta excitare aliquis possit. Atqui ex Graecis poëtis tam pauci ad nos pervenerunt; quid, si plures essent superstites, praesertim Alexandrini? Vos enim in primis, quod suspicor, Virgilius assidue lectavit, et sententiarum orationisque colorem inde duxit. Neque dici potest, non studio, sed casu aut necessitate Graecum et Romanum poëtam, dum eundem rerum et sententiarum orbem libero mentis meae pervagantur, in idem phantasma aut sensum et dictum incidere potuisse ac debuisse. Factum hoc utique, et saepe. Nec alterum, quod fortasse monebis, negari potest, multa passim ab Ursino, Guellio, Gerda, Clarkio, fortasse et ab aliis, pro imitatis et adumbratis afferri temere, quae partim similitudinem tantum, interdum et hanc satis obscuram, habeant, partim talia sint, ut sanus quisque et rerum intelligens homo, si easdem res exponat, iisdem modis ac verbis, iisdem sensibus ac sententiis, usurus sit; cuiusmodi multa a me omissa sunt, nonnulla eo consilio apposita, ut comparatione facta saltem delectent. Maroni tamen innumeris in locis Graeca, Ho-*

merica in primis, ante oculos fuisse, probant pl
ac primum quidem totius carminis descriptio *ab l*
mero petita, tot versus *ad verbum Latine conv*
tot loca, *quae exquisitiorem cultum et ornatum*
acumen vel doctrinam aut aliud quid reconditae
turae produnt, quae ea simplicitate, ut reliqua, ex
tiaturus erat, nisi fuisset, qui iam occupavĕrat; f
enim solet, ut, si qua ab aliis iam proprie dicta s
ne in eadem verba incidas, ornate ea et acute *eloq*
ris; porro Graeca ratio flectendi verba *vel* oratio
quae ad indolem poëticae dictionis Virgilianae p
tinet, tum poëtae *ipsius* professio *Ge. III*, 10. Pri
ego in patriam mecum — Aonio rediens deducam
tice Musas; denique veterum auctoritas, *ut Sens*
Suasor. III, qui Virgilium non surripiendi causa,
palam imitandi, hoc animo, ut vellet agnosci, *in s*
tis versibus alios expressisse affirmat. Manifesta i
imitationis Homericae vestigia in quam diversas
tes laudis vel reprehensionis a viris doctis defl
sint, longum est dicere. Aliis nihil divinius fuit
tatore Virgilio, aliis nihil ieiunius et steril
Equidem hoc in loco multa esse video, quae nec la
magnopere nec veniae locum faciant, sed rei natu
et rationi ita consentanea, ut quomodo aut quare
ter se habere debeant, caussa idonea non appar
Summam carminis ad Homericum exemplum con
tutam esse vidimus. Cum igitur semel ad Odys
et Iliadis tamquam magisterium Aeneidem com
suisset poëta; quidni Homerum in partibus quo
aut singulis locis sequendum putaret? et cum omn
vestigiis eius insisteret, quandoquidem argumen
affine ac simile tractabat, difficile erat cavere, n
easdem passim rerum ideas, eadem phantasmata,
dem sententias, eadem κάθη incurreret. Sunt au
multa, quae uno tantum modo recte dici et efferri
sunt; multa, quae, si naturae consentanea esse deb
variare velle ineptum sit. Praeterea non fa

assequare, quomodo poëta doctus et Graecorum poëtarum lectione subactum habens et ornatum ingenium, cum se ad opus suum converteret, ita omnia, quae legerat, animo expellere et exturbare potuerit, ut nihil ex pristina lectione obversaretur animo; maxima autem eorum, quae imitatione expressa dici possunt, pars eiusmodi est, ut non tam data opera et studio Homerica verba aut sententias reddere voluisse videri possit, quam ut in ea incidisse videri debeat, ipsa re ea, quae olim lecta et cognita in simili argumento memoria tenebat, in animum revocante. Atqui hoc imitandi genus, tantum abest, ut reprehendi possit, ut poëtam doctum nihil magis arguat et deceat. Nec vero in Virgilio reprehendendo vel laudando id, quod primo loco reputandum erat, memierunt viri docti, poëtam, etiamsi ingenium eum ad nova et intacta tulisset, illud suae aetati suisque popularibus tribuere debuisse, aut saltem in opinione eius temporis communi excusationem habere, cum ad artem poëtae et ad maiorem carminis suavitatem pertinere crederetur, si multa ex Graecis essent expressa vel adumbrata.

XII. Hoc aetatis suae iudicio, a nostro fortasse sensu prorsus alieno, continetur defensio poëtae, et causa perorata est, si illud demonstratum dedero, Romani literarum lumen a Graecis acceperant; sermonem suum ad Graeca expolierant et locupletarant; a Graecis primi poëtae fabulas, mox et epica carmina converterant; ad Graeca exempla se composuerunt ii, qui primi elegantiae et venustati orationis studuerant. Perlustret mihi aliquis veterum poëtarum ante Virgilium fragmenta, in primis Ennii, plerăque ex Graeco aliquo poëta aut Latine expressa aut imitatione adumbrata videbit. Etiam Plautus ac Terentius toti fere ex Graecis vel ad Graecos comparati et constituti sunt. Ad Graeca prorsus ingenia se composuere Romani; in Graecis puritiam et ado-

lescentiam consumebant. Ex multis scriptorum, qui primis Ciceronis, locis notior res est, quam ut plura de ea monenda sint. Itaque, etsi exculto iam sermone Romano, et pluribus Romanorum ingeniorum fructibus in lucem eductis, tamen ne sub Augusto quidem desiterunt summi viri Graeca exprimere Latine, cum Graecis ornatu certare; eorum inventa sua facere, praesertim si novum carminis genus in Romanam terram inferrent. Horatii quidem carmina plerasque e Graecis Lyricis adumbrata esse nullus dubito, quandoquidem inter tam pauca fragmenta ex istis lyricis servata vix unum et alterum est, cuius non imitationem ab Horatio factam excitare possis; quid igitur futurum putabimus, si Lyricos Graecos integros cum Horatio comparare liceret? Neque aliter se rem habet Catullo, Propertio, Ovidio, aliisque habituram esse credere fas est, si Graeci Elegorum scriptores, praesertim Alexandrini poëtae, adhuc exsterent. Quis igitur Virgilium reprehendat, quod, popularium suorum sensum, iudicium ac morem secutus, totum se ad Graecos poëtas in carminibus suis exprimendos applicuit? Nova accedere videbatur voluptas, quae delectationem in maius auctam afferret, si praeclara et suavis sententia simul Graeci loci recordationem faceret, unde esset expressa. In Aeneide itaque pauci sunt mores seu characteres, vix illum factum notabilius, vix locus aliquis praestantior, in quo non poëtae alicuius Graeci, praesertim Homeri vestigia agnoscas. Sed in eadem Aeneide multo doctiorem et ingeniosiorem imitatorem agnoscas facile, quam in Bucolicis, in quibus multa passim aliena a rerum veritate et ratione notavimus, et alia facile notari possunt, in quae poëta imitandi studio parum subtilis incidit, ut cum pastor indoctus Ararim *et* Oaxem *memorat* *), *aut in illis:* nuper me in litore vidi *\) *aut:* novimus et qui te ***), *et id genus alia. Neque vero*

*) Ecl. I, 63. 65. **) Ecl. II, 25. ***) Ecl. III, 8.

*haec Graecorum imitatio aut ingenio carere aut iudicio putanda est; est enim nequaquam servilis illa aut affectata, qualis ab ingenio exili et ignavo proficisci solet, neque in alterius poëtae verbis, modis et figuris variandis turpiter ingenii vires attrivit poëta; sed ubi occurrerat aliquid ingeniose ab alio cogitatum vel inventum, illo phantasmate tractus animus, tamquam scintilla idoneo fomite excepta, statim flamma correptus incluit et magno incendio exarsit. Hinc novae rerum formae, nova genera, novae interdum naturae. Nemo facile, si singula recognoscat et excutiat, non intelligit Virgilium, etiam ubi presse sequitur, modo castigatiore, pulchriore vel augustiore rei specie *), Latini sermonis elegantia, et novo rerum ornatu, modo deducta feliciter ac deflexa ad aliud rerum genus sententia vel oratione certasse cum Graeco poëta. In primis autem se Romanis in Homeri imitatione magnopere probare debuit cultus Augustei saeculi, quo simplicitas inculta, et horrida interdum Homeri vetustas, aut iners languor modo ad honestiorem et mitiorem cultum a Marone, modo ad elegantiorem ornatum, modo ad incitatiorem vim temperata est. Hoc nomine ipse Aeneas commendabilior videri potuit; omnibus eius factis, moribus ac dictis maior aliquis humanitatis cultus inest; apparatus rerum sunt ornatiores; ornamenta dignitas, splendor et elegantia, μεγαλοπρέπεια, sed heroum personis digna, illustrat. De qua quidem re longam instituere disputationem possem, si animi magis impetum quam scriptionis consilium sequi mallemus; monemus saltem, unicuique virtutes Virgiliani carminis rite aestimaturo alte hoc menti insidere debere, est reputet, qua aetate, quo in populo, qua in urbe,*

*) Qua arte Virgilius colores singulos imaginum vel descriptionum Homeri elegantiae morum saeculi sui ad animos oblectandos accommodaverit, exemplo claro apparebit, si Aeneidem V, 528 — 533, cum Iliade ϕ, 769 — 775. contuleris. *W.*

quos inter homines poëta vixerit, quem inde colorem carmen eius duxerit, ut, etsi salvo et integro heroicorum temporum more, purior tamen, mundior et castigatior esset carminis habitus, affectus et πάθη alia mitiorem, alia graviorem naturam, omninoque cultioris aevi dignitatem haberent, heroumque mores, sententiae ac dicta, etsi heroicae aetati consentanea, spirarent tamen nescio quid ex elegantia saeculi, urbis et domus Augusteae et Maecenatis, in qua poëta vixit.

XIII. Ad cultum Virgiliani carminis gratum et amabilem non minus spectat orationis indoles, *quippe quae in simplicitate mirabili dignitatem servat et gravitatem. Ornatu enim vario et exquisito, et sermonis poëtici nitore, orationis dignitate et gravitate, sententiarum pondere Homerum longissime antecellit; cuius laus praecipua in proprietate et simplicitate, tum in suavitate numerorumque facilitate posita est (nam sermonis Ionici epicae narrationi tam praeclare accommodati felicitatem aetati suae debet), etsi nec vis et robur nec pulchritudo et interdum nec ornatus ei deest. Sed nec Virgilius in ornatissima oratione simplicitatem et proprietatem deseruisse videri debet; etsi sequiores scriptores multa orationis suae pigmenta et lenocinia ex eo adoptarint; male in pedestrem etiam inferrentur ea, quae carmini erant propria. Certe poëtici ornatus elegantis nec affectati praestantissimum et unicum exemplar esse arbitror carmen Virgilianum; in hoc sermonis poëtici genium primum constitutum et ad certa rerum principia ac leges exactum deprehendere, et troporum ac figurarum naturas, inversionumque rationes descriptas et tamquam a magistro norma proposita constitutas discere licet. Quae ipsa res animadversa me adduxit, ut in sermone Virgilii poëtico enarrando et explicando operam collocarem accuratiorem, quam in ullo alio scriptore recte con-*

ni a me posse putem. Nolim enim, id quod saepe
fessus sum, aliis auctor esse, ut omnes poëtas eo-
n modo interpretatione perpetua operose instruen-
*esse sibi persuadeant *), etsi facile intelligo, iis,*
Silium, Statium vel Valerium Flaccum simileo-
cum fructu edituri sunt, ad orationem illustran-
n non minus, quam ad lectionem constituendam
vertendum esse studium. A me id saltem specta-
ut, ut iis, qui bona institutione egerent, exemplo
quo proposito, et quidem in poëtarum Latinorum
ncips, de vera enarrandi ratione constaret, ad
m se, etiam nullo alio magistro adhibito, compa-
e possent. Attamen in hac ipsa poëtici sermonis
stitutione poëtae laus et virtus non tam in inve-
ndo, quam in inventis aliorum cum ingeniosa sa-
citate in suos usus transferendis cernitur. Alexán-
nis enim poëtis, Callimacho, Apollonio, Nican-
, Arato, poëtici sermonis exquisitioris indoles et
tura unice est accepta referenda; hoc eorum do-
it scripta, in summa simplicitate cultum, nitorem,
ornatum admirabilem, quem nulla alia aetas as-
uuta est, referentia. Videntur scilicet poëtae do-
simi et Ptolemaeorum contubernio expoliti ani-
dvertisse, non infeliciter Tragicorum tumorem
merica simplicitate temperari, natamque inde
tionis gravitatem aetatis suae elegantia quodam
do imbui, dignitatemque cum venustate consociari
se. Hos Maro auctores habuit cum tanto maiore
licii laude, quod Ennius et ceteri, qui praecesse-
it, de orationis elegantia et ornatu castigatiore
um laboraverant.

XIV. Placet nunc in fine subiicere nonnulla et

*) Huic viri intelligentis admonitioni vellem obsecuti essent edito-
Silii, Valerii Flacci, Claudiani aliorumque; futuri saltem, si stu-
antiquitatis et sibi consultum esse volunt, obsequentur, operam-
suam in investiganda audaciori horum poëtarum syntaxi, figura-
nimio aut falso usu, artificiosa imaginum et mythorum immuta-
ne, aliisque id genus naviter collocabunt. *V.*

per saturam monere, quibus virorum doctorum opinionibus, quas totam carminis indolem vel characterem tollere videas, tacite aut expresse a nobis occuratur; nam in contentionem cum quoquam descendere nec ingenii nostri nec moris est.

XV. Primum de consilio, quod poëta in Aen. de conscribenda secutus sit, et de fine, quem propositum habuerit, multi varia comminiscuntur. Iam primum Iuliae gentis origo ab Aenea ducta, et studium Augusti demerendi potuit fortasse Virg. animum ad hoc carminis argumentum advertere; hactenus non male dixeris: nisi Augustus in gentem Iuliam adoptatus esset, nullam nos habituros esse Aeneidem; sunt etiam multa in Italiae gentis Augustique honorem ingeniose in carmine intexta; nec tamen dici potest, Augustum esse fontem capitis Aeneidis, vel eum adumbratum esse per Aenean. Nihil magis alienum esse potest ab epico carmine quam allegoria; iugulat enim totam eius vim, rerum et hominum dignitatem attenuat, gratum animi errorem excutit et aestum inter legendum refrigerat, voluptatemque omnem intercipit. Certatim tamen viri docti argutiis suis Aeneae personam nobis eripere et Augustum submittere allaborarunt. Etiam ea parata nova in Latio sede miseros Troianos exturbarunt; adumbratum esse a poëta novum tum Romae constitutum unius imperium. Simili acumine alii arcana, nescio quae, dominationis Augusteae consilia in Aeneide condenda deprehendere sibi visi sunt. Ita Spencius elegantis ingenii vir πολιτικὸν epos esse Aeneidem sibi persuasum habebat, neque aliud quidquam poëtam spectasse, quam ut animis libertate ereptae desiderio aegris fomenta admoveret, et novum principem approbaret. Nihil tamen Aeneae personam, fortunam, facta et fata habere videas, quod ei consilio respondeat: non est in Aeneide populus liber, qui dominum accipiat; non imperii seu regni

onarchiam vocamus, bona videas exposita aut commendata; verbo, nihil occurrit, quo libertatis amore intacti animi adduci aut allici possint, ut a bono Principe malint tuto regi, quam sub libertatis vano nomine paucorum potentium dominatione vexari. In Iuliae gentis honorem, quae ab Iulo, Aeneae filio, originem ducere videri volebat, nonnulla passim auctor memorari, ad Augusti laudes ingeniose alia inseri, ipsa carminis lectione manifestum fit, et a veteribus quoque Grammaticis iam monitum locis pluribus; sed, quantam vim ea res ad dominationem Augusti commendandam habere potuerit, mihi non satis constare, libenter fateor. Neque, si nova Aeneae dos in Latio divinis humanisque iuribus vallata erit, quale inde propugnaculum novo Augusti imperio partum sit, intelligo; ut adeo, si demonstrari hoc posset, poëtae consilium illud in Aeneide condendae propositum fuisse, parum feliciter eum in eo perficiendo et exsequendo versatum videri dicerem. Alii similitudinem inter Aeneae et Augusti personam et fortunam persequuntur, et multorum doctorum virorum communis est opinio, Augustum sub Aeneae persona esse adumbratum; eo spectare virtutes Aeneae a poëta tributas; eo referunt multa alia. Videas nonnullos tam egregie sibi placere in hoc invento, ut unique conquirant et venentur ea, quae ad Augustum accommodari possint. Sic oris dignitatem (lib. I, 9. Os humerosque deo s.) cum assentatione in Augustum memoratam esse; alia. Ignoscenda haec putem alicui ex media assentatorum turba, qui, Aeneide lecta, unam vel alteram Aeneae laudem ad Augustum traheret, ut Principi palparet. Sed Munem tam dissimiles personas, fortunas, virtutes et facta ac res gestas inter se comparare voluisse, mihi nidem, si eius iudicium et elegantiam recte teneo, rum probabile videtur. Sapientior fuit Maro et i poëticae intelligentior, quam ut talem cogitatio-

nem in animum admitteret. Nam, praeterquam quod Aeneae characterem non invenit, sed ab aliis iam traditum accepit, proponendae erant virtutes Aeneae eiusmodi, quae in epico argumento vim et splendorem haberent, et factorum, quae enarranda erant, causas idoneas suppeditarent. Si vero ille studium suum ponere voluisset maxime in hoc, ut Aeneas Augusto assimularetur, quam multa et quam parum consentanea epicae narrationi, argumento, operis characteri, temporum rationi, illaturus in carmen suum fuisset. Alii id spectasse volunt poëtam, ut Romanos partim ad amplectendum et probandum praesentem rerum statum adducere, partim Augustum ad moderationem et clementiam adhortari et a dominationis libidine et impotentia revocare voluerit. Sed nec huic consilio ulla ex parte respondet Aeneidis sive argumentum sive tractatio; profugus ex urbe incensa Aeneas novam sedem quaerit, armis vim illatam propulsat, et sic porro; quid tandem his inest, quod ad imperandi artes ac virtutes spectet?

At fabulae Virgilianae universe inesse, et in singulis carminis partibus aut locis ac versibus occurrere talia, quae principibus pro salubribus praeceptis commendari possint, nemo neget; quin etiam inter utilitates, quae poëtarum carminibus debentur, praecipue hoc commemorandum est. Verum non propterea dici potest nec debet: in condendo carmine et in fabula deligenda et ordinanda tale praeceptum propositum poëtae fuisse, cuius explicandi caussa narrationem instituerit. Narrare ille voluit ac debuit rem magnam et arduam et mirabilem. Quod narratio illa et delectatio, quae inde accipitur, cum utilitate ad omnes hominum ordines, in primisque ad principum animos coniuncta est, hoc epicae narrationi per se consentaneum est; ipsa enim rei natura ita fert, ut magnorum virorum facta magna et praeclara sive summo ad hominum animos, mores ac virtutem

fructu exponi et narrari nequeant, praesertim si cum sententiarum splendore et orationis ornatu instituatur narratio. Vana est hactenus et intra verborum ambages ac tricas vagans disputatio, sitne mera voluptas ac delectatio, an utilitas aliqua proposita cum poëtis, tum aliis ingeniosarum artium auctoribus. Fieri nullo modo potest, quo minus voluptas per ingenii facultatem parata utilitatem ad aliorum ingenia habeat; enimvero voluptas satis magna (perfectam *dicunt) esse non potest, nisi cum honesti, pulchri ac veri sensu illa coniuncta. Delectandi quidem modi ac mensurae sunt infinitae; delectationem summam nihil affert, nisi quod numeris suis absolutum est. Decedit igitur voluptati ex Aeneidis seu Iliadis lectione capiendae omne id, quod in alterutra sensui, quem diximus, non satisfacit. At signa Apollinis vel Veneris, quoniam illum sensum, etiam supra naturae modulum, explent, voluptate summa afficiunt, quae nec minus ad animi mores et affectus componendos vim habere debet. Adeo vera voluptas cum vera utilitate coniuncta est; uti contra speciosa aliqua praestantia, aut in aliquo tantum genere constituta, vel in adiuncto aliquo inclusa, speciosam tantum vel ex parte haustam voluptatem affert, atque utilitatem iisdem finibus circumscriptam.*

XVI. Dissimilem Homericorum heroum aiunt esse Aeneam; *inferiorem Achille et Ulysse*; sola pietate insignem. *Quid, si Aeneas alter esset Achilles? alter Ulysses? annon exscriptum potius et servili imitatione expressum eum dicturi essent? Non ego is sum, qui caeco aliquo poëtae mei amore nihil ab eo peccatum esse contendere velim. Iliadis argumentum feliciorem materiam et epicae gravitatis aliquanto plus habere, si quis dixerit, me habebit assentientem; ipse delector Homeri lectione magis, quam Virgilii. Regnat in Homericis heroibus naturalis habitus et affectus, animi impetus, iniuriae acceptae*

sensus; qualem et ipse habeo; desiderium reditus ad Lares, quale ipse sentirem: in Aeneide sunt consilia de novis sedibus in terra ignota parandis, nihil quod magnopere animum impellat et percutiat. Enimvero non omnia carmina epica ex uno et eodem genere procedere possunt; post Achillis *autem* iras, *et* Ulyssis sapientiam seu vafritiem, *quae et priscae aetati et epico carmini accommodatior erat, quam sapientia, cum variandum et novandum esset aliquid poëtae, quidni* Aeneae virtutem, *quam cum ceteris heroibus communem habet,* fortitudine animi in perferendis calamitatibus et obsequio erga deos *temperaret? Ad hoc eum ipse Homerus Il. v,* 298. (*ubi Neptunus Aeneam servatum vult:* Κεχαρισμένα δ' αἰεὶ ὤπαζε θεοῖσι δίδοσκε, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι), *tum ipsa rerum ac temporum mutata ratio ducebat, et ea, quae de Aeneae erroribus et adventu in Latium tradita a superioribus poëtis erant, revocabant.* Monitis deorum et oraculis *omnia ab Aenea suscepta et confecta, Penates et sacra patria ab eo in novas sedes illata, narraverat antiquitas, vid. Disquis. II.; quid igitur magis rei consentaneum, quam ut heros* insignis pietate et religione *exhiberetur? Neque vero potuit tantus poëta non videre, ad rerum magnitudinem et augustam aliquam dignitatem religiosas res, caussas et consilia, eximiam vim habere. Itaque hoc quidem tamquam rerum cardine praeclare est usus, ut praedictionibus variis animos spe et exspectatione teneret suspensos, religiosamque aliquam et augustam speciem rerum eventibus praetenderet. Achilleum quidem robur et iracundia aliena erant a toto argumento; sedata et placida et humanitatis sensu temperata est Aeneae virtus; et licet concedendum sit, epicam vim maiorem Achilli inesse, non tamen omnes epicas personas Achillem referre posse, manifestum est. Meras pugnas Homericis similes et bellicosam fortitudinem vix probasset Augustei saeculi elegantius et mollius iudicium. Itaque cum omnino Ae-*

neidis alius ac diversus prorsus sit character, quam Iliadis, quis non videt importunum esse, in Aeneide requirere ea, quae Iliadi sint propria; eaedem animorum inflammationes, aestus, tempestates? Insunt Aeneidi alia, quae probes; quidni in his acquiescis? Sed infinitum est omnia persequi, quae ab iis, qui subtiles poëtarum iudices videri volunt, dum rerum argumenta, exempla, causas et rationes miscent, temere laudantur ac reprehenduntur, praesertim quoties Virgilium et Homerum inter se comparant. Itaque nec Warburtoni sententiam attingemus, qui perfectum reipublicae condendae et legum ferendarum auctoris exemplar in Aenea exhibitum esse a poëta iudicavit.

Aeneidis argumentum in septimum annum protrahi, *alii cum reprehensione monuere. Perperam utique. Aeneae errores septem annos explere verissimum est; sed ipsa carminis narratio non nisi cum septimi anni aestate exordium habet, eodemque anno absolvitur. Pari errore Odysseae argumentum octo, novem vel decem, annis comprehendi creditum est, cum tamen illud intra triginta sex vel septem dies ad exitum perduci manifestum sit ei, qui animum adverterit.*

XVII. Multo minorem esse characterum, *hoc est, virorum factis ac virtutibus insignium*, numerum ac varietatem in Aeneide, *quam in Iliade, conqueruntur passim multi; nec sine poëtae reprehensione versus memorant ex Aen. I, 220 sqq.* fortemque Gyan fortemque Cloanthum; *inique admodum, et ut sibi ipsi, quid velint, parum constare videantur. Nam locus quidem laudatus nullos heroes recitat, quorum personae vim aliquam habere debeant epicam; non magis quam* Asius Imbrasides Hicetaoniusque Thymoetes Assaracique duo, *X, 123. et alii; sed illi viri in censum et turbam eorum veniunt, qui tantum nomine laudandi et epitheto suavitatis caussa ornandi sunt; quales apud Homerum innumeri illi pugnantes vel caesi ἐσθλοὶ, ἀμύμονες, κρατεροὶ, αἰχμηταὶ, et sic porro. Excusant Voltarius et*

*Addisonus poëtam, sed tam argute, ut summorum virorum subtilitatem mireris; alter, cum Homerus, inquit, cessantem a pugna Achillem exhiberet, alios interea fortia facta edentes exhibere debuit, quod in Aeneide secus sit; alter ad Virgilii elegantiam hoc refert, quod, cum Augustum adumbrare vellet, neminem ei virtute parem adiunxerit. Enimvero cum argumenti indoles et natura totius tractationis mensura et regula sit, plures utique factorum et rerum gestarum socii et participes esse nequeunt, quam quos res ipsa postulat. Ita si paucos alios, qui virtute emineant, in carmen suum induxit poëta, argumenti necessitati id condonemus, concedamusque, hactenus Homericam copiam et varietatem morumque diversitatem plus delectationis afferre: at sapientiam viri miremur saltem in hoc, quod tanto magis inter omnes unus Aeneas insignis virtute eminet, neque eius splendori quisquam alius, nisi Turnus fortasse, officit *). Quae res tanto difficilior erat, cum ille nec Achillea aliqua corporis animique virtute omnes mortales antecellat, nec, quorum immanis efferati animi iracundia aut allatus Patrocli funere dolor erupturus sit, sollicitos nos teneat.*

XVIII. De versu *Virgilii* epico *eiusque ad aurem suavitate ac gravitate nonnulla disputare iuvaret, nisi maiorem subtilitatem ea res haberet, quam ut legentium animos et oculos tenere posset. Illud unum monebimus, in errorem inducere iuvenilem animum videri eos, qui nimii in eo sunt, ut ad rerum sonos et naturas accommodatos et formatos velint esse versus. Equidem non diffiteor, sensum me animi refragantem habere, quotiescunque persuadere mihi volo, magnum aliquem poëtam aestu tantarum rerum abreptum et magnorum phantasmatum vi inflammatum in sono cursus equestris vel tubae vel aliarum rerum reddendo laborare. Attenuat ea res et deprimit ingenium poëtae,*

*) v. ad lib. VII. prooem.

et artis poëticae dignitatem. Sunt tamen, ais, tales versus in optimo quoque poëta. Recte; sunt utique multi; etsi plures alios ad hoc lusus genus accommodare solet eorum ingenium, qui talibus rebus indulgent. Quis enim, nisi iam animum ad leves hos lusus deflexerit, studium aliquod poëtae agnoscat in illis: Patris *magni* parere parabat Imperio; *aut:* Avia *tum resonant* avibus *virgulta sonoris; ne plura similia commemorem. Mihi ad poëtices indolem propius esse videtur statuere, ipsam orationis naturam ita esse comparatam, ut multarum rerum sonos exprimat; inflammatum autem phantasmatum specie obiecta animum, cum, rerum species sibi obversantes ut oratione vivide eloquatur, laboret, necessario in ista vocabula incidere, vel orationis proprietate ducente. Ita graves et celeres, lenes ac duros, sonos, vel non id agens et curans, ad rerum naturam accommodabit et orator quisque bonus et multo magis poëta. Aliud est, in quo viri docti argutantur, quod versus imperfectos non ei causae, quam ipsi Maronis familiares prodiderant, quod opus ab eo absolutum non fuerit, verum iudicii alicuius subtilitati tribuere voluere. Casu fieri potest, ut versus imperfectus in sermone abrupto occurrat, laudemque nescio quam poëtae facere possit Aen. IV,* 361. Italiam non sponte sequor, *abrupto Aeneae sermone; ubi Servius: et oratorie ibi finivit, ubi vis argumenti consistit. Atqui hoc acumen declamatore dignum est, non poëta; multo magis ab epica gravitate abhorret, nec potest placere in oratione metro illigata versus metro imperfecto relictus, μέτρον ἄμετρον. Aliter se res habet in oratione pedestri, quae, cum in ea propositionum ad aurium iudicium mensura sit liberior, variari potest. At in Aeneide ubique manifestum fit studium poëtae properantis ad novam sententiam et locum novum, cum ingenium consumere nollet in explenda et expolienda sententia antecedente, cuius summa capita apposuerat. Sed nolo in his taedium facere.*

DISQUISITIO II.

DE RERUM IN AENEIDE TRACTATARUM INVENTIONE.

Quale in inveniendis rebus omnino Virgilii ingenium fuerit, non tam fecundum illud in excogitandis novis rerum generibus, nec audax ad suscipienda vel tentanda intentata ab aliis et intacta, aut ea, quorum successus esset dubius et incertus; sed, quae non minor laus est, natum et factum ad inventa priorum rudia et inchoata perficienda et polienda ornandaque, quam admirabilis porro ac felix fabulae, quam sibi carminis argumentum fecit, natura sit, et quantum in hoc delectu iudicium emineat, superiore disquisitione expositum est. Restat, ut paucis declaremus, unde poëta fabulam suam eiusque tam copiose instruendae et ornandae materiam acceperit, *ut inde clarius appareat, quae et quanta* inventi laus *poëtae ingenio ea in re debeatur, et quam limatum et subtile eius fuerit* iudicium *in deligendo sibi argumento eiusmodi, quod ingentes rerum et ornamentorum haberet copias, ab aliis iam paratas et subministratas, ut doctrina tantum et iudicii sagacitate opus esset ad delectum faciendum.*

I. *Solent fere interpretes, quantum intelligo, quique alii hac de re agunt, ita statuere, ut poëtam* famam *aliquam* obscuram de Aeneae in Italiam adventu *secutum esse dicant. Enimvero ex iis: quae a Dionysio Halic. lib. I,* 49. *sq.* 53. *sq.* 72. *sq., a Strabone lib. XII, a Plutarcho in Romulo, a Festo in* Roma, *Solino c. I. Sext. Aurelio Victore de O. G. R., et a Servio passim ad Virgilium memorantur, omninoque ex accuratiore historiae cognitione, manifestum fit,* fuisse hanc de Aeneae erroribus deductaque Troianorum in Latium colonia narrationem inter illustriores et a multis Graecis Romanisque scriptoribus poëtisque expositas et ornatas historias. *Poterant hoc docere vel ea, quae, etsi diverso consilio, congessit Ryckius in Diss. de primis Italiae colonis et Aeneae adventu* (*ad calcem*

Holstenii Notar. ad Stephan. Byzant.). Praeterea, id quod primo loco erat commemorandum, communis ac tantum non publica illa erat Romanorum persuasio, quam religiones patriae, Lavinii ad seriora usque tempora celebrari solitae, firmabant: v. Strabon. V, p. 855. A. erant sacra Penatibus et Vestae a magistratibus Romanis facta: Macrob. Sat. III, 4. cf. Dionys. Halic, I, 49. Obversabatur igitur Romanorum oculis auribusque Aeneae Troianorumque memoria, nec Maro aliud argumentum clarius et illustrius tractare potuit.

II. Omnino quidem de Aeneae in Italiam adventu *fabula fuit celebrata admodum; si* fabulam *dicimus, non ficta ac commentitia res ponitur, sed* fabula, *μῦθος, omnem veterem famam, historiam, et narrationem a maioribus acceptam, designat, antequam litteris consignari et sermone pedestri exponi coepta esset *). Huius igitur fabulae fundus habetur Homeri ille locus notissimus Il. υ, 307. 308 **), ubi Neptunus diis auctor est, ut Aeneam cum Achille congressum imparem pugna educant, ne eius morte Dardani posteritas deficiat, quem tamen Iupiter prae ceteris liberis dilexerit omnibus; at Priamum cum progenie Iovi nunc esse invisum: itaque Aeneam eiusque posteros Troianis esse imperaturos:*

Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίῃ Τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Regnum his versibus Aeneae posterorumque eius declarari manifestum est; sed, quo in loco illud futurum sit, non eloquitur, nec de ea re, certa apud veteres fama fuit; quandoquidem de Aeneae erroribus ac sedi-

*) v. ad Apollod. p. 911.

**) Translatus ille ac repetitus in hymno in Vener. 197. 198., ut pro praedictione Veneris ad Anchisen facta esset; copiose ornatus a Quinto Smyrnaeo XIII, 300. sq. inprimis 336. sq., et a Virgilio praeclare in oraculum in *Delo* insula Aeneae datum converius: *Antiquam exquirite matrem. Hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris, Et nati natorum et qui nascentur ab illis.* III, 96—8. Et hinc versus illi pulcherrimi lib. IX, 446—9. expressi.

bus omnino diverse traditum est: alii eum in Thraciae littore, in Arcadia alii, alii in Sicilia, alii in Italia, quae fama denique prae ceteris credita ac celebrata est, consedisse et vitam finiisse narrarunt; fuerunt etiam, qui in ipsa Troade regnum illud constitutum esse traderent. Non nobis iam id quaeritur, quod nostra nil interest, quae harum narrationum ceteris verior aut verisimilior sit; verum nostra eo spectat disputatio, ut ex hac ipsa narrationis varietate appareat id, quod volumus, non obscurum aliquem in vetere historia aut inter poëtas virum fuisse Aeneam, nec eius fata et res a Virgilio inventas esse et excogitatas. Illa enim ipsa narrationis diversitas scriptorum pedestrium, qui de Aenea tradiderant, et poëtarum, qui idem argumentum tractaverant, copiam magnam arguit. Ubi enim poëta aliquis in materiam ab aliis ante se tractatam incidit, ut suo consilio vel totam fabulam vel partem inde accommodet, refingere nonnulla et mutare, addere vel detrahere solet. Itaque diversis modis eandem rem exponi necesse est. Historici autem Graeci, suae civitatis seu populi origines repetentes, popularem famam sequebantur. Solemne enim hoc Graecis civitatibus, ut stirpis vel urbis conditorem vel haberent vel haberi vellent clarum aliquem ex ultima antiquitate heroem. Eiusmodi famam popularem per multas aetates propagatam quis adeo constare sibi exspectabit, ut nulla diversitas narrationis inter plures tribus aut civitates existat? Nonne eandem veterem famam saepe ad se revocant et sibi vindicant plures a communi stirpe profectae familiae? Cum autem multae passim per varia loca sparsae essent Troianorum coloniae, quid mirum, eas omnes originem suam ad Aeneam referre maluisse? Unde diversitas illa, partim consensio famae et narrationis oriretur necesse fuit. Non igitur, ut hoc obiter moneamus, antiquis fabulis omnino fidem detrahit narrationis diversitas; *manet enim semper* fundus *aliquis non magis veritate sua destitutus, quam quae ab*

uctoribus gravissimis traduntur. Et nescio an sint abulae veterum, quibus plus verae rerum fidei insit, uam multis rebus ab historicis copiose, diserte et orate expositis, sive in antiqua sive in recente historia: is enim fundus quidem aliquis, ut priscis illis mythis, abest, accessere tamen multa, illi superstructa, ex ingenio vel audacia, interdum ex impudentia narrantis. aque si fabulas Troianas dicimus, narrationes maiorum auctoritate acceptas et a scriptoribus ornatas intelligimus; et praeclare hactenus Thessalus Hippocras f. in Προσβευτικῷ ad Athenienses: Οὐ μῦθος τὰ ῥηθέντα, ἀλλ' ἔργα. Vanam igitur disputationem instituisse videri possunt Cluverius et Bochartus, qui ex ta opinionum diversitate probare voluerunt, Aeneam inquam ad Italiam accessisse. Acriter satis eorum petum retudit Rychius in diss. laudata *), sed argumentis promiscue effusis, et iudicio parum subtili. eque enim aliter, quam ut eam famam certam ac nstantem obtinuisse doceas, quaestio illa de Italia Aenea adita expediri et firmari potest. Est vero lis fama in omni remotiori antiquitate usque ad ea mpora, quibus res scripto consignari coeptae sunt, pro le ac probabili ratione, in qua acquiescere et quam qui necesse est; nisi volumus omnem antiquitatis lem evertere, et omnes antiquiores historias sacras profanas inter vana commenta referre. Non fuit t est antiquiorum temporum ulla alia historia, quam ythica, seu fama ac narratione maiorum accepta, ox literis consignata, cuius fidem ne is quidem, qui imus literis mandavit, praestare potest, nisi hactenus, od candide ac diligenter famam veterem exposuit, t in diversitate narrationis sano iudicio rerum detum fecit. Iam poëtae quidem ista rerum fides ac obabilitas non anxie religiose est sectanda. Si tamen e satis tenere animos vult, nec committere, ut doctios auditores commentorum licentia offendantur, ea

*) Iterum Wood p. 227. sq.

narratio ipsi sequenda est, quae celebritate et claritate ad popularium animos maximam vim habere potest. Etsi igitur inter Graecos scriptores magnus erat ea de re dissensus, cum tamen Romani scriptores de Troianorum in Italiam adventu Albaeque Longae originibus ab Aenea eiusque progenie repetitis uno ore traderent (v. in primis Sext. Aurel. Vict. de O. G. R.), iure suo Maro fabulam hanc inter Romanos celebratam praeferre ceteris potuit ac debuit.

III. Antequam ad alia progrediamur, de loco Homerico *supra memorato pauca monebimus. Produnt verba satis aperte regnum, quod Aeneas eiusque posteri obtinuerunt. Homerus igitur, qui propior aetate Troianis temporibus vixit, (ponimus enim, locum hunc a seriore aliquo rhapsodo insertum non esse) famam, ut solet, ea de re secutus est; nisi forte in itineribus suis in posteros Aeneae incidit. Fuisse regnum illud in ea ipsa Troade, in qua Priamus regnaverat, ea est verborum sententia, quae legentibus prima occurrit. Atque ita veteres locum sunt interpretati, vid. Strab. XIII, p.* 608. *C.* 906. *A. Almel. Ornata est etiam narratio apud Schol. ad e. l. ex* Acusilao, *ubi memoratur Venus ob id ipsum cum Anchise coisse, quod audisset, fatale esse, ut, Priamidis excisis, regnum Troiae ad Anchisae stirpem aliquando perveniret. Nato igitur Aenea, cum ei vellet regnum maturius parare, Paridi illa amorem Helenae instillavit, bellumque concitavit, ut Priami stirps celerius excideretur. Fuerunt, qui, cum Aeneam in aliis terris, non in Ilii solo aequati ruinis, regnum condidisse, statui mallent, interpolatione facta πάντεσσιν pro Τρώεσσιν in suas partes poëtam traherent *). Alii diversum ab Anchisae Venerisque filio Aeneam fuisse opinabantur; erant quoque, qui de patre male memoratum dicerent,*

*) ap. Strabonem l. l. p. 906. B. quod secutus est Virgilius Aen. III, 97. *Et domus Aeneae cunctis dominabitur oris*, Add. Schol. ad Iliad. v, 306.

quod ad Ascanium esset revocandum; alii denique, Aeneam, rebus in Italia constitutis, Troiam esse reversum, ex eodem illo loco sibi persuaserant. vid. Dionys. Halic. I, 53. Celebrata profecto inter veteres et nobilis videtur fuisse narratio, quae cum tanta opinionum varietate in diversas partes est tractata. Strabo quidem vulgari narrationi de Aeneae erroribus et aditu Italiae omnino repugnare locum Homericum existimabat; in hoc enim innui, Aeneam in terra Troiana (ἐν τῇ Τρωϊάδι) mansisse, in regnum successisse, idque posteris reliquisse. Potuit tamen ab Aenea Troianis imperari etiam aliis in locis, in Italia. Et, vel hoc posito, sententia sua Homerico loco constat, quod iam Dionysius Halicar., acutus scriptor, vidit I, c. 53. Quod tam obscure oraculum illud Neptuni extulit Homerus, ad naturam et morem vaticiniorum accommodate est factum. Ratio eius rei reddi potest etiam haec, quod in terris longinquis regnum illud Aeneae constitutum erat, unde non nisi obscura et incerta fama de eo inter Graecos esse poterat. Quam parum enim frequentatum Graecis et notum mare Tyrrhenum et Adriaticum Homeri aetate fuerit, vel ex Odysseae fabulis intelligas, quae intra illa maria continentur, neque satis probabiliter narrari potuissent, nisi eius popularibus minus nota eoque fabulis idonea plaga fuisset.

IV. Troia tamen eversa, discessuque Achivorum facto, dispersos fuga Troianos in loca patria reversos convenisse, ibique regni aliquam speciem instaurasse, plura fidem faciunt, et eo plures poëtarum narrationes alludunt. Illud autem in incerto est, quo duce, auctore vel rege exules convenerint. Alii Antenorem, alii Hectoridas, alii Aeneam, Ascanium alii res Troianas restituisse narrarunt. Suspicari licet in regno hoc seu condendo seu condito turbas ortas inter viros principes ex regia stirpe oriundos, hinc nova discidia, novos discessus et in alia loca profectiones, et inde reditus esse factos, ut diversi Ilii restituti auctores

prodi potuerint. Hoc quidem modo diversissimae istae scriptorum rationes componi et conciliari inter se facile possunt.

V. Sed, ut diximus, nobis non tam id agendum est, ut diversitatem narrationis in consensum rediga-mus, quam ut copiam rerum narratarum, *quae poëtae* materia carminis *fuerit,* ex hac ipsa varietate *declare-mus. Sunt autem multa, quae, etsi ab aliis alia ra-tione traduntur et ornantur, fundum tamen commu-nem priscae alicuius et a maioribus acceptae narratio-nis aperte produnt; sunt alia, in quibus omnes fere conveniunt, uti Callistratus, Satyrus et Arctinus, hic quidem antiquissimus, in hoc: Aeneam Penates cum Palladio abstulisse (vide ib. c. 68. 69: adde Lycophr. 1261. sqq.: Xenoph. de Venat. non longe a pr.); pa-trem et filium secum duxisse. (v. partim ibid. partim Auct. de Orig. G. Rom. c. 9. et 11., et in primis egre-gium ex Sophoclis Laocoonte locum ap. Dionys. I, 48. Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ Πάρεστ', ἐκ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου Νώτου κατασταζοντα βύσσινον φάρος.) A Strabone XIII, p. 607. inter πολυθρύλλητα memoratur et hoc, et alia, in primis-que in Latium discessisse Aeneam, et secundum ora-culum eo loco consedisse, ubi mensam comedissent. Vulgarem hanc inter Italos fuisse fabulam, ut et alte-ram illam de sue gravida, copiose docet Dionys. Ha-lic. I, 55. 56: Canon Narrat. 46: et ex Lutatio, Ca-tone et Caesare, Auctor de Orig. G. R. c. 11. 12; ex quo plane patet, ex scriptoribus Latinis antiquis non facile ullum fuisse, qui Aeneae fata et adventum in Italiam non exposuerit. Item Varro de R. R. II, 4. Adde Lycophr. 1250. sqq. Inter cetera tamen omni-um maxime notabile videtur illud, quod Graeci scri-ptores dudum ante Augusti tempora originem Roma-norum a Troianis Aeneaque duxerunt, et imperium orbis terrarum ex Homericis de Aenea versibus ad eos transtulerunt. v. Conon. Narrat. 46., et in primis*

Lycophron. v. 1226. *sqq. Apponerem loca, nisi brevitati studerem; erit etiam nonnulla ex his persequendi commodior locus, quando de singulis agetur. Est enim nobis nunc hoc in primis propositum, ut vestigia, etiam obscura, veteris historiae persequamur, quibus institisse ubique poëta videri potest. Non enim ille facile sine auctore loquitur. Simul adolescentes exemplum mature habere cupimus — nam praeceptis haec res non facile expediri potest — quo consilio, qua ratione, ac quo studio in narrationibus mythicis cognoscendis versandum sit. Nihil enim aliud agere velle, quam cognoscere ac quaerere et in unum locum congerere, quid hic vel ille et sexcenti alii eadem de re tradiderint, censuerint, somniaverint, hoc est opera et otio abuti. Contra utilitatis illi studio et honestatis inest plurimum, si modo veteres historias populorumque origines, modo priscorum hominum mores ac vitam vel sermonem vel religiones, modo poëtarum inventa, notiones, sententias, inde illustres, addiscasque, quae illi, quos nobis fortuna servavit, ex antiquioribus poëtis hauserint, ante oculos habuerint, quomodo illa variaverint, ornaverint, quid in quaque re, in quoque consilio, quod sequuti sunt, spectaverint; dumque ab ingenuis poëtarum fabulis inepta illa grammaticorum, monachorum et interpretum commenta diligenter discernas. Simili studio versandum sibi esse teneant adolescentes in oratione, eiusque structura, singulisque loquendi formis observandis. Ut in aliis ingenuis studiis, sic in hoc antiquarum literarum proposita esse debet saltem utilitas aliqua, otio nostro, hoc vitae viriumque modulo digna, honesta et liberalis. Nihil autem ieiunius esse potest ista doctrinae ostentatione, qua modi loquendi rariores ac difficiliores, exemplorum turba undique conquisita et ad digitos disposita, illustrantur; nisi simul aut ipsis locis lux aliqua inde affunditur, aut orationis proprietas, elegantia et ornatus declaratur,*

ita ut ad rei notionem seu speciem menti insidentem accedat inde aliquid, quo illa vividior, plenior, apertior, iucundior fiat. Hoc quidem modo is, qui eos modos animo et memoria tenebit, lucrabitur ex illa doctrinae copia hoc, ut, ubi ad illa aut similia loca pervenerit, sensum eorum, quae legit, habeat et veriorem et acriorem. At nihil aliud tenere, quam formulas dicendi exquisitas et raras, miserum et inane studium est, non minus quam illud, si in auctoribus classicis legendis id unice agas, ut emendandi et corrigendi, saltem coniectandi, sagacitatem quo loco ostendere possis, circumspicias, de ipsis autem rebus et sententiis, propter quas de verbis laborandum, parum eis sollicitus. Sed hic universe nonnulla, quae ad fabulam Aeneidis spectarent, summatim exponere consilium erat.

VI. Quod per praedictionum ambages *totus Aeneidis decursus praecipitatur, inter praeclara ingeniosissimi poëtae inventa a me numeratum est* *). *Miram enim ad hominum animos vim habent futurarum rerum denuntiationes, et ex iis eventus. Quippe ea est humani generis veluti imbecillitas, ut, si futura, quamquam* obscure *et* ambigue *et* nullo cum fructu *praevisa ac praedicta audiverimus, maiore miratione contacti simus omnes, quam si praesentia bene constitui, prudenter geri viderimus. Accedit, quod accommodatissima poëticae arti et orationi illa est expectatio, quam vaticinia faciunt, et poëtae spiritum nihil maiore vi impellit et inflammat, quam vatum furor, et oraculorum ambages. Denique Virgilius ea aetate vivebat, qua totus terrarum orbis miro vaticiniorum et oraculorum amore insaniebat, cf. Argum. Ecl. IV.; ita ut ista expediendae narrationis epicae ratio vulgo pro felicissimo invento sine dubio haberetur. Est tamen etiam hoc commentum ita comparatum, ut rem non excogitasse, sed commode*

*) vid. Disquis. I, n. VI. et XVI.

datam sapienter in usus suos convertisse dicendus . Miro enim omnium scriptorum consensu tota de nea narratio per vaticinia, oracula, somnia, augu- et omina exigitur, sive hoc poëtarum, a quibus ea initio fuit tractata, sive antiquorum hominum, a ibus posteri eam acceperunt, ingeniis tribuendum . Et Troianos quidem e Phrygia, auguriorum minoque vaticinandi ac divinandi artium quasi ma- ac sede, digressos, multas huius generis fabulas Graeciam et Italiam importasse probabile fit. isse etiam, qui disciplinam auguralem e Phrygia Italiam allatam traderent, e Servio ad lib. III, . discas; etsi Tyrrhenos iam ante communi bar- orum superstitione eas artes tenuisse credendum . Omnino enim prisco tempore, antequam natu- studium subtilius et philosophiae acumen incre- it, gens fuit nulla, quae non significari futura et uibusdam intelligi praedicique posse censeret (Cic. Divin. I pr.). In primis vero in deducendis colo- is et novis sedibus quaerendis summa oraculorum ticiniorumque auctoritas erat, quod satis vel ex o Herodoto constat (Cf. Cic. l. c. c. I, f.). Ad des igitur Troianis in Italia constituendas oraculis vaticiniis nihil videri debuit accommodatius. Poë- certe egregie hanc veterum superstitionem seu re- gionem est amplexus, maiorumque fama et histo- arum fide in Troianis suis ita usus est, ut per fato- m decreta ac deorum interventum omnia narrata ocederent: cf. Aen. X, 33. IV, 345. 6. VI, 59 —61. llide autem, ab obscuris et incertis ad certiora ma- eque definita progressus, discendi cupiditatem sub- de novis stimulis incendit. Etsi enim Cassandra dum profectionem in Italiam praedixerat, id tamen etiam erat obscure, Hesperia commemorata, h. e. rra aliqua versus occidentem sita; tum ab ea vate, i nemo fidem haberet: v. Aen. III, 183, sq. Igno- tum Hesperiae situm Heleni verba arguunt lib. III,

pponi, partim in singulis locis videbimus, partim
x sequentibus patebit. Nec minus apud Latinos
raedictus erat a Fauni oraculo, tum variis ostentis
onstratus exterorum adventus et Laviniae conu-
ium cum advena: v. lib. VII, 58. 64. sq. 71. sq. 96.
q. 254. sq. 267. Carmentae autem ferebatur vati-
inium, cecinit quae prima futuros Aeneadas magnos,
nobile Pallanteum: Aen. VIII, 340. 341.

VII. Scilicet omnino iam ante Troiae excidium
a primis inde temporibus praedictionem aliquam
ma iactatam fuisse, qua, everso Ilio, Anchisae
enèaeque maior rerum ordo, maiora fata promitte-
ntur, ipsi Homerici versus declarant supra memo-
ti, ex Il. υ, 307. 8. Ad Venerem homines eam
raedictionem retulisse, multa docent. Ita in So-
hoclis Laocoonte Anchisen, mandatorum a Venere
ceptorum memorem, de fuga cogitare, filiumque,
t in Idam se recipiat, hortari videas in fragmento
pud Dionys. 1, 48; quod fortasse noster respexit,
bi Venus Aeneam hortatur, lib. II, 619. Heu fuge,
ate dea etc. Omnino Venerem Aeneae saepius ob-
iam factam, notavimus ad Aen. I, 407. Illa dux
iae fuisse filio, Troia excedenti, narratur Aen. I,
32. et apud Quint. Smyrn. XIII, 326.; eidem stel-
am, profectionis augurium, Aen. II, 694. sqq. de-
itam fuisse, probabile fit. Fuisse tamen, qui Mer-
urio aliquas in ea re partes tribuerent, non modo ex
Marcelli in Regillam, Herodis uxorem, carmine in-
elligitur; nam ibi Mercurius missus Aeneam urbe
apta educit v. 24.: unde; quum Mercurius ducens
unam ἐν τῷ πεδίλῳ habuisset, lunula in calceis Se-
atorum repetierunt; verum etiam, idque multo cla-
ius, e tabula Iliaca, in qua (n. 109.) Mercurius
eneam urbe egredientem praecedit. Inter Veneris
nonita refertur narratum apud Cononem c. 46.: Ae-
eas, postquam Troia excesserat, aliquamdiu Idam
coluit, unde πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα ᾤχετο κατὰ

gatur etiam *Aeneae somnium*, quod in Numerii Fabii Pictoris Graecis annalibus eiusmodi est, *ut omnia, quae ab Aenea gesta sunt, quaeque illi acciderunt*, ea fuerint, quae ei secundum quietem visa sunt." *Narratum igitur erat apud Num. Fabium, qui, cum Graece scripsit, Graecos auctores sequi potuit, somnium, quo fata Aeneae exponerentur per quietem ex ordine, quae post eventus comprobavit.*

Etiam Penatium monitus, *quos per somnum Aeneas acceperat, fuisse saepe memoratos, ex Servii loco discere licet ad III,* 148. *Penates* — quos quidam dicunt ideo inductos a poëta monere per somnum; monitu nam eorum per quietem iussum cum Latino foedus fecisse; eorum etiam monitu Latinum Aeneae se coniunxisse (*haec eadem ap. Dionys. I,* 57. *occurrunt*); eosdem tradit (*Varro*), visos aliquotiens in somnis, quid fieri vellent, imperasse, eaque nostros publice curasse maiores. *Etiam dubitationem post appulsum ad Laurentem agrum de loco novae urbis capiendo secundum nonnullos oblati per quietem Aeneae dii patrii diremerant ap. Dionys. I,* 56. *descripta et haec e Catone in origine gentis Romanae, quem eo toto loco Dionysius sequitur; nam totidem verbis ex illo libro leguntur ista ap. Auct. de O. G. R.* c. 12. *extr.*

IX. *Latinus Fauni oraculo monitus fuerat, ut generum sibi sumeret extraneum aliquem, et cum eo regnum communicaret. Sic Virgil. Aen. VII,* 58. 81. 254. *sqq. Paria ex Catone (non ex Q Lutatio) prodit Victor de O. G. R.* 13 — utpote qui (*Latinus*) in hoc consilium auctoritate numinum cogebatur; namque extis ac somniis saepe admonitus erat, tutiorem se adversus hostes fore, si copias suas cum advenis coniunxisset.

X. *Similiter etiam in ceteris, quae ab Aenea in Italia gesta sunt, poëtam id egisse, ut antiquas historias narrationesque de oraculis et ostentis consiliis*

suis accommodaret, ex iisdem auctoribus clarum est, et infra suo loco sigillatim monebitur.

XI. Satis, puto, ex iis, quae hactenus dicta sunt, intelligitur, non male hoc a me pronuntiatum esse: materiam carminis poëtae mira fortuna oblatam fuisse, non ab eo excogitatam et inventam; tractationem autem et ornationem etsi non magis ipse invenerit, cum Homeri vestigiis institerit, ita tamen illa in re esse versatum eum, ut elegantiore iudicio, maiore cultu, et exquisitiore ornatu omnia persequeretur. Etiam hanc argumenti, quod poëta tractandum sibi sumserat, felicitatem aliquam habendam esse supra (Disquis. I, n. VII.) diximus, quod, cum per deorum ministeria res esset exsequenda, offerrent se Iunonis et Veneris numina, quae poëtae caussae tam praeclare serviunt, potentissima illa, et ipsa fabula iam dudum consecrata. Nam, quod insigni Veneris cura protegitur Aeneas, id ex Homero familiare sibi habet lector, nec minus Iunonis odium in Troianos ex Homero notum est. Iam eximio aliquo fortunae beneficio res ita ferebat, ut alterius deae numen Carthaginiensibus et mox Turno accommodari posset, altera autem dea non modo ut Romanorum tutela constanti religione coleretur (cf. Lucret. I. pr.), verum etiam Iuliae gentis prima stirps et origo haberetur. In Iunonis autem odio tractando et ad poëticam vim temperando poëtae prodesse potuere Ἡρακλείαι, carmina, quae olim exstabant de Hercule, quale v. c. Stesichori fuit. Iunonis enim odiis plurima in his videntur fuisse expedita; qua in re iam tot in locis Homerus praeiverat, v. c. Il. σ, 119: ξ, 256, sqq.: ο, 26, sqq.

P. VIRGILII MARONIS

A E N E I S.

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Troia capta, Aeneas, Anchisae et Veneris filius, vir singulari pietate parique fortitudine praeditus, cum erroris sui anno septimo per mare Tyrrhenum a Sicilia in Italiam navigat, immissa ab Aeolo, rege ventorum, rogatu Iunonis, gravissima tempestate, ad Libycum litus adpellitur 1 — 158; *et egressus in terram, septem ingenti magnitudine cervos sagittis prosternit, singulosque in singulas naves (tot enim ex dispersa classe collegerat) aequaliter distribuit; socios deinde, longis iam erroribus fatigatos, spe futurae quietis ad tolerandum, quod reliquum esset laboris, hortatur* — 222. *Tum Venus Aeneae sui Troianorumque caussam apud Iovem agit, omniumque calamitatum illarum culpam Iunoni attribuit; unde Iupiter, reserata fatorum serie, spe felicis posteritatis potentiaeque Romanorum dolorem filiae consolatur* — 304. *Cuius oratione confirmata Venus, Aeneae, locorum ignaro et explorandae regionis caussa postero die huc illuc oberranti, sese obviam praebet, naves dispersas salvas esse nuntiat, ostenditque non procul illinc abesse Carthaginem, quam tunc in iis locis condebat Dido* — 409. *Aeneas itaque, matris beneficio cava nube cinctus, una cum Achate Carthaginem ingreditur, ubi et socios salvos comperit, et a Didone benigne excipitur* — 656. *Venus tamen, quod neque Iunonio hospitio neque muliebri inconstantiae satis fidebat, sopito in Idaliae lucis Ascanio, qui a navibus in convivium arcessebatur, pro eo Cupidinem substituit, qui inter amplexus et oscul latenter reginae amorem inspirat Aeneae ad fin.*

Ille ego, qui quondam gracili modulatus avena
Carmen, et, egressus silvis, vicina coegi,
Ut quamvis avido parerent arva colono;
Gratum opus agricolis: at nunc horrentia Martis

Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris Italiam, fato profugus, Lavinia venit

A carmine bucolico et georgico ad heroicum se procedere significat, quisquis hos versus scripsit. Sententia integra: *Ille ego — nunc h. M. arma virumque cano.* Bene autem, oratione tam longa interiecta, poterat illud *at* in apodosi praefigi, quod toties factum videmus; quod adeo reprehendi, aut *at* in *et* mutari nolim. Reliqua sic iungenda: qui, *modulatus — et egressus silvis* (re pecuaria relicta, Ecl. IV, 3.), *coegi arva vicina, ut parerent colono quamvis avido*, ut, licet ille frugum terrae sit avidissimus, tamen agri proventus ubertate cupiditati eius satisfacerent. cf. Burm. *Parent arva et coguntur parere*, agricolae studio et opera, quae declaratur a poëtis per *imperium, vim* et similia; dicitur *agris imperare, agri servire, parere.* Hoc loco id, quod Maro, de re rustica praecipiens, rusticos facere docuit, *cogere arva, ut pareant*, ad se commode transtulit. *vicina, silvis*, pascuis. — *Arma horrentia* si sunt horribilia, novatum hoc censemus; nam exemplum huius usus adhuc desidero. possunt autem accipi, ut *tela horrentia, hastae horrentes* dicuntur, dum erectae, protensae stant; nec aliter *horrens umbra* dicta, cf. v. 165. et 511: cf. inf. Not. ad X, 237. Priori tamen explicationi: *quae horrere faciunt, terribilia*, favet analogia vocabuli *horridus*, et Graecum φρίσσοντες ὄμβροι apud Pindarum Pyth. IV, 144. *H.* Ceterum cum iungendum sit *qui modulatus* (sum) *et coegi* (cf. I, 556. *devenere locos — mercatique (sunt) solum*, et Val. Flacc. I, 757.) comma post *quondam* sustuli. *egressus silvis*, ubi destiteram a compositione bucolicon. *W.*

1 — 3 *Arma* h. e. bella (sub Aeneae adventum in Italiam orta), *virumque cano, qui venit*, h. e. et adventum viri a Troia profugi in Latium, eum quidem in locum, quo Lavinium posthuec ab Aenea fuit conditum. Est haec Aeneidis summa, quae absolvitur sede in Italia accepta, Turni caede et ex foedere. v. inf. XII, 187. sqq. — *Fato* praeclare ponitur, ut ad deorum interventum poëta viam muniat; *profugus* ornate adiectum. Iungere praestat *Troiae ab oris profugus venit. — Primus Troiae ab oris* ita intelliges, primum e Troianis *in has certe Italiae partes ad Lavinium* (quod iam auctor libri de Orig. G. Rom. c. 1. monuit) pervenisse Aeneam; nam Antenor ad Venetos in intimo sinu Adriatico, in aliam Italiae partem, quae Galliae Cisalpinae erat, appulerat; cf. inf. v. 247: et, qui ante eum Italiam frequentarant, Oenotrii, Euander et Hercules, ex Graecia advenerant. Malim tamen *primus* pro *primo, olim* accipere, ut Aen. I, 24. VIII, 319. Horat. Sat. II, 2, 93. — *venit Italiam*, Homerica ratione, ἦλθε πόλιν et innumera, omisso εἰς. Plane hoc infigendum animo, ut semel monitus sis, poëtam Graeco more praeposita ista, *in, per, ad*, negligere. Tum *Italiam* et *Lavinia litora* declarative cumulata sunt; *Lavinia* autem

Litora; multum ille et terris iactatus et alto
Vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram;
Multa quoque et bello passus, dum conderet urbem,
Inferretque deos Latio; genus unde Latinum,
Albanique patres, atque altae moenia Romae.
Musa, mihi causas memora, quo numine laeso,

litora, in quibus urbs Lavinium erat condenda, ut solent poëtae petere epitheta etiam a postmodo factis. *H.* Legendum e Codd. plurimis *Lavinaque*, derivatum a forma *Lavinum* pro *Lavinium*, quae exstat apud Iuven. XII, 71. Nam neque appositioni locus in his *Italiam, Lavinia litora*, neque asyndeto. Compositio *Italiam — Lavinaque litora* est qualis Aen. I, 569. *Hesperiam — Saturniaque arva*, cf. IV, 236. Et in codice Mediceo a manu emendatrice illa exstat lectio. Nam ibi est *Lavinia*·.· litera i ante *a* per lineam transversam ut falsa notata, quod saepius in illo codice factum. *W.* — 3. 4. *venit, iactatus et passus*; interponitur ex more *ille*: postquam magnos labores maritimis erroribus, et tentata frustra variis in locis nova sede, toleraverat. Πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν ἄλγεα ὃν κατὰ θυμόν, Odyss. α, 4. — *vi s.*, numine ac voluntate deorum: ἐκ θεοῦ· ἐκ θεῶν. — *memorem Iunonis ob iram*; proprie *Iunonis memoris*, cuius ira, vindictae cupiditas, cum acceptae iniuriae pertinaci memoria erat coniuncta; hinc ipsa ira *memor*. Sic et Graeci. vid. Gellium ad h. l. μνάμων μῆνις, Aeschyl. Agam. 161: Ad rem conf. Aen. V, 781. sqq. Revocatur autem hoc versu rerum narratarum ordo ad interventum Iunonis et ceterorum deorum. — 5 — 7 *Multa* quoque *passus*, etiam *bello*; quamquam *quoque et* pro simplici *quoque* etiam alibi occurrit. — *dum conderet urbem*, donec Lavinium condidit, sedemque ibi imperii fixit, cuius rei signum certissimum, si patria religio instituta est; unde: *Inferretque deos Latio*. conf. XII, 194. Ceterum in hoc et seq. versu poëta operis characterem ex fine proposito satis declaravit: sedem novam in Italia post toleratos in erroribus et in ipso accessu labores et discrimina. Importunum itaque est Achillis irati vehementem affectum in Aeneide desiderare, quem poëta exhibere noluit nec debuit, cf. Disquis. I, n. 6. 9. 16. — *Inferretque deos Latio*, inferret in Latium Penates Troia advectos. A re, quae religionem et venerationem habet, accessum Aeneae praeclare designat; splendidior sic facta est oratio, quam si in Latio eum consedisse audires. — *Unde*, qua ex re, quo factum est, ut Aborigines cum Troianis aequati communi Latinorum nomine sint comprehensi (conf. Aen. XII, 823. sq.), ut ab Ascanio Alba sit condita, et ex eius posteris *urbis Romae conditores* ortum habuerint. — *Album* autem bene ab *Albanis patribus* designat, a senatu, nobiliore populi parte; conf. IV, 682: VII, 727: *Romam* per *altae moenia Romae*, plenioreore. Praeclare autem rerum narrandarum summam ad *Romanorum originem* in ipsa carminis fronte revocat.

8 *Musa, mihi c. memord.* Nam, quae deorum interventu aut consiliis et machinationibus alicuius dei eventum suum habuerant, nisi a dea edoctus, poëta scire non poterat. Itaque ille viam sibi munit, ut iis commode uti possit. — *quo numine laeso*. Sententia aperta; causas memora, cur Iuno Aeneam tot laboribus et aerumnis obiecerit. Illud *cur* per membra

Quidve dolens, regina deum tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores,
Impulerit. Tantaene animis coelestibus irae!
Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni,
Carthago, Italiam contra Tiberinaque longe
Ostia, dives opum, studiisque asperrima belli;

quo numine laeso et *quidve dolens* declaratur, in quorum priore haeremus. Nam cum *numen* sit voluntas, tum potestas ac maiestas dei, unde etiam pro ipso deo, eiusve natura, aut nomine ac titulo ponitur; variis modis haec accepta sunt. Simpliciissimum esset accipere, quo deo laeso; sic I, 674. *ne quo se numine mutet*; sed poëta ipse statim numen illud subiicit, Iunonem; igitur ex Musa id quaerere non potest; nisi eam alterius dei laesi causam suscepisse dixeris, quod et ipsum parum suave est. Omnibus expensis, quamquam duriorem, praefero rationem iam a Servio propositam: *quo*, qua re, qua in causa, (exponuntur causae vss. 25 — 28.) *numine laeso*, maiestate divina, h. e. ipsa Iunone. Si poëta duriore hac ratione offensus fuisset, facile *qua*, quatenus, qua in re, vel *qui*, quomodo, rescribere potuisset. Subiicitur pro explicatione: *quidve dolens — impulerit* dea virum (exquisite, h. e. coegerit), *tot casus volvere*, h. e. ut subiret, adiret. Nam *volvere* dicimur ea, quae molimur, in quibus perficiendis versamur, atque ea, quae perferimus ac toleramus. *H.* Si *quo* interpretaris *quam ob rem*, ablativi absoluti *numine laeso* languent. Iungendum esse *quo numine lae.*, monstrat constructio verborum ita mutata: *Hoc numine laeso, idque dolens impuli* etc. Vulgaris modus vitandi brevitatem ablativi absoluti participiique est hic memora, quod numen Iunonis laesum sit, quidve doluerit dea, ut virum tot adire labores impulerit. *numen* est *laesum*, h. e. consilium deae, id quod concupivit, ad irritam cecidit. Cupiebat autem, Carthagini imperium orbis terrarum parare; quae optata per Aeneae posteros irrita fore sciebat. — *dolens* magis ad Paridem et Ganymedem spectat. *W.*

12 A Iunonis odiis oritur, quippe per quae obiectae fuere difficultates, quibus ab Italiae aditu averteretur Aeneas. Exponuntur odii causae ex narrationibus de rebus Troianis petitae poëtarumque Graecorum lectoribus notae. — Urbs *fuit*, quoniam illa tum erat eversa, a Tyriis condita et habitata. — *antiqua*, quoniam antiqua origo in primis in urbium laude memoratur; inf. II, 363. de Troia: *Urbs antiqua ruit*; et de Italia: III, 164. *Terra antiqua, potens.* *H.* Et *terris* tribuitur epitheton. *Creta antiqua*, antiquitate celebris, apud Iuven. XIV, 270. cf. inf. 531. *W.* — 13. 14 *Longe*, procul sita, magno interiecto maris intervallo, ex adverso Italiae, et quidem Romae, quam per *Tiberim* designari puto. *H. longe*, interpositum verbis *Tiberina ostia*, instar participii est, *longe disturtia*; ad Graecam normam et hos dicitur. Soph. Ai. 204. τοῦ Τελαμῶνος τηλόθεν οἴκου. *W.* — *studiisque asperrima belli*, graviter pro dedita, vacans studiis. Vulgo *bellum* dici solet *asperum*, tum *studium belli*, denique *urbs aspera studiis belli*. Virtus bellica a poëtis per *iram* exprimitur eiusque attributa. *Exasperatur* autem is, qui offenditur et ad iram provocatur. Itaque *asper*, τραχύς, modo iratus, vehemens, ferus, ferox, saevus; modo fortis, bellicosus; modo acer, ardens, concitatus, flagrans, ut h. l. Simili-

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Posthabita coluisse Samo. Hic illius arma,
Hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
Si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
Audierat, Tyrias olim quae verteret arces;
Hinc populum, late regem, belloque superbum,

[illegible] *aeres* iracundi, calidi, δριμεῖς, [illegible]ox strenui, πρακτικοί, tum ve[illegible]mentes, δεινοί, et sic fortes. [illegible]mel monuisse expedit ad de[illegible]randam poëticam orationem, [illegible] in primis perspectam esse [illegible]mus. — 15 Quam Iuno fertur [illegible] omnium maxime amasse, [illegible] Samo praetulisse, in qua [illegible]tiquissima et celeberrima Iuno[illegible] religio erat. De templo Iuno[illegible] Samiae v. Herodot. III, 60. [illegible]rthagine sub *Uraniae* nomine, [illegible] ea appellatione, quae Graece [illegible] reddi posset, illa fuit culta aut [illegible] credita. vid. Selden. de Diis [illegible] Synt. II, c. 2. — 16 *Hic il[illegible] arma, hic currus fuit*, ducta, [illegible]to, rei imago ab antiquis he[illegible]roibus, qui curribus vecti ad pu[illegible]gnam egrediebantur, reduces au[illegible]tem eos in loco tecto collocabant [illegible] reponebant, v. Il. θ, 441 : ε, 194; traducta illa, ut alia, ad deos, quibus currus sui essent, qui in [illegible] locis, quae potissimum frequentarent dii et colerent, reponerentur. Pro talibus locis habentur poëtis eae urbes eaque loca, quae celebriore aliqua religione in[illegible]ruere. Egregius hanc in rem locus Il. ν, 21. sqq. de Aegis Neptuno sacris. Iunonis autem currus e nobili Homeri loco Il. ε. 720. (adde Odyss. ε, 381) notus est. Burmannus laudat Val. Fl. V, 184. Poëtica tamen potius quam vera descriptione usus esse videtur poëta. Nam Carthaginienses non currui, sed leoni insidentem expressisse memorantur coelestem suam deam. cf. Apuleius Met. VI, 6. Porro *arma* debent h. l. esse aliquod proprium ac perpetuum; ut adeo de *Iunone armata* cogitandum sit, qualis Ἥρα ὁπλοσμία fuit Elide culta, Lycophr. Cass. 610. 858, et ἱππία, h. e. curru vecta, Olympiae ap. Pausan. V, 15, p. 414. *hasta* ei quodam modo propria fuit, etiam ex Latinorum religione. Nota Sabinorum *Iuno Curitis*. cf. Servius. Locum nostri poëtae expressit Ovidius Fast. VI, 45. *Poeniteat, quod non fovi Carthaginis arces, Cum mea sint illo currus et arma loco.* — 17. 18 Carthagine, Romae aemula, praeclare utitur poëta h. l. — ut ea urbs regnum gentium, caput imperii terrarum, sit, Iuno *iam tum*, ante Romam conditam, *tendit*, contendit, allaborat, operam dat, *fovetque*, pro vulgari, studet. *fovet* hoc, hanc rem, hoc consilium, animo et cogitatione. — *Si qua* ratione. — 19 — 22 Enimvero et Troiana stirpe ortum habituram esse acceperat gentem (*progeniem* dixit), quae Carthaginem aliquando esset eversura. Populum enim, ab ea gente oriturum, ad exscindendam Carthaginem in Africam copias suas esse traiecturum. Iam expende rationem poëticam. *H. sed enim*, ἀλλὰ γὰρ, cf. III, 163. Ovid. Metam. I, 530. *W.* — *Hinc*, ex hac progenie, posteritate Troianorum. Alii referunt ad *sanguinem Tro. H. hinc* pro hinc ortum. Similiter *unde* usurpatur apud Horat. Od. II, 12, 7. *iuvenes, unde periculum — contremuit domus. W.* — *populum late regem* pro late regnantem, v. Burm. ad Petron. c. 82. extr. Comparant εὐρυκρείων Homericum et εὐρυμέδων. cf. inf. I, 235. *Hinc fore ductores* etc. — *bello superbum*,

Venturum excidio Libyae: sic volvere Parcas,
Id metuens, veterisque memor Saturnia belli,
Prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis;
Nec dum etiam caussae irarum saevique dolores
Exciderant animo: manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretaeque iniuria formae,
Et genus invisum, et rapti Ganymedis honores:
His adcensa super, iactatos aequore toto
Troas, reliquias Danaum atque inmitis Achilli,
Arcebat longe Latio; multosque per annos
Errabant, acti fatis, maria omnia circum.

exquisitius quam potentem, ferocem, utpote victorem, *κυδιόωντα*. Semel de hoc usu vocis apud poëtas monemus. — *Lybia* plenius pro Carthagine in ea Africae parte sita. — *venturum excidio*, ad excidium, ut *auxilio*, *subsidio*. — 22 Audierat *Parcas sic volvere*, haec *moliri*, *machinari*. — 23. 24 *Veteris belli*, paullo ante gesti, ut *vetus* et *antiquus* interdum. — *prima*, primum, prius, olim. — *Argi* pro *Argivis*. — 25 — 28 Versus in parenthesi esse positos puto. *Id metuens et belli memor, quod gesserat, — arcebat Troas.* Cum autem alias caussas interposuisset, *iniquum Paridis iudicium, quo Iunonis forma inferior pronuntiata fuerat, et Ganymedis raptum*, addit v. 29 *His accensa super*, super cetera, insuper, etiam his sibi factis iniuriis 25 — 28 inflammata, *arcebat Troas*. *H.* Parenthesis vix probabitur. Nam *bellum* ipsum causa odii habetur — contemplare formulam annectendi *Necdum etiam* — ad quam accedunt causae memoratae 25 — 28. Legitime pertexenda oratio per participia, *metuens — memor* et *accensa* recordatione iudicii Paridis, originis Troianorum, honorum — Ganymedis — *arcebat*. *W.* — 26 *Manet repostum* pro vulgari, est repositum in animo, *alte*, profunde. Comparanda autem cum his Homerica Il. ω, 25 — 30. Formam adumbravit Statius Theb. I, 246, ubi Iupiter: *neque enim arcano de pectore fallax Tantalus et saevae periit iniuria mensae.* — 27 Hinc Ovid. Fastor. VI, 43. *Caussa duplex irae: rapto Ganymede dolebam; Forma quoque Idaeo iudice victa mea est.* Ceterum versus est ex ornatissimis. — *spretae iniuria formae* adiectum ad declarandam iudicii indolem. *spreta forma* est Iunonis pulchritudo pulchritudini Veneris posthabita; et quia id cum Iunonis iniuria factum, dixit plenius: *iniuria spretae formae*. — 28 *Genus invisum*, propter Dardanum, Iovis et Electrae, pellicis, filiae Atlantis, filium, a quo Troiani ducunt originem. — pro Ganymede rapto, (v. Aen. V, 255) *rapti* (cf. IV, 198) *Ganymedis honores*, ministerium poculorum, ad quod receptus est, remota Hebe. — 29 — 33 *reliquias Danaum*, a Danais et ab Achille relictos Troianos, qui Achivorum manus effugerant. *H.* Nomina *Danaum* et *Achillis* Graecos apte complecti apparebit comparanti Hom. Od. α, 344. *immitis* ingenium fortis herois designat, nec magis in contemtum dicitur, quam *saevus Hector* 99. Add. de Aiace *ὠμόθυμος* apud Soph. Ai. 885. *W.* Mox *multos* annos h. e. septem — *acti fatis*, quia hi ipsi Troianorum errores

Tantae molis erat Romanam condere gentem.
Vix e conspectu Siculae telluris in altum
Vela dabant, laeti et spumas salis aere ruebant,
Quum Iuno, aeternum servans sub pectore volnus,
Haec secum: Mene incepto desistere victam,
Nec posse Italia Teucrorum avertere regem!
Quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem

fatales erant. — *molis*, molitionis, difficultatis. In prosa: Tam difficile erat, ut Troiani in Latium pervenirent, ibique stirpis, ex qua Romani orituri essent, auctores fierent.

34 Hic, ut in Odyssea, in medias res abripitur lector. Quomodo enim e Sicilia solverit Aeneas, qui tum classe in Italiam tendebat, infra videbimus sub finem libri III. Sed, tempestate mox orta, a cursu avertitur et ad litus Africae, tantum non naufragio facto, delicitur. Rerum autem ordinem ipsamque dictionem ad Homeri exemplum instituit Odyss. ε, ubi Ulysses e Calypsus insula Ithacam petens, cum iam Phaeacium in conspectu habet, tempestate a Neptuno excitata naufragus enatat. Quod ibi Neptunus facit, tributum h. l. Aeolo, quodque Leucothea, hic Neptuno. conf. Macrob. Sat. V, 2. In Homero tamen maior rerum varietas narrationisque suavitas. — 35 *Vela dabant*: cum per epexegesin hoc vellet explicare, saltem verbis erat ornandum, cum sententia eadem maneret; hinc *spumas salis*, ἅλμης, maris; occurrit et alibi — *aere*, aerata navi; sic et *puppes aeratae et aereae*, ut Aen. V, 198. — *ruebant*, secabant, ut terra *ruitur* sulco facto, eruitur. — *laeti*, alacres, Italiae, laborum finis, tum tandem propiores, πρόθυμοι, cf. II, 391. 395. Sed habuit poëta ante oculos versum 269 Odyss. ε, γηθόσυνος δ' οὖρῳ πέτασ' ἱστία δῖος Ὀδυσσεύς. — 36 — 38 *Aeternum volnus*, qui v. 25. *saevi dolores*, dolor de iniuria, et cum doloce ira; ita Gr. ἦλος. Adumbrata autem Iunonis indignatio ex Odyss. ε, 281. sqq., ubi simillis oratio Neptuni. Hinc nullus fere est poëta, qui non eundem ad modum iram alicuius dei finxerit. Similem prorsus locum videbis inf. lib. VII, 286 — 320., quem comparasse non poenitebit. — *Hi: mene — desistere*, nonne dolendum est, me desistere. Infinitivus, ad indignationem declarandam usurpatus, haud frequens apud Virgilium. vid. Ecl. IX, 17 et Aen. XI, 269. Graecos infinitivo pariter esse usos, egregie docuit Valckenaer ad Phoeniss. Euripid. p. 572. Exclamationis signum pro signo interrogationis post *regem* posui. — *Quippe* ironice usurpatum vid. IV. 217. Ironia convenit indignanti. — *Pallasne*, nonne Pallas. *W. victam* poetica copia adiicitur. — *Teucrorum regem*, ducem. — 39 sqq. Potuit tamen Pallas, (et quanto magis ego, vs. 46) contra fata (h. e. quamquam faustus reditus fato erat destinatus) Achivorum classem coelesti igni comburere et fluctibus opprimere, unius Aiacis ulciscendi caussa. Ab Euripide haec sumta esse, Macrob. V, Sat. c. extr. monet. Locus est in Troad. v. 77 — 86.; videntur etiam versus 23. sq. Virgilio ante oculos fuisse. Fabulae fundus est in Homero Odyss. γ, 135. sq. et multo magis δ, 499. sqq.; sed ibi Neptuno tribuitur, quod h. l. Minerva facit: *Illum expirantem — Turbine corripuit*. Homerum autem secuti poëtae cyclici varie et copiose, in primis in *Νόστοις* suis, tractasse videntur hanc narrationem, ut ex Quinto Cal. intelligo,

Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto,
Unius ob noxam et furias Aiacis Oilei?
Ipsa, Iovis rapidum iaculata e nubibus ignem,
Disiecitque rates, evertitque aequora ventis:
Illum, exspirantem transfixo pectore flammas,
Turbine conripuit, scopuloque infixit acuto.
Ast ego, quae divom incedo regina, Iovisque
Et soror et coniunx, una cum gente tot annos
Bella gero. Et quisquam numen Iunonis adoret
Praeterea, aut supplex aris inponat honorem?
Talia flammato secum dea corde volutans,

qui copiose Aiacis fata exponit lib. XIV, 420. sqq. Etiam Lycophron in Cassandra v. 392. 393. cum vulgari narratione consentit. Virgilianam tamen rationem Hyginus habet fab. CXVI; unde colligo, Tragicum aliquem Minervae partes has olim dedisse, quas Homerus Neptuno dedit; quamquam et ipse Homerus huic variationi locum fecisse videri potest, cum interdum totam reditus Achivorum calamitatem ad solam Minervam refert, ut Odyss. α, 326. 327: γ, 135. 145. — 40 *Ipsos* Argivos. — 41 *Unius ob noxam*, cum antea Achivis esset studiosissima. ob *Aiacis, Oilei f.*, insanam libidinem, qui stuprum Cassandrae intulerat in Minervae templo, in conspectu ipsius deae. Facinus hoc honeste, graviter tamen, declaratur per *noxam* et per *furias*. — 42 En exemplum deae fulmen moderantis. Sed talia iam vulgata sunt, cf. IV, 120; res etiam in gemmis obvia. Ad poëtae locum cf. Q. Calab. XIV, 445. sqq. 508. 532. et Serv. ad h. l. — 42 — 45 Facta per tempestatem navium dispersione ad Caphareum, Euboeae (cf. inf. XI, 260) promontorium, Aiax Oilei f. ad Gyras petras, prope Myconum insulam, actus naufragium fecit. Ipsum vero Pallas fulmine percussum procellae vi scopulo etiam illisit. Commentarii loco esse potest Senecae imitatio in Agamemnone, quo loco Achivorum reditum narrat 528. sqq. adde Quint. Cal. l. c. XIV, 547. sqq. — 46 Cf. Aen. VII, 304. 307 — 310. *cedo*, h. e. quae sum; sed il maiore cum dignitate. Inco dearum, in primis Iunonis, notus. Propert. II, 2, 6. *vel Iove digna soror*, h. e. quam altera Iuno. — *Iovis et coniux* ex Homerico: γνήτην ἄλοχόν τε, Il. π, 432. 48 Praeclare ad invidiam *gero*, pro eam perdere cupio. *Et quisquam*, vid. Not. ad Ge. 433. *W.* — *numen Iunonis*, at quanto gravius! Adumbrata tem haec ex Odyss. ν, 128. — 49 *Praeterea*, post talia, posterum; est Homericum (Ad tempus relatum significat *stea*, ut Ge. IV, 500 — *illum — praeterea vidit. W.*) *honos*, solemne poëtarum de crificiis, libationibus etc., in deorum honorem fiunt, aliq tum ornatus habet. Expressit sum Ovid. Am III, 3, 33. *Et quam pia tura foeis imponer ret?* Iam vides, *honorem* plu gnitatis epicae habere. Maius iam decus adiecto *supplex*, bulo religioso, quod omnin *supplicare*, ad cultum deorum fertur, sacris vel precibus Rectius alii codd. praebent *rat — imponit.*

50 Nota narrandi artific non ante verbis consilium exponit, sed statim, quid ea gerit, subiicitur. Habuit a

Nimborum in patriam, loca feta furentibus austris,
Aeoliam venit. Hic vasto rex Aeolus antro
Luctantis ventos tempestatesque sonoras
Imperio premit, ac vinclis et carcere frenat.
Illi indignantes magno cum murmure montis
Circum claustra fremunt; celsa sedet Aeolus arce
Sceptra tenens, mollitque animos, et temperat iras;
Ni faciat, maria ac terras coelumque profundum
Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras.
Sed pater omnipotens speluncis abdidit atris,
Hoc metuens; molemque et montis insuper altos
Imposuit, regemque dedit, qui foedere certo

poëta ante oculos II. §, 230. sqq., ubi Iuno Somnum adit. — 51. 52 *Nimborum* h. ventorum, qui *perturbati aëris, repentinarumque ac praecipitum pluviarum* causae sunt. *feta* poëticum, ut *gravida*, cf. IV, 229. plena *austris*, omnino ventis, sed *austri* sunt saevissimi in mari mediterraneo; igitur melius hoc genus ponitur. — in *insulam Aeoliam* venit, h. e. unam ex Aeoliis seu Vulcaniis vel Liparaeis, fortasse in ipsam Liparem. conf. Aen. VIII, 416. 417 Tum adi Odyss. κ, 1. sq. — 52 — 56 Ornati versus: Aeolus incluses tenet ventos. *vasto antro*; naturale enim est, vaporem et spiritum per loca concava (subterranea) concitari, sicque fieri ventum. cf. X, 54. vid. Senecam Qu. nat. VI, 18. — 54 *imperio premit*, gravius, quam regit, et *frenat* plus, quam tenet, cohibet. — *vinculo* per *carcerem* declarantur; non enim compedes esse possunt. Sunt igitur pro custodia. — 55 Optime iunges: *fremunt cum murmure montis*. Certe *murmur montis* recte iungitur: nam, quae oculorum auriumve sensu accipiuntur aliquo in loco, ea ipsi loco tribuuntur. conf. inf. 124. Praecivit autem nostro Lucret. VI, 296. *Speluncas — venti quum, tempestate coorta, Implerunt, magno indignantur murmure clausi*; Virgilius vero Statio Theb. I, 546. *Iam claustra rigentis Aeoliae percussa sonant* etc. item Valerio Fl. I, 574. sqq. in primis 591. sqq. — fremunt venti *circum claustra*, spiracula, erupturi. — 56. 57 *Celsa in arce*, extra antrum, alto in montis cacumine, infra 140 *aula* dicta s. regia. Sic apud Homerum Odyss. κ, pr., habet regiam Aeolus, ut et apud Quintum l. c. 475 — *mollit animos*, domat, δαμᾷ, h. e. reprimit ac coercet eorum impetus, *iras*, furores. *H. animos*, naturam ferocem et cupiditatem atrociter erumpendi vehementem. Rebus inanimis tribuuntur *animi* et VII, 383. sed alio sensu. *W.* — 58 *Ni faciat — quippe ferant* exquisitius, quam vulgare, *quod ni faciat Aeolus, ferant utique*, δή, δὴ ῥα. Etiam pedestris oratio, mutato ordine: *quippe, ni faciat, ferant*. — *profundum coelum*, altum, v. ad Georg. IV, 222. Habuit poëta ante oculos Lucret. I, 279. 280. *Venti — corpora caeca, Quae mare, quae terras, quae denique nubila coeli Verrunt ac subito vexantia turbine raptant*. — 60 — 64 Primum ventos speluncis inclusit, *insuper*, praeterea, *molem et* (quae *molis* est explicatio) *montes altos* iis imposuit. *H. insuper* (ὕπερθεν) imposuit idem quod *super imposuit*, ut III, 579. dixisse poëtam manifestum est. *insuper* pro *praeterea*, hac sententiarum iun-

Et premere, et laxas sciret dare iussus habenas.
Ad quem tum Iuno supplex his vocibus usa est.
Aeole; namque tibi divom pater atque hominum rex
Et mulcere dedit fluctus et tollere vento;
Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat aequor,
Ilium in Italiam portans victosque Penatis:
Incute vim ventis, submersasque obrue puppes;
Aut age diversos, et disiice corpora ponto.
Sunt mihi bis septem praestanti corpore Nymphae;
Quarum quae forma pulcerrima, Deïopeam
Connubio iungam stabili propriamque dicabo,
Omnis ut tecum meritis pro talibus annos
Exigat, et pulcra faciat te prole parentem.
Aeolus haec contra: Tuus, o regina, quid optes,
Explorare labor; mihi iussa capessere fas est.

etura, languere mihi videtur, et positura verborum offendit. *W.* — *foedere certo*, certa lege, ratione; non temere et pro eorum impetu: — *premere*, habenas inhibere, retrahere: opp. *laxas dare*, laxare, modo coercere (v. 54 *frenare*), modo liberiorem impetum concedere, omninoque moderari. — *iussus* a Iove. cf. 77.

65—69. *Aeole; namque* — poëtica ratio, qua (Homeri exemplo γὰρ, v. c. Il. ω, 334, ubi cf. Ern.) prosaicam formam in caussa reddenda relinquit, et simul orationi vehementiam affectus conciliat: *Aeole:* quandoquidem *tibi Iupiter*, πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, *dedit hoc*, *ut possis* tempestates excitare et sedare, *incute vim ventis* — *ponto*, concita ventos, *ut aut obruatur fluctibus classis mihi invisa*, aut disiiciatur. — *mulcere fluctus*, placare, reprimere; *et tollere* eos *vento*, h. e. concitare, ut alte insurgant. Sumtum ab Ennio Annal. XVII. Auster et Aquilo *Endo mari magno fluctus extollere certant.* Odyss. κ, 21. 22. Κεῖνον γὰρ ταμίην ἀνέμων ποίησε Κρονίων, Ἠμὲν πανέμεναι, ἠδ' ὀρνύμεν, ὅν κ' ἐθέλῃσι. — *navigat* per *aequor* (ut *vehi maria* 524. *W.*) 68, ut in Italia novas sedes quaerat: cf. VIII, 12. Pulcherrimus versus verborum delectu. Ovid. Fast. IV, 251 *Quum Troiam Aeneas Italos portaret in agros.* — *Incute*, ut iniicere, immittere, *vim*, violentiam, iram, *ventis*, tertio casu. Sic melius. Concita ventos vehementiores. Servius ex Ennio: *dictis Romanis incutit iram.* — *submersas obrue* gravius quam submerge. — *age diversos*, dissipa, disperge per diversa, ut Serv., et *disiice corpora*, h. e. eos, sed praeclare *corpora*, quippe naufragio facto mari mersos. Atque sic factum vides inf. 118. 128. 129. — 71 Locus expressus ex Il. ξ, 267 sqq Alias Iunoni Charites vel Horae adsunt, h. l. Nympharum chorus, quod observandum. — 73 Verba *stabili propriamque dicabo*, h. e. dabo, simpliciter, ad ornatum et declarationem verborum refer *connubio iungam.* Idem versus IV, 126 legitur. Aemulatus poëta est illud Δώσω ὀπυιέμεναι καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν. — 74 *omnes ut tecum.* ἧς αἰὲν ἐέλδεαι ἤματα πάντα.

77 *Explorare*, recte secusne id fiat, quod velis fieri. Tu ipsa vi-

Tu mihi, quodcumque hoc regni, tu sceptra Iovemque
Concilias; tu das epulis adcumbere divom,
Nimborumque facis tempestatumque potentem.
Haec ubi dicta, cavum conversa cuspide montem
Inpulit in latus; ac venti, velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt et terras turbine perflant.
Incubuere mari, totumque a sedibus imis
Una Eurusque Notusque ruunt creberque procellis
Africus, et vastos volvunt ad litora fluctus;
Insequitur clamorque virum stridorque rudentum:
Eripiunt subito nubes coelumque diemque
Teucrorum ex oculis; ponto nox incubat atra:
Intonuere poli, et crebris micat ignibus aether;

deris, an recte haec a me postulem. Praemunit transitum ad Neptuni indignationem de Aeoli audacia v. 130. sqq. Simplicius Homerus Il. ξ, 196 *Εὖδε, ὅ, τι φρονέεις· τέλεσαι δέ με θυμὸς ἀνωγεν*, Venus ad Iunonem; quem versum et alibi repetit. — 78 Verba haec sententiam fundunt: tuae erga me gratiae debeo hoc ventorum regnum, quod mihi a Iove impetrasti, quin et ipsum inter deorum ordines locum; is enim designatur antiqua poësi per istud: *epulis accumbere divom;* ut de Somno Homer. l. l. v. 241 *εἰλατινύζων*. Obscuriorem aliquam fabulam subesse necesse est; antiquiores poëtae, qui aërem, atmosphaeram nos dicimus, per Iunonem declararunt, eius beneficio Aeolum deum factum narrasse videntur; aër autem concitatus ventos creat. Certavit cum Homero l. l. Il. ξ, 238, ubi Iuno Somno *θρόνον* ab Vulcano affabre fabricandum promittit. — *tu concilias, das*, pro praeteritis; conciliasti mihi voluntatem Iovis, ut ab eo regnum ventorum acciperem. *Conciliare* ad plura et diversa refertur. *H.* Praesentia sunt significantiora. Tribuitur Iunoni, quod etiam tum fiebat. *W.*

81—85 Haec eadem ap. Quintum l. l. v. 479. sqq. Aeolus *χερσὶν ὑπ' ἀμφιάντοισιν ὄρος μέγα πέρτε τριαίνῃ — βίᾳ δ' ἔρρηξε κολώνην.* (non male epitheton adiecit Maro *cavum* montem, propter antrum.) Egregie autem dei et potentia et impetuosum obsequium declaratur, uno ictu latere montis percusso, perrupto ac patefacto. Ita *in latus* est pro in latere, ut inf. v. 114. *Unam — in puppim ferit.* Simplicior Homerus Od. ε, 291 sq.; nec tamen minus sublimis. Statius Virgilii vestigiis institit: *dubiamque iugo fragor impulit Oeten In latus.* Theb. I, 119. — *conversa cuspide*, hastae, quae diis pro sceptro est; hanc intorquet, immittit, ruptaque rupe viam ventis facit, qua erumpant.

84—86 *Incubuere*, incumbunt, *ἐνέπεσον, ἐπέχραον, ἐνέσκηψαν — a sedibus imis ruunt*, h. e. eruunt a fundo: inf. II, 419. *imo Nereus ciet aequora fundo.* Sequitur tempestatis descriptio, omnium fere post Virgilium poëtarum imitatione nobilitata, in qua observandum, quomodo omnia sint ad terrorem et admirationem narrata. — 87 Laudat Servius ex Pacuvio in Teucro: *armamentum stridor et rudentum sibilus;* funium nauticorum. — 88. 89 Odyss. ε, 293. *σὺν δὲ νεφέσσι κάλυψε Γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον· ὀρώρει δ' οὐρανόθεν νύξ.* cf. Odyss. ι, 66—69. et inf. III, 198, ubi *nimbi*, qui h. l. *nubes*. Mox *poli* pro coelo nimpl.

Praesentemque viris intentant omnia mortem.
Extemplo Aeneae solvuntur frigore membra;
Ingemit, et, duplicis tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: O terque quaterque beati,
Quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis
Contigit oppetere! o Danaum fortissime gentis
Tydide, mene Iliacis occumbere campis
Non potuisse, tuaque animam hanc effundere dextr
Saevus ubi Aeacidae telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois conrepta sub undis
Scuta virum galeasque et fortia corpora volvit.

92 Naturae veritatem secutus poëta, exemplo Homeri Od. ε, unde locus expressus, v. 297. *καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ* (aliud est Achillis exemplum, qui mortem a Xanthi eluvie instantem similiter exhorrescit, Il. φ, 270), Aeneam suum metu vacare non sinit. Priscis heroibus et metuere et flere haud indecorum est. — 93 *Ὀχθήσας δ' ἄρα εἶπε πρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν*, v. 298. Od. ε, et sequitur similis oratio Ulyssis, ut hic Aeneae. — 94 — 96 ibid. 360. *Τρισμάκαρες Δαναοὶ* etc. Compara locum. cf. Il. φ, 279. sqq.: nostrum imitatur Seneca Agam. 515. sqq. — *oppetere mortem*, plene dicitur; poëta absolute posuit, ut *obire mortem*, mox *obire* simpliciter. — 96 — 98 Diomedem, Tydei f., potissimum inter Achivos memorat, quoniam cum eo congressus Aeneas a Venere morti ereptus fuerat. v. Il. ε, 239. sqq.: 511. sqq. *Fortissimum* eum appellat ex Il. ζ, 98. ubi Helenus de eodem: *Ὃν δὴ ἐγὼ κάρτιστον Ἀχαιῶν φημὶ γενέσθαι.* — 99 Odyss. γ, 108. Nestor facta Achivorum ante Troiam recensens, *Ἔνθα δ' ἔπειτα κατέκταθεν, ὅσσοι ἄριστοι· Ἔνθα μὲν Αἴας κεῖται Ἀρήϊος, ἔνθα δ' Ἀχιλλεύς. Ἔνθα δὲ Πάτροκλος — Ἔνθα δ' ἐμὸς φίλος υἱός.* suavissimus locus! *saevus Hector* simpl. pro fortis, ut *acer, asper*, v. 14. Scilicet, ut semel moneamus, cum *saevus* proprie ad iram, furore vehementiam spectet, pro c muni epitheto, saepe tantu ornatum, adhibetur in omn rebus, quae ad bella, pugnas, tutem; ad imperia, regna, i ad mare, ventos, tempestates tinent. Quo fit, ut nonnunq per *fortis, magnus, potens*, d rari possit, ut Homerica ἐσ *αἰνὸς, ἀπηνής.* — *telo*, hast Il. χ, 319, — *iacet*, periit, ne quamquam corpus Hectoris se turam sub moenibus urbis hab v. Il. ω, 786; at non vero Sar don *ingens, πελώριος*, qui in ciam fuit ablatus. *H.* Non ig *pro patria iacet* esse pro p cecidit. Sed *iacere in campis I cis* non dicitur is, qui ibi ca est, sed qui ibi caesus prostr est, aut sepultus. De sepul igitur Sarpedonis aliter quam l merum Il. π, 667., Maronem didisse mihi persuasum est; praesertim sententiarum iunct *Saevus ubi iacet Hector, ingens Sarpedon. W.* — 1 101 Contendit cum Homero μ, 22. sq. *καὶ Σιμόεις*, (in cuius litore) *πολλὰ β γρια καὶ τρυφάλειαι Κάπ ἐν κονίῃσι, καὶ ἡμιθέων γ ἀνδρῶν.* Sic in mari inf. v. 1 Adde XI, 257. *Quos Simois mat ille viros.* Praelia autem Simoentem facta respicit. — sum 101 infr. VIII, 539. rep *H.* Ibi lectio praestantior *sub das*, ut hic *sub undis*, recept

Talia iactanti stridens aquilone procella
elum adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
ranguntur remi; tum prora avertit, et undis
at latus; insequitur cumulo praeruptus aquae
mons.
i summo in fluctu pendent; his unda dehiscens
rram inter fluctus aperit: furit aestus arenis.
ris Notus abreptas in saxa latentia torquet;
xa vocant Itali, mediis quae in fluctibus, Aras;
rsum inmane mari summo. Tris Eurus ab alto

toritate codicis Medicei; quam, unquam alii etiam libri h. l. las praebent, deserere non au- eum. *W.*

— 105 *iactanti* simpl. di- ti. (vociferanti; abest notio antiae. *W.*) Homerus Od. ε, 105. Ὣς ἄρα μιν εἰπόντ' ἔλα- μέγα κῦμα κατ' ἄκρης, Δει- ἐπεσσύμενον — μέσον δέ οἱ ἔαξεν Δεινὴ μισγομένων ἐλθοῦσα θύελλα. — *stri- aquilone procella*, h. e. ab ilone incitata, immissa; plus est in *stridens*. Magna igi- venti vis a septemtrione veni- *ferit velum* et lacerat, *adver-* a prora inruens, excitatque um ingentem, quo utrinque navis latera se provolvente franguntur, seu, quod pro- dicitur, *detergentur*; Grae- παρασύρειν τοὺς ταρσούς, Diodor. XI, 18., unde sequitur παραφέρεσθαι, φέρεσθαι πλα- τὰς ναῦς vel ἐπικαρσίας; ris sc. remis iam obliquo cur- fertur navis, et *prora avertit* incerta in hanc vel illam par- fertur, et navis undis, flucti- *dat latus*. Illustrantur haec Valerii Fl. imitatione I, 618. cf. Quint. Cal. XIV, 592. ndus est in Odyss. ι, 70. sqq. Ulysse a Ciconibus progresso: ravescit aquilo, et naves αἱ μὲν ἐφέροντ' ἐπικάρσιαι, ἱστία σφιν Τριχθά τε καὶ τετραχθὰ σχισεν ἲς ἀνέμοιο (*stridens a. velum adversa ferit*). Locus e praestantissimis. — 106 *inse- quitur mons aquae praeruptus cu- mulo*, h. e. praeruptus, propter altitudinem cumulatae aquae. *H.* Iunge *insequitur cumulo* h. e. mole sua, cf. II, 498. *amnis fertur in arva furens cumulo. W.* Intelli- git autem *decumanum fluctum* (Graeci τρικυμίαν dicunt, for- tasse pro maris diversa natura), qui aliis minoribus ipse maior succedit. Eo autem insequente al- terum navis latus alte deprimitur, alterum exstat. Itaque *Hi*, alii ex iis, qui in navi sunt, v. c. in dex- tris transtris, *pendent summo in fluctu*, alii, qui in sinistris sunt, merguntur mari. Nisi quis v. 106. seiungere a superioribus, et de aliis navibus accipere malit. *H.* Posterius maxime gravitas narra- tionis postulare videtur. *arenis*, in fundo maris, quo sensu *arenae* dicuntur apud Ovid. Met. XI, 499. *W.*

108 — 112 *Aras* proprio ita di- ctas seu *Aegimuri insulas* desi- gnat, ex adverso Carthaginis sitas, in nostris tabulis geographicis ob- vias. *Notum* noli accipere pro- prie dictum; ut nec *Eurum*. — *saxa latentia*, ἕρματα ὕφαλα, ut saepe. — Versus 109., ut ieiunus, manu aliena illatus esse videtur. *dorsum* alias *taenias* appellant. — *mari summo*, sub maris superfi- cie latentes scopuli. οἰόθι δ' ἅλ- μη Ἀπλόος εἰλεῖται γαίης ὑπὲρ ὅσσον ἔχουσα, Apollon. IV, 1270. 1271; e quo loco, ubi in Syrtes incidisse Argonautae dicuntur,

In brevia et syrtis urguet, miserabile visu,
Inliditque vadis, atque aggere cingit arenae.
Unam, quae Lycios fidumque vehebat Oronten,
Ipsius ante oculos ingens a vertice pontus
In puppim ferit; excutitur pronusque magister
Volvitur in caput; ast illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, et rapidus vorat aequore vertex.
Adparent rari nantes in gurgite vasto,
Arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas.
Iam validam Ilionei navem, iam fortis Achatae,
Et qua vectus Abas, et qua grandaevus Aletes,
Vicit hiems: laxis laterum conpagibus omnes

plura transtulit Virgilius. — 111 *Syrtes* interpretatur poëta per *brevia*, *τὰ βραχέα*, vadosa loca, qualia litorum sunt; opp. *profunda*, *alta* vel *aperta*. Inf. V, 221. de scopulis *brevia vada*. Non autem de Syrtibus proprie ita dictis, maiore ac minore, in Libyae litore cogitandum. — 113 — 115 *Unam ingens pontus* (*δεινῶς* pro fluctus, quod imitatus Valer. Fl. IV, 666. *effluit imber Spumeus, et* magno puppim *procul* aequore *vestit*) *ferit in puppim*, ictu in puppim delato, *κατὰ πρύμναν*, (non *ἐπὶ πρύμναν*, quae diversa plane res est, *ἐπὶ πρύμναν ἐλαύνειν*) *a vertice*, h. e. desuper, v. sup. ad Georg. II, 310, alte insurgens fluctus desuper in caput irruit. Odyss. ε, 313. *ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης, Δεινὸν ἐπεσσύμενον*. Puppi ita depressa, inclinatur gubernator et in mare prolabitur; quamquam et ipse fluctus adiuvare satis casum hominis potuit. — 115 — 119 Vides Homerum l. l. Od. ε, 314. *περὶ δὲ σχεδίην ἐλέλιξεν. Τῆλε δ' ἀπὸ σχεδίης αὐτὸς* (Ulysses) *πέσε· πηδάλιον δὲ Ἐκ χειρῶν προέηκε· μέσον δέ οἱ ἱστὸν ἔαξεν Δεινὴ μισγομένων ἀνέμων ἐλθοῦσα θύελλα. Τηλοῦ δὲ σπεῖρον καὶ ἐπίκριον* (velum et antenna) *ἔμπεσε πόντῳ. Τὸν δ' ἄρ' ὑπόβρυχα θῆκε* etc. Observanda autem in Virgilio variatio in diversis navium casibus, *Magistrum* nominat Aen. VI, 334. sqq. *Leucaspim et Lyciae ductorem classis O.* Quod *pronus volvitur in caput*, translatum est ex verbis: *ὁ δ' ἄρ' κυβερνήτης ἀρνευτῆρι ἐοικὼς Κάππεσ' ἀπ' ἰκριόφιν* — Odyss. μ, 413. Mox v. 117. *Vorat* est absorbet, *παταπίνει*. Videtur fluctus ingens irruendo in mare voraginem profundam aperuisse, in quam dum mare revolutum fertur, impingitur illud in latus navis, eamque circumagit et mersat. — 118 *rari* epith. ornans, ut et *vastum*; nihil amplius. — *gurges*, *μέγα λαῖπμα θαλάσσης*. Conspiciuntur passim nantes (cf. Od. μ, 417. 418) et *arma*, h. e. clypei, quos, cratibus textos corio indutis, quis dubitet aqua ferri potuisse? Laudant Liv. I, 37. *multique mortales — in flumine ipso periere, quorum fluitantia arma ad urbem cognita in Tiberi.* Adde sup. I, 100. sqq. et Aen. VIII, 539. *quam multa sub undas Scuta virum galeasque et fortia corpora volves, Thybri pater!* cf. Dorvill. ad Chariton. p. 627, qui et Manil. V, 51. laudat. Erant autem militum arma in puppibus religata, v. X, 80. Navium armamenta alii malunt intelligere; sed *arma virum* dicit. *H. apparent* repete ad *arma virorum*. *W.* — 120 Nomina sunt ex Homero, non autem ipsi homines. — 122 *Vicit hiems*, tempestas, *χειμών*,

Adcipiant inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
Interea magno misceri murmure pontum,
Emissamque hiemem sensit Neptunus, et imis
Stagna refusa vadis, graviter commotus; et alto
Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.
Disiectam Aeneae toto videt aequore classem,
Fluctibus oppressos Troas coelique ruina;
Nec latuere doli fratrem Iunonis et irae.
Eurum ad se Zephyrumque vocat; dehinc talia fatur:
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam coelum terramque meo sine numine, venti,
Miscere et tantas audetis tollere moles?

labefactavit, solvit navium latera, ut aqua subiret. — *imbrem* aquam maris post Ennium et Lucretium dixit; et post Virgilium saepe alii poëtae, ut Stat. III, Theb. 251. — *inimicum* gravius accipiendum pro *exitioso*. Materiem ornatissimi loci habuit haec verba: ἀπὸ τοίχους Ἄνδρα κλύδων τρόπις· τὴν δὲ φιλὴν φέρε κῦμα. — *rimisque fatiscunt*, solvuntur, *ut rimas agant*. cf. ad Ge. I, 180.

124 — 126 Tempestas tandem deferbuit Neptuni interventu. Apud Homerum Od. ε, 334. Ulyssem prospicit Leucothea, et offert κρήδεμνον suum, at servat eum Minerva v. 382. sqq.; nam a Neptuno tempestas fuerat immissa. — 125 *Sensit* Neptunus *pontum misceri* magno cum murmure, et *sensit hiemem* emissam, — *et stagna* refusa Duplex structura, ut saepe. *H.* Quam non videbis dum in participiis *emissam — refusa* copulam esse intelligas. Verba *Interea m. m. mur.* IV, 60. exstant. *W. stagna* pro mari. quod *refusum*, erutum et exturbatum, erat ex *imis vadis*, fundo, quod v. 84. *a sedibus imis*, βυσσόθεν; *stagna* pro mari novasse videtur poëta ex λίμνη apud Homerum. — 126. 129 *Graviter commotus*. Turbatus, ἀνηνυθείς, rei novitate, sensit Neptunus tempestatem in mari motam; tum capite ille e mari sublato prospicit. *placidum caput*

adiectum, quod tempestatem non *ab ipso deo, ex ira in Troianos*, ortam esse significare voluit poëta. Totus fere versus 127. iam insertus Ge. IV, 351. *alto prospiciens* intellige ex fundo maris, in quo regia dei est. — *disiectam — oppressos*. v. sup. v. 69. 70. — *coeli ruinam* gravissime dixit pro vento ac procella — 130 Statim Neptuno ad animum venit, Iunonis machinatione, ut satiaret odia sua in Teucros, hanc tempestatem esse conflatum. Ita *dolos* et *iras* accipe. Habuisse fertur poëta ante oculos Homer. Il α, 536. 537. Sed verba ex Apollon. IV, 753. Οὐδ' ἄλογον Κρονίδαο Διὸς λάθον. Simile argumentum vide tractatum ab Ovid. I, Met. 601 sqq. — 131 — 141 Duo ventos pro toto ventorum agmine manifeste ponit poëta; nam neutrius in hac tempestate partes potuere esse praecipuae. — *generis vestri*: non tam originis, quam omnino gentis; tantumne vos confidentiae in vobis, in vestris viribus, habetis? *meo sine numine*, voluntate, iusso. *tantas moles*, rerum perturbationes, tempestatem; nam *moles* est omnis magna molitio; tum res ipsa, quam quis molitur. *H.* An hoc sensu dici potuerit *tollere moles*, videndum est. Ipse puto, *moles* (aquarum) esse fluctus. *molem maris* dixit Silius XIV, 123.; et *tollere fretum* Horat. Od. I, 3,

Quos ego — Sed motos praestat componere fluctus.
Post mihi non simili poena commissa luetis.
Maturate fugam, regique haec dicite vestro:
Non illi imperium pelagi saevumque tridentem,
Sed mihi sorte datum. Tenet ille immania saxa,
Vestras, Eure, domos; illa se iactet in aula
Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.
Sic ait, et dicto citius tumida aequora placat,
Collectasque fugat nubes, solemque reducit.
Cymothoe, simul et Triton adnixus, acuto
Detrudunt navis scopulo; levat ipse tridenti,
Et vastas aperit syrtis, et temperat aequor;
Atque rotis summas levibus perlabitur undas.

16, *W.* — *Quos ego* gravissime ulciscar, puniam; vel punire possem vel deberem. Notus locus. *H.* Similis comminatio, naturae conveniens, est apud Terent. Eunuch. V, 6, 19. *Ego te furcifer, si vivo;* intellige *ulciscar.* Propius ad nostrum accedit Val. Fl. I, 202. *Illum ego.* — *W.* — 136 *Non simili*, sed graviore, *poena;* h. e. si in posterum tale quid ausi eritis, non impune feretis. — 137 *Maturate fugam*, praecipitate, acceleratо receptum in antra vestra; h. o. ocyus discedite. — 138 *imperium — tridentem:* praeclare, ut v. 78. quodcunque hoc *regni — sceptra.* Et sic saepe poëtae. Hinc et *saevus tridens*, quia poëtis *saevum imperium*, v. ad v. 99. — 139 *sorte*, sortitione inter fratres. cf. Il. o, 187. sqq. *immania saxa*, vastum antrum v. 52. — 140 *Vestras, Eure, domos.* Nota figura, adscitis in regimen sociis Euri. Ita XI, 686. 687. *H.* In hac coniungendi ratione praeivit Homerus Odyss. μ, 81. 82. cum quo conferas Maronem infr. IX, 525. et Ciceronem de Natur. D. I, 19. §. 51. *W.* Homer. Il. α, 179. *Οἶκαδ' ἰὼν, σὸν νῆνοί τε σῇς καὶ σοῖς ἑτάροισιν, Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε.* At ornatius noster extulit: *se iactet*, et *aula*, regia. cf. ad 56. — 142 Sedata tempestas. Aliter simile argumentum tractatum vides ab Ovidio I Met. 330. sqq. *citius*, antequam orationem isset, qua se motos compo velle fluctus dixerat. Quale vulgo notum: *dictum factum*, ἔπος ἅμ' ἔργον, et Il. τ, Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἦν, τέλεσσε δὲ ἔργον. — 144 Sp didi hi quatuor versus 144 quantarum scilicet rerum a bratio! Habuit fortasse ante los Apollon. IV, 930. sqq., Thetis cum Nereidibus navem go inter erraticas rupes s deducunt, et 1609. sqq. *H.* lis rerum facies post tempest sedatam, qua Argo conflic est apud Val. Fl. I, 657. 658. *placidis ratis exstat aquis, gurgite ab imo Et Thetis e gnis Nereus socer erigit ulnis Cymothoe* una ex Nereid Apollod. I, 2, 7. *Detrudunt scopulo* refer ad eas v. 108, *Notus in saxa lutentia to* Porro ipse Neptunus *levat* ves; itaque post *scopulo* plene interpungi. Nam *levan tes* vix bene dicuntur. — *Aperit syrtes*, via ex arenosi dis facta, ut naves exire pos ut saepe poëtae de aditu f refer ad tres naves v. 110. et *temperat aequor*, fluctus cat. — 147 Talis Neptunus drigis vectus in variis gemmi currit. Cf. Aen. V, 817. sqq.

ti magno in populo quum saepe coorta est
saevitque animis ignobile volgus;
faces et saxa volant; furor arma ministrat:
ietate gravem ac meritis si forte virum quem
xere, silent, arrectisque auribus adstant;
it dictis animos, et pectora mulcet:
otus pelagi cecidit fragor, aequora postquam
ens genitor, coeloque invectus aperto,
quos, curruque volans dat lora secundo.
si Aeneadae, quae proxima, litora cursu
lunt petere, et Libyae vertuntur ad oras.
cessu longo locus; insula portum
biectu laterum, quibus omnis ab alto
ir inque sinus scindit sese unda reductos.

m singula celeritatem
, etiam verba *labi per*
II, 91. *Labitur uncta*
. — 148 — 153 In pro-
epe in magno populo,
a est seditio, silent.
o seditionis cum mari
ens est, et ab Homero
— 146 ducta; at h. l.
naris cum seditione fit
. Cuius novam ac prae-
tam tractationem facile
in primis in voc. *ma-*
ta est saevitque animis
obile vulgus (ut vile,
is). Nuda oratio esset:
ulgus, furit. H. ani-
ra dictum, et *saevire*
saevire ira explican-
nondum mihi persuasi.
mis mecum vide an ac-
stupere animo, pendere
asque similes compo-
ic. Ann. XVI, 29. *voce,*
lis ardescere. W. —
em, venerabilem, *pie-*
teritis, religione erga
ictitate, beneficiisque
n ac cives collatis.
hominibus auctoritatem
— 155. 156 *Coelo aperto,*
od antea nubibus erat
invectus per mare.
ptuni v. Homer. Il. *v*,
eriores poëtae tribuunt
ippocampos, v. Stat. H,
Theb. 45 — 47.; ut Proteo Ge-
org. IV, 389. — *curru secundo*,
celeri, ductum a navi, quae se-
cundo amne devehitur. Ceterum
hunc locum ornatissimum ante
oculos habuere Silius VII, 264 —
269. et Statius Theb. V, 704. —
709. — *genitor*, pater. *Patres* pro-
prie omnes seniores dii, mox et
alii dicti sunt, ut Mars, Bacchus,
Apollo, h. e. venerabiles, verendi,
sancti.

157 Deferuntur Troiani ad litus
Libyae haud longe a Carthagine.
Defessi, fessi, iactati tempestate,
ut saepe poëtae; et mox 168.
fessas naves. — 159 — 169 Pri-
mae loci lineae petitae sunt par-
tim ex Odyss. ε, 404. et 411. sqq.,
ubi Ulysses enatat naufragio in
Phaeaciam, partim Odyss. ν, 95.
sqq., ubi in Ithacam ascendit. *In
secessu longo*. Sinum secretum in-
terpretatur Servius. Certe tractum
litoris remotum et infrequentem
designat poëta, cui ex adverso
insula est praetexta, quippe quae
continenti est obiecta. Haec *effi-
cit portum obiectu laterum suo-
rum*, tutam reddit navium sta-
tionem in illo loco, quoniam in-
sula ei obiecta est, et ventorum
vim excipit. *lateribus*, ad latera
insulae, *omnis unda ab alto*, om-
nis fluctus, *frangitur* et sinuoso
flexu recedit. cf. ad Ge. IV, 420.

Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur
In coelum scopuli, quorum sub vertice late
Aequora tuta silent; tum silvis scena coruscis
Desuper horrentique atrum nemus imminet umbra,
Fronte sub adversa scopulis pendentibus antrum;
Intus aquae dulces, vivoque sedilia saxo;
Nympharum domus. Hic fessas non vincula navis
Ulla tenent; unco non adligat ancora morsu.
Huc septem Aeneas collectis navibus omni

Solent enim fluctus allisi longo tractu retrorsum acti dissolvi. Insula non est ap. Homer. in loco, quem hic expressit, Od. ν, 97.; sed est alius locus, quem Maro ante oculos habuit, in descriptione terrae Cyclopum Odyss. ι, 116. Ex eodem loco cervi inf. 184. poëtae in mentem venere. At vss. 160, 162 ex Od. ν, 97. sq. expressi sunt: *Δύο δὲ προβλῆτες ἐν αὐτῷ Ἀκταὶ ἀποκρώγες, λιμένος ποτιπεπτηυῖαι, Αἴτ' ἀνέμων σκεπόωσι δυσαήων μέγα κῦμα Ἔντοσθεν, ab alto.* — 162. 163 Nunc de *secessu*, seu continentis ipsius litore agit. *Hinc atque hinc.* Ab utroque litoris huius introrsum reducti cornu seu latere duo scopuli eminent silvis obsiti. *minantur*, vid. Not. ad IV, 88. — 164 Superior litoris ora silvis obsita est. *convexum nemorum* appellat inf. 310. 311: *Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata, Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris Occulit.* Hic *scenam* dixit prospectum longum *silvarum coruscarum*, tremula inter intervalla luce micantium, dum moventur, desuper imminentem. Multis verbis ornata haec sunt. Inf. XII, 701. *a. aut ipse coruscis cum fremit ilicibus, quantus — Apenninus.* Hoc nemus in litore Virgilius ex una olea ap. Homer. l. c. 102. propagavit, tamquam ex surculo. *horrenti umbra*, v. sup. p. 482. 166 — 168 Hoc antrum itidem ex Homero v. 103 — 112. Sed apud hunc tam augusta loci facies, tam veneranda antiquitatis sanctitas, ut Virgilius ab antro ornando plane abstineret. Atque et huc indicium magni poëtae est. *frons adversa* de interiore litoris reducti seu sinus recessu est accipiendum, qui adversus est intrantibus sinum. — 168. 169 *Hic*, in secessu, in sinu pone insulam. *Ἔντοσθεν δέ τ' ἄνευ δεσμοῖο μένουσιν Νῆες ἐυσσέλμοι, ὅτ' ἂν ὁρμον μέτρον ἵκωνται.* ibid. v. 100. 101. Vides ubique, Virgilium, si sententia certare non poterat, verborum ornatu cum Homero contendisse. At indicabimus et huius ornatus lineas: Odyss. ι, 136. *Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος, ἵν' οὐ χρεὼ πείσματός ἐστιν, οὔτ' ἐνὸς βαλέειν, οὔτε πρυμνήσι' ἀνάψαι* etc. vices *vincula et ancoram*, sed ornate: *unco non alligat a. morsu*; translato epitheto ancorae ad *morsum*. Inf. XII, 274 *mordet fibula. H.* Ancoras a Virgilio descriptas (Aen. VI, 3. *tum dente tenaci Ancora fundabat navis*) non esse ἐυνὰς apud Homerum obvius, constat, neque Heynius ignoravit. *Is* Il. α, 436 disserte dicit: *εὐναὶ* sunt saxa, quae pro *ancoris* erant. *W.* Simile Nymphaeum ad Heracleae Ponticae agros transmiserant veteres poëtae, quod repetiit ex iis Quintus Cal. VI, 470. sqq. versibus non malis. Tota loci descriptio proxime ad naturae veritatem facta esse videtur. cf. *Shaw Travels* p. 159. Similem portus faciem ad novam Carthaginem v. in Liv. XXVI, 43.

170 — 173 *Septem navibus*, una, qua Aeneas vehebatur, tribus e

numero subit; ac, magno telluris amore
essi, optata potiuntur Troes arena,
ale tabentis artus in litore ponunt.
orimum silici scintillam excudit Achates,
cepitque ignem foliis, atque arida circum
rimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
n Cererem conruptam undis Cerealiaque arma
ediunt, fessi rerum; frugesque receptas
orrere parant flammis et frangere saxo.
eneas scopulum interea conscendit, et omnem
spectum late pelago petit, Anthea si quem
atum vento videat, Phrygiasque biremis,

ilis a Tritone, tribusque aliis
tibus, seu vadis arenosis, a
ino expeditis. Ceteras prae-
nam servatas mox videbimus;
nim tota classis XX navi-
— 171. 172 Pulchri versus!
. ε, 462. ὁ δ' ἐκ ποταμοῖο
εἰς Σχοίνῳ ὑπεκλίνθη, κύ-
ζειδωρον ἄρουραν. *arena*,
et telluris *amor*, πόθος,
oli attingendi cupiditas; *ta-*
artus sale, unda marina
rsos, madidos, simpliciter.
e enim *tabem* proprie ponunt
more corrupto, mox de quo-
ie, in primis sordido. θά-
ι δὲ κήκιε πολλὴ Ἄν στόμα
άς τε.' Odyss. ε, 455. — 174
t Virgilius hoc ipso verbo-
ornatu nobilitatem tenuibus
addere. Aliter Homerus,
rationem rebus accommodat;
ieceptum sane primum in tali
, leves res leviter esse attin-
s, ut obiter tantum lectoris
im praestringant. Sed habet
quisque saeculi sui genium,
n nonnullis est litandum; et
rum ornamenta alia splen-
et sublimitatis sunt, alia ele-
ie et suavitatis, quae, ut in
similibus locis factum, recte
etiam humilibus accommo-
possunt. — 176 *Rapuitque*
mite flammam, raptim exce-
ignis aridis pro fomite sub-
. alias *fomes rapit flammam*,
. raptim concipit. *H.* Hoc
sensu Plinius 37, 3. ad f. *succinum*
rapacissimum ignium dixit. At h.
l. *rapuit* est sparsit, *in fomite* pro
vulgari *fomite*, quo arida nutri-
menta notantur. *In*, ut ἐν apud
Graecos poëtas, Soph. Philoct.
102. Antig. 951., instrumentum
significat. *W.* — 177 — 179 Hic
vides priscorum hominum ratio-
nem et artem panis conficiendi.
fruges, h. e. grana, *receptas*, e
mari servatas, *torrent*, ut ea exu-
ant glumam et facilius comminui
possint, tum *frangunt saxo*, ut
multi populi etiamnum grana sa-
xis contundunt. cf. Ge. I, 267.
Cerealia arma, utensilia, instru-
menta ad pinsendum frumentum
et coquendum panem, puta esse
haec ipsa saxa; porro mactram
seu alveum, quo farina subigere-
tur. De fermento enim nondum
cogitabant; sed farinam illam
subactam, seu pultem, continuo
quadrarum forma sub cinere co-
quebant. Recte Servius honesta-
tem sermonis hic commendat. Ali-
ter ἔντεα δαιτὸς Od. η, 252. *fessi*
rerum, ex calamitatibus et casi-
bus, quos subierant (ita *res* poë-
tis), exhausti viribus, quae cibo
iam erant reficiendae.

180 — 184 *Omnem prospectum*
late petit pelago, in prosa: pro-
spectum capit, prospectat, quan-
tum licet, per omne pelagus. cf.
Od. κ, 146. sq. et 95. sq. *si videat*,
pro ut, solenni more, etiam Ho-

Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici.
Navem in conspectu nullam, tris litore cervos
Prospicit errantis; hos tota armenta sequuntur
A tergo, et longum per vallis pascitur agmen.
Constitit hic, arcumque manu celerisque sagittas
Conripuit, fidus quae tela gerebat Achates;
Ductoresque ipsos primum, capita alta ferentis
Cornibus arboreis, sternit, tum volgus; et omnem
Miscet agens telis nemora inter frondea turbam;
Nec prius absistit, quam septem ingentia victor
Corpora fundat humi, et numerum cum navibus aequet.
Hinc portum petit, et socios partitur in omnis.
Vina bonus quae deinde cadis onerarat Acestes

merico: *εἰ*, *ἐὰν*, pro *ὅτε*, *H.* Noli *si* commutare cum *ut*. Nam an visurus esset Anthea, incertus erat. Verba autem, quae notant *explorare*, *tentare*, sequitur particula *si*, cf. Liv. 25, 36. 24, 1. Virg. Ecl. VI, 56. 57. Ge. III, 331. 332. Ovid. Heroid. XIX, 27. *W.* In *triremibus*, quae proprie sunt binorum ordinum, non est haerendum. Poëta simpl. pro navibus posuit. — In v. 183. *aut Caicum* debebat dicere vel Caici navem. Nunc ponit *arma Caici in puppibus celsis*; quod de aplustribus fortasse intelligendum. Verum *arma in puppibus* poëtico ornatu omnino dictum puto pro armis *navis* Caici; ut *arma navis*, seu armamenta, pro ipsa navi dicta sint ornate. Hoc verius. Nam arma in puppibus religata (cf. VIII, 92.) cum Servio intelligere vix possis, quippe quae haud facile e longinquo conspicua. *H.* Ipse Servio assentior. Nam qui *armamenta* navis e longinquo videt, *is* et *arma* religata videre potest. Vid. Val. Fl. I, 404. *at prora splendet tua cuspis ab alta, Aeacide; tantum haec aliis excelsior hastis.* et Virg. VIII, 92. *W.* 184 *Cervos* ex Homeri capreis fecit, v. sup. ad 159. Nullos tamen cervos in Africa inveniri Herodotus, Aristoteles, et Plinius post illos VIII, 33. s. 51. affirmaverunt. Firmat tamen eo ipsum Virgilius Aen. IV, 156; et Lucan. IX, 921, ut Oppianum, Philostratum taceam. Iam omnium horum levis haec tali in re auctoritas. Fortasse tamen cervi nomen latius ab iis usurpatum dicam. Sunt enim, quod historiae naturalis auctores docent, varia cervorum et capreolorum genera per Africam sparsa. Quicquid est, cervos proprie dictos nunc per eam Africae versus septentrionem citas errare, affirmat, ut *Leonem Africanum*, *de la Croix*, et alios taceam, *Shaw Travels* pag. 245. cf. inf. V, 57. — 189. 193. *Cornibus arboreis*: Ecl. VII, 30. *ramosa cornua*. *Capita alta cornibus*, vulgari ratione: *capita alta cornibus*, vel *alta cornua habentia*. Etiam *ferentes* dictum puta pro exili voce: habentes. — 191 *Miscet agens turbam*, ornate pro agit, *πλοκή*, ut promiscua fuga se ipsi invicem trudant, cum antea *longo agmine* incederent, cf. Not. ad Ge. III, 412. — 192 *septem ingentia corpora* grandius, quam *cervos*. — *victor*, ornatus poëticus. Mox *portum* non proprie, sed pro statione navium; v. sup. ad 159. — 195—197 *Deinde vina, quae* etc. In Drepani portum, qui Siciliae est, classis Troiana delata fuerat Aen. III, 707; non longe aberat *Aegesta* vel *Segesta*, quam Graeci et *Egestam* scribunt, condita ab Ae-

Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros,
Dividit, et dictis maerentia pectora mulcet:
O socii, (neque enim ignari sumus ante malorum)
O passi graviora, dabit deus his quoque finem.
Vos et Scyllaeam rabiem penitusque sonantis
Adcestis scopulos; vos et Cyclopia saxa
Experti. Revocate animos, maestumque timorem
Mittite. Forsan et haec olim meminisse iuvabit.
Per varios casus, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedes ubi fata quietas
Ostendunt; illic fas regna resurgere Troiae.

gesto Troe, quem Virgilius *Acesten* appellat, cf. V, 51. 61. Benigne fuerant ab ipso excepti, ut etiam inf. I, 558. 570.; hinc *bonus*. Idem iterum hospitio Aeneam excipit Aen. V, 36 sqq. Quod vina commendat, ut Acestae munus ξεινήϊον, id ut poëta, et Homeri imitatione facit Od. ι, 197. sqq. *Vina onerare cadis* quasi pro onere inferre, infundere cadis, pro vulgari: *cados on. vinis. H.* Hic locus fecit, ut grammaticis torquendis inventa sit quaestio ridicula, quae apud Iuvenalem VII, 236. exstat: *Quot Siculus Phrygibus vini donaverit urnas. W.*

198. 199 In prosa: O socii! satis meministis, vos graviora his, quae modo experti sumus, passos esse. Itaque spem retinete, habitura esse finem etiam haec mala, praeteritis leviora. *ante — mala*, τὰ πρὶν κακά. Horat. I Carm. 7, 30. *O fortes peioraque passi Mecum saepe viri.* Locus autem expressus ex Od. μ, 208. — 200 *Scyllaeam rabiem*, seu quoniam Scylla canibus cincta, v. sup. ad Ecl. VI, 75, de quibus *rabies* proprie dicitur; seu simpliciter, quatenus furor, saevitia, rabies mari, tempestati, procellis tribuitur. *sonantes scopuli*, fluctibus allisis, et quidem *penitus*, in interioribus adeo rupis recessibus et antris, sunt ii ipsi, quibus Scylla insidebat. v. inf. III, 555. 558. 566. *Ter scopuli clamorem inter* cava saxa *dedere*. — *accessistis* ad eos, hactenus, quod iam fretum Siculum ingressi non longe ab iis aberant, cum, dati ab Heleno oraculi memores, statim ad laevam convertunt cursum. v. loc. cit. *Cyclopia saxa*, litus Cyclopum saxosum in Sicilia, cuius rupes et antra illi incolebant in Aetnae vicinia. v. inf. III, 569. 644. 675. Accesserant (doctius dixit, *experti* erant) scilicet et ad hoc litus, et in portu escenderant, sed ab Achaemenide moniti fugiunt. — 203 *Forsan et haec o.* nobilem sententiam illustrant Cerda et alii; sed pertinet huc Euripideum, quod Macrob. VII, Sat. 2. laudat, Ὡς ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων, Latine conversum a Cic. de Fin. II, 32; et ante Euripidem Homeri locus Od. o. 398 — 400. Ingeniosa imitatione haec secutus est Statius I, Theb. 472. *Forsan et has olim venturus amor praemiserit iras, Ut meminisse iuvet.* — 204 Per hos ipsos casus, per haec *rerum discrimina*: pleonasmus poëtis frequentatus. Possunt tamen *res* pro rebus adversis, periculis, accipi, ut v. 178. *H.* Hoc fieri non poterit. Nam *discrimen rerum* vel *rerum omnium* (Cic. de Orat. I, 1. §. 5.) proprie dicitur *discrimen*, in quod res tuae adductae sunt. *W.* — 205 *sedes ubi fata quietas Ostendunt*, h. e. oracula et auguria praedicunt, promittunt. *Ostendere* egregie in primis poëtis hac in re dicitur. Idem *fas* esse dicunt ea, quae fa-

Durate, et vosmet rebus servate secundis.
Talia voce refert; curisque ingentibus aeger
Spem voltu simulat, premit altum corde dolorem.
Illi se praedae adcingunt dapibusque futuris:
Tergora deripiunt costis, et viscera nudant;
Pars in frusta secant, veribusque trementia figunt;
Litore ahena locant alii, flamınasque ministrant.
Tum victu revocant vires, fusique per herbam
Inplentur veteris Bacchi pinguisque ferinae.
Postquam exemta fames epulis, mensaeque remotae,
Amissos longo socios sermone requirunt,
Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant,
Sive extrema pati, nec iam exaudire vocatos.

tis volentibus et oraculorum monitu fiunt. — 207 *Durare* pro durare se, animum suum, poëtae primum, deinde alii scriptores, ut Tacitus. *Τλῆτε, φίλοι.* II, β, 299. cf. Cerda.

208 Aeneam magnanimum virum vides expressum. *Premit*, occultat, ut saepe. *altum* proprie, alto corde, h. e. intimo, sed docte poëta epitheton transfert ad *dolorem*, qui eo ipso fit intimus et altus dolor. *H.* Epitheton *altum* non repetendum ab actu *premendi*, sed per *se altus dolor* est is, qui penitus insedit, ingens, gravis. Tacit. Ann. XVI, 29. *altus pavor.* Difficilius est *altum* dolorem abscondere, quam dolorem occultare *alto* animo. Cf. Val. Fl. I, 733. *talesque prementem corde metus. W.* — 211 Il. α, 459. sqq., ubi ἔδειραν; hic ornatius. corium detrahunt artubus. *viscera*, quidquid sub corio est, h. e. carnes. — 212 Totus ex: *Μίστυλλόν τ' ἄρα τἆλλα, καὶ ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν* ibid. 465. *trementia*, adhuc palpitantia, ut et Serv. Non equidem suavem in hoc epitheto imaginem sensui obiici dixerim. *H.* Cupiditatem edendi et festinationem significare voluit epitheto. Alia est ratio loci Aen. III, 627. *Quum — tepidi tremerent sub dentibus artus. W.* — 213 *Ahena locant.* quorsum? certe non ad elixandas carnes, quibus heroica tempora plane non intebantur, ut notum est. Et *torreri* carnes in antec. versu significatur. Igitur his ahenis aquam calefaciunt, cf. Aen. VI, 218. 219., ut se lavent ante epulas, ex more. — *Flammas ministrant*, ornate, ut omnia in h. l., pro *subiiciunt ahenis ignem.* — 215 Satiant se et carne ferina et vino. Iam excute ornamenta verborum. — 216 Hoc est Homericum: *Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο.* cf. inf. VIII, 184. *mensae remotae* noto vetere more, quo mensa cum epulis convivae apponebatur et auferebatur. At h. l. fusi per herbam epulantur. Itaque improprie dictum. — 217 *Longo sermone*, non tam qualis post coenam esse solet, quam potius multis cum querelis. Vulgari oratione: multa de sociis amissis inter se conqueruntur. *Amissa sociorum parte dolentes Multaque conquesti*, Ov. Met. XIV, 242. — *requirunt socios*, declarant desiderium amissorum sociorum, conqueruntur eos sibi ereptos, *Μνησάμενοι δὴ ἔπειτα, φίλους ἕλικίων ἑταίρους*, Od. β, 309. — 219 H. e. sive iam esse mortuos. *Extrema pati* proprie dicuntur, qui crudeli supplicio affecti animam efflant, h. l. simpliciter, qui moriuntur morte violenta, fluctibus submersi; *nec iam*

Praecipue pius Aeneas, nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit et crudelia secum
Fata Lyci, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Et iam finis erat; quum Iuppiter aethere summo
Despiciens mare velivolum terrasque iacentis,
Litoraque et latos populos, sic vertice coeli
Constitit, et Libyae defixit lumina regnis.
Atque illum, talis iactantem pectore curas
Tristior et lacrimis oculos suffusa nitentis

exaudire vocatos, h. e. esse mortuos, quos invocari ab amicis et conclamari notus mos erat, cf. inf. III, 67: VI, 506. Odyss. IX, 65. Ad prosaicam sane subtilitatem: an extrema eos *passos esse* credant, et iam conclamatos? Sed in poëta illa non requiritur. *H.* Diversos mores passim confusos videas, alterum, solemnibus sepulcralibus peractis, *acclamandi*, *Have*, *vale*, Aen. III, 67. IV, 506., alterum *conclamandi*, si qui morerentur vel mortui essent; vid. interpretes ad Terent Eun. II, 5, 56. Posterior hic intelligendus. Nam *Manes*, qui invocabantur, *audientes* fingebantur. *W.*

223 *Et iam finis erat, quum*: pro vulgari: postquam haec finita erant, quibus factis, Iupiter prospexit etc. (Rationem dicendi imitatus est Val. Fl. I, 550. *Et iam finis erat.* Modum autem sequentis per particulam *quum* annectendi nec exquisitum nec vulgarem, sed proprium dixeris. Cf. Aen. IV, 5 — 8. Liv. 25, 37. Tac. Histor. I, 29. *W.*) Qui sequitur locus, e praestantioribus est habendus. cum poëta hoc ipso et miraculum addat hospitio Aeneae apud Didonem, et, quod multo maius, Romanorum animos in carminis statim aditu in Aeneam et totam adeo carminis fabulam advertat. Lineas primas huius narrationis videas in Od. ν, 5. eqq., ubi Minerva apud Iovem, ut iam Odyss. α, 44. fecerat, de intercepto Ulyssis reditu conqueritur; mittitur tum quoque Mercurius. — In versu. 225 — 227. plura Homeri loca ante oculos habuit: in primis Il. ψ, pr. et Θ, 51. 52. *mare velivolum*, exquisite, in quo vela volant, cum proprie naves sint *velivolae*. *terras iacentes*, praeclare, respectu quidem Iovis ex alto prospicientis, porrectae sub ipso et late patentes; quamquam *terrae iacentes*, *gentes iacentes* et alibi ap. poëtas occurrunt pro simplici *positae*; similiter *lati populi* sunt dicti. *sic*, οὕτως, non est temere vel frustra — nam *defixit lumina* — sed sic, *ut erat*, prospiciens terras, in vertice Olympi *constitit et defixit*, pro simplici *defixit*, *oculos regnis Libyae*, in litore Africae, ad quod Aeneas naves subduxerat. *H.* In arce coeli constitutus Iupiter in terras despicit, cf. X, 3. et Val. Fl. I, 498. *Siderea tunc arce pater* cet. — *Sic* post participium (*despiciens*) interpositum more Graecorum, Plat. Phaed. c. 5. p. 9. (Σωκράτης) *καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο*. *W.* Notabili autem orationis brevitate, Iovem cogitabundum stetisse, declarat poëta, et *curas*, cogitationes et consilia, de parando Troianis apud Poenos hospitio (inf. 297) agitasse. Itaque respectu vocis *sic* subiicit: *tales curas iactantem*, h. e. cum hunc in modum oculis animoque in Aeneae fatis esset defixus. — 228 Observa artem poëtae. Ut miserationem faciat Venus, *tristis*, *flens* et *pulchra*, inducitur. *M.* *Suffundi lacrimis oculos* et

Adloquitur Venus: O qui res hominumque deumque
Aeternis regis imperiis, et fulmine terres,
Quid meus Aeneas in te conmittere tantum,
Quid Troes potuere, quibus, tot funera passis,
Cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis?
Certe hinc Romanos olim, volventibus annis,
Hinc fore ductores, revocato a sanguine Teucri,
Qui mare, qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus. Quae te, genitor, sententia vertit?

suffundi rubore ora (Ovid. Met. I, 484) legitimae sunt poëtarum constructiones. Utramque, omissis accusativis *oculos et ora*, idque proprie usurpavit Plinius Paneg. c. 2. l. *Ad quas ille voces lacrimis etiam ac multo pudore suffunditur. W.*

229 Macrob. VI, Sat. 2. *In principio Aeneidos tempestas describitur, et Venus apud Iovem queritur de periculis filii, et Iupiter eam de futurorum prosperitate solatur. Hic locus totus a Naevio sumtus est ex primo libro belli Punici. illic enim aequr Venus, Troianis tempestate laborantibus, cum Iove queritur; et sequuntur verba Iovis filiam consolantis spe futurorum.* Comparari potest etiam Minervae et Iovis super Ulysse altercatio Od. α, 44. sqq. et melius Thetidis alloquium Iovis Il. α, 497. sqq. — 230 *Et fulmine terres* possit otiosum videri post illa: *qui res — imperiis*, sed *fulmen* insigne summi imperii; gravius autem *fulmine terres*, quam *fulmen geris, iacis.* — 231 Manifesta adumbratio versuum ex Il. δ, 31. *Δαιμονίη*, Iupiter ait ad Iunonem, *τί νύ σε Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες Τόσσα κακὰ ῥέζουσιν, ὅτ' ἀσπερχὴς μενεαίνεις* etc.; ipsa autem orationis forma ex Od. α, 44. sqq. expressa, ubi Minerva apud Iovem de Ulyssis aerumnis conqueritur: et v. 62. *τί νύ οἱ τόσον ὠδύσαο, Ζεῦ.* tum Iupiter simili modo atque hic respondet. — 232 *Quibus fat* — agnosce poëticam orationem — pro quid potuere committere, ut iis — clauderetur? *tot funera*, h. e. tot clades et calamitates. *ob Italiam*, propter Italiae aditum, ne ad Italiam accedant, in toto terrarum orbe nullus considendi locus iis relinquitur; nam septem iam annos omnibus terris et maribus erraverant, ut Aen. I, extr. cf. X, 44. — 234 *Hinc*, ab his Troianis, *fore*, orituros esse, *a sanguine Teucri revocato*, a stirpe Teucri instaurata per novam progeniem, (cf. sup. I, 19. sqq.) *Romanos — ductores*, populum regnatorem, *qui mare — tenerent. Volventibus annis* sc. *se*; nota poëtica ratio, quoniam annus in orbem redit: *περιπλομένων ἐνιαυτῶν.* — 236 *Omni ditione*, Serv. omni potestate, pace, legibus, bello. Praestat dicere, *omnem dit.* esse summam potestatem. Aen. X, 53. *magna ditione — Carthago premat Ausonium. H. pollicitus* pro pollicitus es. Secundam personam copulae in enuntiatione plena omittere ausi sunt Latini. Iuven. XIV, 274. *Tu propter mille talenta et centum villas temerarius.* cf. Ecl. V. VIII, 48. 50. Ovid. Her. X, 115. Horat. Ep. I, 3, 35 Od. II, 3, 24. Male igitur vir doctus horridam compositionem Lucretii *pollicitus* obtrudere voluit Maroni. *W.* — 237 *Quae te sententia vertit* exquisite, quod novum consilium vertit te, mutavit animum tuum? Vulgari ratione: *vertitur sententia*, animus,

Hoc equidem occasum Troiae tristisque ruinas
Solabar, fatis contraria fata rependens:
Nunc eadem fortuna viros, tot casibus actos,
Insequitur. Quem das finem, rex magne, laborum?
Antenor potuit, mediis elapsus Achivis,
Illyricos penetrare sinus atque intima tutus
Regna Liburnorum, et fontem superare Timavi,
Unde per ora novem vasto cum murmure montis
It mare proruptum, et pelago premit arva sonanti.
Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit

consilium. *H.* *te* h. e. animum tuum, cf. 260. nam ubi de mente sermo est, *te* et *animum* eodem significatu poni docuit Cicero Tusc. I, §. 52. *Cum nosce te dicit, hoc dicit*, nosce animum tuum — *sententia* autem nova *animum vertit*, ad alia molienda et perficienda impellit, quam quae antea placuerunt. Vid. Aen. IV, 595. *Quae mentem insania mutat? W.* Mox — 238 *occasum Troiae solabar* etiam exquisite, ut fere semper poëtae. Proprie solamur animum, tum dolorem, tum mala et malorum caussas: h. solando minuimus, tollimus. conf. Georg. I, 293. et IV, 464. — 239 *fatis contraria fata rependens*, etiam hoc docte: *rependens*, compensans, *fata contraria*, Troianorum calamitates, *fatis*, sc. aliis, iisque melioribus, novo Italiae regno, h. e. sperans, fortunam Troianorum futuram esse tanto laetiorem. Plane aliter *contraria fata* dicuntur Aen. VII, 293. — 241 *das* pro facis, constituis. Sed etiam in hoc poëtica ratio alterum postulabat.

242 — 249 Antenor, et ipse Troia profugus, nactus es novas sedes, condito Patavio; cur Aeneas non simili fortuna potitur? Livius I, 1. — *casibus deinde variis Antenora* (et ipsum Troia profugum) — *venisse in intimum maris Adriatici sinum.* Hic sinus poëtae doctius *Illyrici sinus;* namque [illegible] Adriatici sinus parti Illyricum praetenditur; idem *intima regna Liburnorum;* nam versus interiores recessus Liburni, Illyrici populus, tum Istri, hinc Veneti et Euganei. Successerant autem Veneti in Euganeorum sedes. Quod vero *tutus*, incolumis, dicitur, hoc ad errorum discrimina spectat. — Denique etiam, poëtarum more, qui a finitimis locis multa designant, (scilicet ut ornatum inde et novarum rerum notionibus suavitatem versibus suis quaerant) *Timavum*, quamquam paullo remotiorem fluvium, sed notiorem et veterum fortasse poëtarum usu frequentatum, ad situm eundem declarandum commemorat. *Fontem Timavi*, h. e. Timavum, *superat*, quatenus classe litora legens (neque enim aliter, nisi cursu propius ad Illyricum litus servato, mare Adriaticum tuto navigari potest; cf. Liv. X, 2) praetervectus erat sinum Tergestinum, in quem Timavus immittitur; de quo eiusque *oribus novem* vid. Not. ad Ecl. VIII, 6. Ex iis prorumpit aqua magno cum fragore, *vasto cum murmure montis;* statimque in unum flumen collecta maris speciem refert, late agros inundantis: *It mare proruptum, et p. p. H. proruptum*, quod cum vi erupit. *W.* — *Hic tamen* refer ad Illyricos sinus; in his oris litoris Adriatici, et quidem, cum ad intimos sinus recessus penetrasset, inter Euganeos, qui tum haec loca

Teucrorum, et genti nomen dedit, armaque fixit
Troia; nunc placida compostus pace quiescit:
Nos, tua progenies, coeli quibus adnuis arcem,
Navibus infandum! amissis, unius ob iram
Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris.
Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis?
Olli subridens hominum sator atque deorum
Voltu, quo coelum tempestatesque serenat,

tenebant, Patavium ille condidit, et *genti nomen dedit*; at quale? dicunt *Antenoridarum*; apud poëtas utique; non vero vulgare nomen: sed *Venetorum* nomen, quod vulgo veteres ab *Henetis* Paphlagoniae, quos Antenori viae socios fuisse aiunt, ductum esse volunt. — *armaque fixit Troia*, pace sc. et tranquillo otio parto; quod suavi rerum imagine reddidit, petita illa ab iis, qui, militia missi, arma suspendebant et figebant. (cf. Aen. IV, 495. *arma fixa thalamo. W.*) — *Nunc placida compostus pace quiescit.* Pro simplici *quiescit* dixit *compositus quiescit.* Sane *componi* absolute mortui dicuntur, et iidem *quiescere.* At Veneris consilio, quo hoc exemplum affert, non conveniret, Antenoris *mortem placidam* laudare. Sed dicendum, poëtam h. l. *compositum* novo exemplo usurpasse, ut sensum intenderet, tranquilla vita frui Antenorem, ut *se componere* dicuntur ii, qui se quieti dant ac somno. Nec *pax* mortuis tribuitur.

250 Magno cum artificio se ipsam facit unam ex Troianis, qui iniuriam tulerint: *Nos, tua progenies, quibus annuis arcem coeli*, h. e. coelum, promittis Aeneam post mortem inter Deos iri relatum; cf. mox v. 259. Callide et invidiose illa: *unius* ob iram, sc. Iunonis, et *navibus amissis*, pro navium parte, et *prodimur*, per fraudes perdimur, per insidias Iunonis calamitatibus vexamur. *H.* Non sine arte Venerem, animo materno Aeneam fovantem, illius miserias, veluti eas ipsa experta sit, deplorantem facit. Eadem ratione Sol Aeetae filii causam agit apud Val. Fl. I, 513. *horrida arva strictosque insedimus amnes.* cf. Soph. Ai. 269. *W.* — 253 *Pietatis*, qua Aeneas insignis; at ipse suam personam interponens: haec pietatis praemia (*honos*)? *in sceptra*, in promissum Italiae regnum, cum Troiano exciderit, *reponis*, pro vulgari: restituis? *H.* Ovid. Met. II, 280. *hunc fertilitatis honorem refers? W.*

254 — 296 Sequitur nobilissimus locus, in quo sub vaticinii specie, arte non improbabili, explicantur origines Romae, incrementa splendorque imperii Augusti. 254 — 256 Aliter haec Virgilius adornavit, quam Homerus sua, cum Thetidi annuentem facit Iovem Il. α, 517. sqq., in quibus Iovis maiestas augustior. At hic placidi, *μειλιχίου*, Iovis suavis imago. In singulis tamen observa decorem. Vs. 254. secundum Ennium: *Olli respondet rex Albai longai* et alia. *subridens*, *μειδιόων*. Compara similia XII, 829. In v. 255 Ennium ante oculos fuisse notat Servius: *Iupiter hoc risit: tempestatesque serenae Riserunt omnes risu Iovis omnipotentis.* Sed Ennius, ut ut oratio horrida est, multo vividius rem expressit: *Ridet Iupiter*; *et tempestates arrident. H.* Ad *coelum* et *tempestatem* diversa verbi *serenare* requiritur significatio. Similia zeugmatis genera vid. I, 555. Ovid. Met. II, 312. et apud

Oscula libavit natae; dehinc talia fatur:
Parce metu, Cytherea; manent immota tuorum
Fata tibi; cernes urbem et promissa Lavini
Moenia, sublimemque feres ad sidera coeli
Magnanimum Aenean; neque me sententia vertit.
Hic (tibi fabor enim, quando haec te cura remordet,
Longius et volvens fatorum arcana movebo)
Bellum ingens geret Italia, populosque ferocis
Contundet; moresque viris et moenia ponet,
Tertia dum Latio regnantem viderit aestas,
Ternaque transierint Rutulis hiberna subactis.
At puer Ascanius, cui nunc cognomen Iulo

Tib. III, 3, 21. *W.* — *Oscula libare* si pro *dare osculum* accipies, poëticae dictionis genio et carminis dignitati consules. *libare oscula*, (ut XII, 434. *Summaque per galeam delibans oscula*) libando, leviter attingendo, sumere, summo ore carpere; ut in illis: *amnem, fluvium libare. Natae* cum energia adiectum, licet *elli* antecesserit, ut revocetur in animum persona, de qua agitur. Ita semper fere Homerus: τῷ δ' — Ἕκτορι et al. — *Parce metui*, parce metuere, noli — φείδεο τοῦ φοβεῖσθαι. *Cernes urbem*; sentis, quam ἐνεργῶς sit expressum. Mox *manent* pro exili *sunt immota*. cf. VII, 314. — 259 Propter v. 250. *coeli quibus annuis arcem*. Bene addidit *feres*, ut gratius esset, quod per ipsam fieret, ut monet Servius. Recipietur utique olim Aeneas inter deos, Aen. XII, 794. *Indigetem Aenean, scio ipsa, et scire fateris, Deberi coelo, fatisque ad sidera tolli.* Utrumque ex Ennio I. Annal. *Unus erit, quem tu tolles ad caerula coeli Templa.* — 260 *neque me sententia vertit:* ad v. 237. *quae te, genitor, sententia vertit.* Ceterum *magnanimus*, ut semel moneamus, male de generosa animi indole accipiunt; est *fortis animosus*, ex μεγάθυμος, μεγαλήτωρ, quae omnia ad bellicam virtutem referenda. — 262 Quandoquidem haec cura te mordet, cruciat, rem tibi exponam, et fata altius repetam. Usum verbi *movere* exemplis bene declaravit Bentlei. ad Horat. III, Carm. 7, 20. Ratio haec est, quod, quae proferimus, promimus, manifesta facimus, declaramus, proprie *movere* dici possumus. *longius volvens*, evolvens, repetens. *Italia*, in Italia, more Graecorum adoptato a Virgilio, et hinc ab aliis. *populos feroces contundet*: videa proelia cum Rutulis et Etruscis per victoriam declarari. *H.* Cf. Liv. 27, 12. *adhortatus milites* (Hannibal), *ut, memores Trasimeni Cannarumque, contunderent ferociam hostis. W.* — 264 — 266 *moresque viris et moenia ponet*, urbem condet Lavinium, et novum imperium fundabit legibus (*mores ponet*) per illud triennium, quo regnum tenebit. Haec ornata *Tertia dum*, h. e. *donec. terna hiberna*, pro hibernorum (malim hiberuis. *W.*) temporibus, h. e. tres hiemes, *Rutulis subactis*, Turno victo ac caeso. *H. Rutulis subactis*, casu tertio pro *post* Rutulos subactos; quae in tempore notando elegans structura est apud Demosth. in Mid. μαρτυροῦμεν ἤδη τῇ κρίσει ἐκείνῃ διαγεγονότα ἔτη ὀκτώ c. 24. p. 44. ex editione Spaldingii, qui ea male offensus est *ibi* structura. Add. Thucyd. I, 3. med. *W.* — Mox —

Additur, (Ilus erat, dum res stetit Ilia regno)
Triginta magnos volvendis mensibus orbis
Imperio explebit, regnumque ab sede Lavini
Transferet, et longam multa vi muniet Albam.
Hic iam ter centum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea, donec regina sacerdos,
Marte gravis geminam partu dabit Ilia prolem.
Inde lupae fulvo nutricis tegmine laetus
Romulus excipiet gentem, et Mavortia condet

v. 268 suspectae fidei habendus, *dum res stetit Ilia regno*, dum regnum Troianum fuit incolume. *regno*, sub regibus. *H.* Vide an Latinitatem *res stetit regno* defendas ex Liv. I, 5. *Tutela muliebri res Latina — stetit.* Tac. Ann. I, 9. *W.* — 269 — 271 Trigesimo regni anno Ascanius Albam Longam condidisse, sedemque regni a Lavinio in novam urbem transtulisse traditur. Quem si verbis sensum inesse voluit, antique locutus est poëta pro: Ascanius XXX annos imperio explebit, *cum* regnum transferet. Si tamen ad communem grammaticam rationem verba accipis, nihil definit poëta, sed Ascanium XXX annos esse regnaturum, et in hoc regni tempore urbem novam conditurum ait. Sed prius cum poëtae rationibus convenit; conf. inf. VIII, 42. 47. 48. *orbes*, annos, *magnos*, longos, ut alibi, epitheto ex natura anni depromto, quatenus plurium mensium spatia comprehendit. Argutatur Macrob. in Somn. Scip. II, 11. et Serv. cum aliis interpretibus in h. v. In Ecl. IV, 12. *magni menses* vim habere possunt e reliqua oratione, ut *magnus annus, magni dies*, quia multis partibus constant, multa numero comprehendunt. *volvendis mensibus*, qui volvuntur, volvunt se. *muniet* exquisitius quam *exstruet. multa vi*, magnis opibus, magno hominum rerumque apparatu. — 272 Per CCC annos reges e Troiana stirpe Albae Longae esse regnaturos ait ad Romulum usque. *Gens Hectorea* est Troiana simpl., ut V, 190. *Hectorei socii*. Ex Troiana saltem stirpe, si non omnes ex Aeneae prosapia, oriundi fuerunt reges, qui Albae Longae imperarunt, quamquam illa non modo Troianis, sed etiam Latinos Aborigines habuit incolas. *regnabitur sub gente Hectorea*, regnum tenebitur a regibus Troianae stirpis, XII, 826. *Sit Latium; sint Albani per cana cula reges* etc. (Si quid video, h. l. improprie locutus est Maro. Namque non agitur de Troianis vel Romanis, qui *gens Hectorea* appellantur, sed de domo regnatrice, ab *Aenea* oriunda. *W.*) — 274 *Ilia* poëtis dicta, ab Ilio, quasi Troiana stirpe oriunda, Rhea Silvia, *sacerdos*, Virgo Vestalis, *regina*, h. e. regio sanguine orta, ut βασίλισσα, *Marte gravis*, e Marte gravida, gemellos uno partu edet. — 275 — 277 Romulus Romam condet. Quam ornate et splendide hoc poëta extulit! Ut *lupam nutricem* attingeret, Romulum, antiquorum heroum more, pro casside lupae exuvias seu lupinam pellem gessisse narrat. *Et galea hirsuta comta lupina coma* Propert. IV, 10, 20. de Romulo. *laetus tegmine* pro ornatus, aut, qui habet. *tegmen lupae* pro exuviis lupae. *Romulus excipiet gentem*, imperium gentis Hectoreae, s. Troianae; succedet in regno Albano Romulus. *H. excipiet* h. e. accipiet regendam *gentem* Trcianam, non Albae, ubi non regnavit, sed Ro-

ıia, Romanosque suo de nomine dicet.
'go nec metas rerum nec tempora pono;
'rium sine fine dedi. Quin aspera Iuno,
ɔ mare nunc terrasque metu coelumque fatigat, 280
ilia in melius referet, mecumque fovebit
anos, rerum dominos, gentemque togatam.
lacitum. Veniet lustris labentibus aetas,
n domus Assaraci Phthiam clarasque Mycenas
itio premet, ac victis dominabitur Argis. 285

quam condidit. Commode adiecta verba *et Mavortia moenia*. *W.* Sunt haec omaticiniorum et oracalorum per ambages ac pleniore ɔposita, quam in oratione ıd filiam expectari poterat. *ia Mavortia*, Roma a Maro condita; ut saepe al. — 279 *Rerum metas*, h. e. ter- *imperii. sine fine; aeterna* ut in numis et monumenpoëtis haec innumeris in ɔrnata et variata. — 280. 1. 2. Iuno aliquando studio Rum tenebitur. Fuit enim Iove et Minerva rerum Roum tutela. *Iuno fatigat me*e. terroribus, *mare, terras*, *n*. Verearis fortasse, ne turvideatur oratio; sed subest ıtia: Iunonem omnia nunc re, ut Troianos perdat. Inf. oo. *Proinde omnia magno ɔssa turbare metu*. ut VII, *Absumtae in Teucros vires ue marisque*. Denique *fati*ut *exercere*, est vexare. cf. II, 94. - 281 Iunonem, aniıutato in meliorem partem, ; *βέλτιον*, iam consulentem CI, 426. *Multa dies — Re*(mutavit) *in melius*) Romaɔ placatam ex Horatio remi·is Carm. III, 3, 17. *Gralocuta consiliantibus Iunone* etc. *H.* Subest verbo *refer*ıtio, a recta via declinasse ıem. Cf. Ann. Tac. I. 33. f. *um in bonum vertere*. *W.* — ıugusto usurpatum hunc verex Sueton. Octav. 40, notum. Versus dignitatem in prima parte facile percipias; at post *Romanos rerum dominos* annon languet *gentemque togatam*, h. e. a vestimenti genere designatam? Quis nunc simile quid ferret in Gallis, Anglis, designandis? — Scilicet Romanos *belli pacisque artibus claros* memorat poëta? *Romanos, rerum dominos*, h. e. orbis terrarum imperatores; an hoc sine armis? sine bellica virtute? Iam *gentemque togatam* intelligas spectare ad togae, h. e. pacis artes ac virtutes. Et cogitandum, maiorem dignitatem in toga olim fuisse, quam nunc in ullo vestimenti genere. *Sic placitum*, ita ego constitui, decrevi. (Sic a fato constitutum. *W.*) — 283 — 285 Splendide Romanorum bella cum Graecia et Achaiam in provinciam pop. Rom. redactam designat. *lustris*, doctius quam annis. *domus Assaraci*, Romani a Troianis oriundi, inter quos Assaracus, Trois filius, ex Aenea fuit maioribus. v. Apollod. III, 12, 2. et Not. *H.* Proprie haec dicta. *Assaracus* est pronepos Aeneae. Adeas inprimis Homer. Il. XX, 230 — 241. *W.* Graecia praeclare per *Phthiam*, utpote Achillis patriam, et *Mycenas*, Agamemnonis sedem, declarata nec non per *Argos*, quos tum Diomedes tenebat (Il. β, 559 sqq.); erat tamen haec urbs tantae tum dignitatis, ut apud Homerum tota Graecia per *Argos*, et totus exercitus *Argivorum* nomine insigniretur. Inf. VI, 839. *Eruet illa*

Nascetur pulcra Troianus origine Caesar,
Imperium oceano, famam qui terminet astris,
Iulius, a magno demissum nomen Iulo.
Hunc tu olim coelo, spoliis orientis onustum,
Accipies secura; vocabitur hic quoque votis.
Aspera tum positis mitescent saecula bellis;
Cana Fides et Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt; dirae ferro et conpagibus artis
Claudentur Belli portae; Furor impius intus,
Saeva sedens super arma, et centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
Haec ait, et Maia genitum demittit ab alto,

Argos, Agamemnoniasque Mycenas. Gravissima vocabula et ista: *Servitio premet — dominabitur.* — 286 sqq. Ad Augustum referas haud dubie, de quo similia ubique obvia; v. verba *spol. Or. em.*, Impr. Aen. VI. 793. sq. Is vocatus *Iulius Caesar*, iure adoptionis; *nomen Iulii* autem cum esset *demissum* (de qua voce vid. Ge. III, 35. *W.*) *a magno* Iulo (claro Albae conditore *W.*) h. e. nomen, quod ad eum, adoptione in gentem *Iuliam* assumtum, venit, *Troianus* inde appellatur. *H. imperium oc. term.* h. e. totum orbem terrarum subigat. *W. pulchra origine*, simpl. clara. Non ad Venerem respici posse puto, per sermonis usum. — 289 *spoliis Orientis.* haec illa perpetua poëtarum (Horat. Sat. II, 5, 65. *W.*), in primisque Virgilii de Augusti in Parthos expeditione vaticinatio, v. Georg. II, 270; neque in unum certum annum ea cogere necesse est; quin adeo ante signa a Parthis reddita poëticus ingenii fervor haec ita recte efferre potuit. *secura*, nemine intercedente, Iunone placata. *Vocabitur votis*, praeclare honores divinos habendos Augusto ostendit, ut Ge. I, 42. — 291 Ad Ianum clausum V. C. 725, et pacem per terrarum orbem restitutam recte refertur. Nec tamen hinc probare aliquis suscipiat, hoc ipso anno primum Aeneidis librum esse scriptum. *saecula aspera mitescent*, tu illud erit pacatum, finitis b Tribuitur tempori, quod b num est. — Quae sequunt 292 — 296 magnifice exp sunt; fidem ait, religion s pa et concordiam, extinctis b et discordiis, remp. esse to returas. *Fides cana*, prisca, qua, qualis maiorum fuit. patria eaque antiquissima reli ne Romanis culta. Cum his *mulus* et *Remus iura dab* imperio Romano praecerunt, Romanam tuebuntur; redibit ad pristinam illam tempo sanctitatem et integritatem, erat ante parricidium Remi a mulo commissum. *Bellum*, Πόλεμος, h. l. dei personam tinet: ut ap. Plin. XXXV, 16. *Belli portae*; respicit templum, cf. Aen. VII, 607. quod, pace restituta, clau quasi pro carcere et custodia li, quod *Furor* declarat, esse detur. Reliqua vss. 294. 295. praeclara ad terrorem a imor *H.* Virgilius, ut rem variaret, rorem cum Bello Iani templo clusit. *Furor* enim inter Ma comites apud Stat. Thebaid. 424. Apud eundem VII, 52 regia Martis habitat Furor. A

297 — 304 Observa, quam s cincta in sqq. narratio sit. B autem deorum ministerium in ponitur in hospitio Troianis rando. — *H. demittit*, *ut*

Ut terrae, utque novae pateant Carthaginis arces
Hospitio Teucris, ne fati nescia Dido
Finibus arceret. Volat ille per aëra magnum
Remigio alarum, ac Libyae citus adstitit oris.
Et iam iussa facit; ponuntque ferocia Poeni
Corda, volente deo; in primis regina quietum
Accipit in Teucros animum mentemque benignam.
At pius Aeneas, per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data est, exire, locosque
Explorare novos, quas vento accesserit oras,
Qui teneant — nam inculta videt — hominesne, feraene,
Quaerere constituit, sociisque exacta referre.
Classem in convexo nemorum, sub rupe cavata
Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris
Occulit: ipse uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obvia silva,

— *ne arceret*, consecutio temporum variata. Nam *praesens historicum* et praesentis et imperfecti coniunctivus excipere potest. *W.* 299 *Fati*, quo Troianis Italia erat petenda; quod ignorans Dido, ne advenae in his terroribus sedem figere vellent, veretur, eosque ab escensu in terram prohibere poterat. cf. 527. Lox *remigio alarum* ornate. Alae navium cum navium remis comparari solent. — 302 Ponunt ferocia animos; mites et placidos animos accipiunt, ne, advenarum inaspectu exterriti, armis eos prosequerentur. — *quietum animum*, ἤμερον, pro placidum, propitium, ἥμερη.

305 Paratur nunc Aeneae ad Carthaginem accessus, cui Venus mater intervenit. *Per noctem plurima volvens*, οὐκ Ἀτρείδην — Τυδέος ἔγχε γλυκεροῦς, πολλὰ φρεσὶν ὀρμαίνοντα, Il. α, 5. *H. volvens*, qui volvit vel volverat. Est participium praesentis historici. Insolentior est usus participii *cadentem* apud Val. Fl. I, 655. h. e. qui ceciderat. *W. lux alma*, grata, iucunda, cf. Not. ad Ecl. VIII, 17. — 307 Explorat loca nova, et quidem, ad quas oras accesserit, venti vi, tempestate, appulsus. cf. 333. VII, 131. — *exacta*, explorata (qua significatione rarius haec vox usurpatur. *W.*) *referre*. — 308 Color ductus ex Odyss. ξ, 119. sqq., ubi Ulysses in Phaeacum insula experrectus; et multo magis ex Odyss. κ, 144. sqq., ubi Ulysses ad Aeaeam insulam appulsus est. — 310 Classem occultat sub convexa rupe nemoribus consita 162 — 165. — *horrentibus umbris*, v. ad X, 237. cf. I, 165. — 313 *Crispans* exquisitius quam vibrans, habens. (Similiter dicitur *coruscare* VIII, 661. *duo quisque Alpina coruscant Gaesa manu*. Add. *quassans* Ecl. X, 25. *W.*) Binas hastas gerere, mos fere heroum et apud poëtas, cf. XII, 165, et apud artifices. *Achates* Aeneae comes datus, ut ap. Homerum θεράποντες heroum et ἑταῖροι, Idomenei Meriones, Diomedis Sthenelus, Achillis Patroclus, sicque alii.

314 Antequam silvam litoris egreditur, *sese tulit*, incessit, facta est *obvia* (cf. inf. 503), occurrit ei Venus, puellae venatricis

Virginis os habitumque gerens, et virginis arma
Spartanae, vel qualis equos Threissa fatigat
Harpalyce, volucremque fuga praevertitur Eurum.
Namque humeris de more habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatque comam diffundere ventis,
Nuda genu, nodoque sinus conlecta fluentis.
Ac prior, Heus, inquit, iuvenes, monstrate, mearum

habitu et armis. Habuit, quem imitaretur, Homerum Odyss. η, 19. sqq. et ν, 221. sqq., ubi Minerva altero loco puellae, aqualem gestanti, in altero, pastori assimilata, Ulyssi obvia et viae dux fit. Sed non infeliciter rem variavit Virgilius. — 316 Veste succincta erat, coma soluta, et arcum cum sagittis habebat, puellae Spartanae vel Thressae more. Hoc structurae forma variavit. De Spartanarum puellarum exercitatione palaestrica, quam huc vocant interpretes, nota res. Enimvero tum *nudae* erant, ut tot loca docere possunt. Neque tamen hic de gymnico certamine, verum de inculatione agitur; in ea autem communem potius puellarum Lacaenarum habitum exhibere debebat poëta, cum brevibus tunicis, iisque ad femur usque dissutis, uterentur, ut nudum femur in incessu appareret, unde φανομηρίδες Spartanae puellae. Hic tamen, idque observatione dignum, ab eo potissimum Spartana virgo designatur, quod arcum cum sagittis gerit. Probabile itaque fit, puellas Spartanas, e poëtae saltem iudicio, venationi operam dedisse, saltem sagittandi arti vacasse. *Harpalyces* in vetustis fabulis notum nomen. Alia est ab Iphiclo spreta, a qua cantilena *Harpalyce* dicta, ut ex Aristoxeni ὑπομνήμασι narrat Athenaeus XIV, 3, p. 619. F. Alia Clymeni filia, de qua ex Euphorione Parthenius Erotic. c. 13. Hic tertia, paullo illa notior ceteris, Harpalyci, Amymnaeorum (ita legendum; sic Amymnos Epiri memorat Steph. Byz.) Thraciae regis, filia, quae in silvis educta venatibus et cursibus sese duraverat. De ea v. h. l. Serv. et Hygin. f. 193. 3—16. *vel* (talis virginis) *qualis equos fatigat*, equo insidet. — 317 *Eurus*. Hanc coniecturam exemplo Brunckii aliorumque recepi. Comparatio celeritatis cum ventis obvia et accommodata, cf. VII, 807. *cursuque pedum praevertere ventos*, et Ge. III, 193. sqq. In fluvium *Hebrum*, quae est codicum omnium lectio, nec cadit *volucer*, et fluit ille lenis et placidus. Adde, quod permutantur crebro vocabula *Eurus* et *Hebrus H. fat. praev.* pro fatigavit et praeversa est, cf. Tibull. II, 4, 55. *W. fuga* pro cursu. — 318 *De more*, qui venantium mos esse solet. Vulgaris est oratio: *more venatricis*. — *habilem arcum*, ἀραρότα, cf. inf. IX, 365, qui facile haberi, tractari, potest; h. l. levis, ut Valer. Fl. III, 523. *levis omnibus arcus*: I, 109. *Tela puer facilesque humeris gaudentibus arcus Gestat Hylas*. Sane alias *habile telum* potest et de magno gravique dici, si scilicet is, qui gerit, sit robustior, v. c. de Aeneae clypeo Aen. XII, 432. cf. ad Tibull. I, 9, 7; et Burm. ad Ovid II, Met. 531. — *dederat ventis comam diffundere*, δῶκεν ἀνέμοις φέρεσθαι, pro vulgari; diffundendam, comam solutam habebat. *H.* Ita Daphne venatrix comis solutis apud Ovid. Met. I, 529. *W.* Amplificavit haec, ut solet, Claudianus de R. P. lib. II, 30. sqq. — 320 *Nuda genu*, succincta, ut venatrix; v. ad Callim. in Dian. v. 11. et ad Oppian. I, Cyneg. 97. *Sinum tunicae collegerat nodo*; possis intelligere

distis si quam hic errantem forte sororum,
bcinctam pharetra et maculosae tegmine lyncis,
t spumantis apri cursum clamore prementem.
Sic Venus; et Veneris contra sic filius orsus:
lla tuarum audita mihi neque visa sororum,
quam te memorem? virgo; namque haud tibi voltus
rtalis, nec vox hominem sonat. O dea certe,
Phoebi soror? An Nympharum sanguinis una?
felix, nostrumque leves, quaecunque, laborem,
quo sub coelo tandem, quibus orbis in oris
temur, doceas; ignari hominumque locorumque
ramus, vento huc et vastis fluctibus acti.
lta tibi ante aras nostra cadet hostia dextra.

lam, quam diserte nominat 139. *Aurea purpuream subtit fibula vestem.* Et *nodum* Charonte VI, 301. *Sordidus humeris nodo dependet amict* et Claudian. de R. P. lib. II, *Collectae tereti nodantur ialle vestes.* Sed, si bene me, fibulae in humeris, non in tore, in tunica usus est; nec hlamyde aut aliis vestibus tue superiectis talem fibulae m observavi. Igitur melius de gulo. *Nodus* enim omnino pro culo. — *H.* His consentit interpretatio Forcellinii Ovid. Met. 536. de Venere venationis stuia, *Nuda genu, vestem ritu cincta Dianae. W.* 323 *Succtam pharetra*, ut gladio, ferro cinctum dicimus; scilicet *succere* est interdum instruere ita, cinctu adiungamus rem; phaa autem ab humeris pendet gulo vincta. *tegmen lyncis*, vid. v. 275. — 324 Ge. III, 412. *utisque per altos Ingentem clae premes ad retia cervum.* doctius pro *aprum, premere*, equi, est *cursum apri premere.* 327 Lineas horum versuum vis in Odyss. ζ, 149. sqq., ubi es in terra ignota Nausicaam il i modo alloquitur; et Nausi respondet fere v. 192. sqq., Venus v. 338; adde Od. δ, 5. sqq., ubi Menelaus cum Idothea sermonem habet. cf. Hymn. in Vener. 92. sqq. et 107. sqq. Imitatus est usque ad fastidium copiosus Statius Theb. IV, 746. sqq. conf. mox ad 334. *H.* Post o debebat sequi vocativus, quem verum deae nomen ignorans Aeneas omittit. Ita destingues *o — quam te memorem, virgo?* Similis ellipsis apud Demosthenem p. Cor. p. 232. Εἶτ' ὦ — τί ἂν εἰπὼν σέ τις ὀρθῶς προσείποι; —; ἔστιν ὅπου κ. τ. λ. *W.* — 328 — 332 Nec tibi vos humana est. *H. sonat hominem*, h. e. significat, prodit hominem. Verbis sonitus, ubi accusativum regunt, inest notio: significare. Catull. 45, 9. *Amor dextram sternuit approbationem.* Ge. III, 338. *litora alcyonen resonant. W. sanguinis*, e genere Nympharum una. *Sis felix*, χαῖρε θεὰ, πληθύς, sis propitia. Ecl. V, 64. *Sis bonus o felixque tuis.* Petitum ab auspiciis et ominibus. (A Graeco χαῖρε in hymnis usitatissimo, Callim. in Iov. 94. in Dian. 259., hanc formulam repetes; Latinis proprium *salve. W.*) — *quaecunque*, qualiscunque dea es, nostris malis succurre docendo, sub qua parte coeli etc. *iactemur* pro versemur; ergo et hoc exilius erat. Et mox *erramus* pro sumus. Haec et similia nisi observaveris, poeticum sermonem vix assequare. — 334 Odyss. π, 183. sqq. Tele-

Tum Venus: Haud equidem tali me dignor honore;
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram,
Purpureoque alte suras vincire cothurno.
Punica regna vides, Tyrios et Agenoris urbem;
Sed fines Libyci, genus intractabile bello.
Imperium Dido Tyria regit urbe profecta,
Germanum fugiens. Longa est iniuria, longae
Ambages; sed summa sequar fastigia rerum.
Huic coniunx Sychaeus erat, ditissimus agri
Phoenicum, et magno miserae dilectus amore,
Cui pater intactam dederat, primisque iugarat

machus Ulyssem, a Minerva augustiore forma ac corporis specie dei instar ornatum, alloquitur simili fere oratione. Neque dissimile Alcinoi dictum Ulyssisque responsum Od. η, 199. sqq.: 208. sqq. — 335 *Tali honore*, ex v. anteced. int. divino; vult enim mortalis virgo videri, non dea. — 337 Ad venantium habitum pertinebat cothurnus; ne a sentibus et silicibus laederentur crura. Versus ex Livio Andronico adumbratus: *Sed iam purpureo suras include cothurno.* cf. sup. Ecl. VII, 32. — 338 *Agenoris urbem*; a progenie Agenoris conditam, quem Graecorum mythi (v. Apollod. II, 1. 4. III, 1, 1) Phoenicum conditorem, ex Aegypto oriundum, et eius posteros Sidonis reges faciant, non Tyri, quae multo serius et floruit et Graecis innotuit. Sidonii — *Tyron urbem ante annum Troianae cladis condiderunt*, Iustin. XVIII, 3. (Unde *Sidonia Dido* I, 446. *W.*) Itaque mirari noli, Sidonem, non Tyrum, Homero memorari. — 339 *Sed fines Libyci* sunt, h. e. terra est Libyae pars; (fines saepe pro ipsa regione;) simulque *fines* pro incolis, Libybus, dixit, qui erant populus indomitus, asper et ferox. Nam ad Libyes, non ad Phoenices, hoc spectat: *genus intractabile bello*, indomiti, invicti. Mox *imperium regit* exquisitius quam tenet. *H. fines Libyci, genus.* In appositione non accurstus Maro, vid. Ge. II, 97. infr. I, 533. *genus* h. l. non ad *fines*, sed ad *Libyci* spectat. Dicendum proprie *fines* inhabitantur a Libybus, *genere intr.*, vel fines inhabitant Libyes, *genus i. b.* Simillima negligentia Aen. IV, 40. *Hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello*, h. e. urbes Gaetulorum, *generis insup.* — Mira brevitas in priori versu pro vides Punica regna, ubi Tyrii sunt et urbs Agenoris. Nam urbem ipsam Aeneas, cui *media silva* occurrerat mater 314., videre non potuit. Et infr. 365. *cernes* dicitur. *W.* — 341 — 344 In prosa dicunt: longa est narratio; rem summatim exponam. Etiam in talibus poëticam vim agnosce. *fastigia* sunt rerum capita. Narrationem, quae sequitur, Iustinus persequitur XVIII, 4. 5. (*sequar*, exponam. Ge. II, 434. *quid maiora sequar? W.*) — 343 Sychaeus ditissimus inter Phoenices agris s. agrorum possessione. *miserae dilectus*, τῇ σχετλίᾳ, pro *a misera*, Graece; et hoc pro *ab ea*, ornate. *H. Misera* appellatur, utpote orbata marito tam caro. *W.* — 345 *Intactam*, Homericum κουριδίην ἄλοχον pulchre expressum, *primisque iugarat Ominibus*, h. e. nuptiis, pro quibus auspicia nuptialia dici solent; unde sumsit *omina*. Propert. III, 20, 24. *Continuant nobis omina prima fidem*

Ominibus; sed regna Tyri germanus habebat
Pygmalion, scelere ante alios immanior omnis.
Quos inter medius venit furor. Ille Sychaeum
Impius ante aras atque auri caecus amore
Clam ferro incautum superat, securus amorum
Germanae; factumque diu celavit, et aegram,
Multa malus simulans, vana spe lusit amantem.
Ipsa sed in somnis inhumati venit imago
Coniugis; ora modis adtollens pallida miris,
Crudelis aras traiectaque pectora ferro
Nudavit, caecumque domus scelus omne retexit.
Tum celerare fugam patriaque excedere suadet,
Auxiliumque viae veteres tellure recludit
Thesauros, ignotum argenti pondus et auri.
His commota fugam Dido sociosque parabat.
Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni
Aut metus acer erat; navis, quae forte paratae,
Conripiunt, onerantque auro; portantur avari
Pygmalionis opes pelago; dux femina facti.

pro amore. (*ominibus* notantur h. l. fausta auspicia. Nam *cum bona* tantum *nubit alite virgo*, ut Catullus ait 61, 19. *W.*) *Pater* autem Belus, ex poëtae narratione v. 621. — 346 *Germanus*, int. eius, Didus, nam ad *Huic* v. 343. haec referenda sunt. *Quos inter*, int. Sychaeum et Pygmalionem. *Furor* significantius quam ira, inimicitia. — 350 *Clam ferro incautum superat*, opprimit, necat. *Securus amorum germanae*, nil curans amorem, quo illa maritum amplectebatur, ne ea quidem cogitatione a scelere revocatus, quod sorori, quae valde coniugem amabat, summos luctus crearet. VII, 303. *Optato conduntur Thybridis alveo, Securi pelagi atque mei.* Mox *malus* ad fraudem ac dolum spectat. *H.* ut κακός apud Graecos interponitur. *W.* — 353—356 *coniugis inhumati*, augot rei atrocitatem et somnii narrati probabilitatem epitheton hoc, si memineris, insepultos, nisi humentur, quieti reddi non posse. In verbis ante oculos habuit notum Lucretianum I, 124. *simulacra modis pallentia miris*, h. e. miro modo pallida. *Crudelis aras*, h. e. locum, ubi scelus crudele in se commissum, quod per *traiectaque pectora ferro* significatur. *Nudavit*, cum clam facta esset caedes, manifestam fecit; nam *nudare* exquisite pro retegere, monstrare usurpatur. Hinc *caecum scelus*, occultum; *domus*, ab affine commissum. cf. Ovid. Ep. VII, 113. *H. aux. vi.* ut sint auxilium viae. De hoc appositionis usu, insigni brevitate, vid. Wolf. ad. Tacit. Ann. I, 3. — Cum indicat, ubi reconditi sint thesauri, ipse *recludit tellure* h. e. effodit e tellure. Ablativi verbis e praepositione *re* compositis similiter adiecti. Aen. IV, 545. Ge. II, 515. *W.* — 361 *Odium crudele*; μῖσος ἀγηνὲς, proprie quale est immanis animi, magnum. Sic crudelis, atrox, saevus; et similia poëtis pro ingens. *metus* autem *acer*, δριμὺς, vehemens, proprie de animo exasperato. — 364 In verbis *Pygmalionis opes* vis et acumen inest, scilicet quas ille animo et spe iam praecoperat, ut et in al-

Devenere locos, ubi nunc ingentia cernes
Moenia surgentemque novae Carthaginis arcem,
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare tergo.
Sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris,
Quove tenetis iter? Quaerenti talibus ille
Suspirans imoque trahens a pectore vocem:
O dea, si prima repetens ab origine pergam,
Et vacet annalis nostrorum audire laborum,
Ante diem clauso conponet Vesper Olympo,

tero *dux femina facti*, ad hoc faciendum duce Didone. — 366 Sane Didonem Byrsa arx conditricem habuit; urbem enim ipsam, illa adventante, iam stetisse probabile fit; at hic nolim ita argutari. A parte insigni designavit urbem Carthaginem. *surgentem* vid. Not. ad IV. 274. — 367 *Devenere — mercatique* sunt *solum*, Byrsam, h. e. locum, in quo Byrsam arcem condiderunt, seu *Byrsam* verius, ut post Scaligerum ad Euseb. Chron. multi docuerunt. Sed recte *βόειον βύρσαν*, fabulam a Graecis haud dubie ortam, sequitur. *H.* Arx Carthaginis, media urbe sita, a Phoenicibus appellata esse videtur בָּצְרָה (Bosra), *munimentum*; cui respondet vox Hebraica בָּצוּר *locus praecisus, munitus*. Duae urbes hoc nomine vocatae innotuerunt, Idumaeae altera, Ies. 34, 6. 63, 1. cf. Cellar. T. II, p. 579., altera in terra Moab. Ierem. 48, 24. Huic opinioni et derivationi nominis favet natura arcis, a Strabone lib. XVII, p. 1176. ita descripta: *Κατὰ μέσην δὲ τὴν πόλιν ἡ ἀκρόπολις, ἣν ἐκάλουν Βύρσαν, ὀφρὺς ἱκανῶς ὀρθία.* Graeci duram vocabuli pronuntiationem mollientes *Bosra* in *Βύρσα* mutasse — vid. Casaubonum ad Strabonis locum, et Simonis Onomasticum p. 192 — indeque alii, argumento ex significatione Graecae vocis petito (Tacit. Hist. V, 2), fabulam de *tergore taurino* composuisse videntur. *W.* In verbis *taurinum tergum* cogitate vulgare *corium* evitat. (*mercati* pro mercati sunt. vid. Not. p. 324. Nihil duri nec difficultatis huic inest ellipsi, obviae etiam Ge. I, 124. *W.*) Mox in *qui tandem* interrogationis vim auget particula, et desiderium intentius sciscitantis inde elucescit. — 371 *Βαρυστενάχων* Homer. ut Iliad. α, 364. et saepe alibi. — 372 — 374 Si ego fata nostra ordine exponere velim (*pergam* absolute pro pergam narrare — Verr. Cic. V, 20 — fata mea, quod ex versu sequenti assumendum. *rep. a pr. o. ἀπ' ἀρχῆς*, Soph. Ai. 1097. — Simillimus locus est Ge. IV, 285. 6. *W.*), et tu ea audire velis, dies nos deficiat. Quam ornate singula! Homerus minus sobrie Odyss. γ, 113. sqq.: et ξ, 196. annos pro die ponit. In *annalium* nomine argutatur Macrob. III. Sat. 2., et post eum alii. Gravius est vocabulum quam historia, narratio, eoque magis epicum. *Olympus* h. e. coelum *clauditur* modo nubibus obductis, modo tenebris noctis praetentis, ut h. l. Nec huc trahenda *porta coeli* Georg. III, 261. *Vesper componet diem* non, quasi mortuum et sepultum; sed quia quieti se reddere videtur sol occidens; tamquam thalamo clauso aliquis se somno tradit. *H.* Proba est temporum consecutio. Horat. Od. III, 3, 7. *Si illaba-*

Nos, Troia antiqua, si vestras forte per auris
Troiae nomen iit, diversa per aequora vectos,
Forte sua Libycis tempestas adpulit oris;
Sum pius Aeneas, raptos qui ex hoste Penatis
Classe veho mecum, fama super aethera notus;
Italiam quaero patriam, genus ab Iove summo.
Bis denis Phrygium conscendi navibus aequor,
Matre dea monstrante viam, data fata secutus;
Vix septem convolsae undis Euroque supersunt:
Ipse ignotus, egens, Libyae deserta peragro,
Europa atque Asia pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, haud, credo, invisus coelestibus auras
Vitalis carpis, Tyriam qui adveneris urbem.

tur orbis — ferient ruinae. Add. Iuv. XII, 115. Res certa in apodosi sequitur. *W.* — 375 — 377 *Troia antiqua*, vid. 12. — *si per aures iit*, variat vulgare: si pervenit ad aures vestras. — *diversa aequora*, simpl. alia via, quam qua iter parabamus; ex illis: Οἴκαδε ἱέμενοι, ἄλλην ὁδὸν, ἄλλα κέλευθα Ἤλυθομεν. *tempestas appulit*, δεῦρο πέλασε κῦμα. *Forte sua*, casu, qualem tempestas afferre solet. Habuit in his, quam sequeretur, poëta orationem Ulyssis ad Polyphemum Odyss. *ι*, 259. sqq. — 378 *Penates*. vid. lib. II, 293. *pius* est religiosus, quoniam omnia ad deorum oracula exsecutus est; θεοφιλής. Itsque *castum* dixit Horat. C. S. 42. *Satis notum* autem se dicere bene potuit, fama belli Troiani confisus. — 380 Fabulam poëta sequitur, qua Dardanus a Corytho Tyrrheno genus ducere ferebatur, cum Corythus Samothracicus in eum esset translatus similitudine nominis. v. Aen. VII, 205. sqq., 240.: VIII, 134. sqq.: adde III, 167. 168.: VII, 122. *Hic domus, haec patria est.* II. 620. *tutum patrio te limine sistam.* Hactenus Italia est Aeneae patria, et hactenus *genus quaerit*, petit terram, in qua progenitor ortus erat; pro hoc dicit, petere se stirpem et originem generis a Iove ducti, quatenus Dardanus, Iovis filius ex Electra, et generis auctor, ex Italia oriundus est. cf. III, 94. sqq. *H.* Si quid video, *et genus* e Mediceo aliisque codicibus restituendum. Nam, neque appositioni locus est, cum patriam adiectum sit, neque asyndeto. *W.* — 381 *Phrygium aequor*, litori Troadis seu Phrygiae minoris praetentum. *conscendi aequor navibus* doctius dictum, pro vulgari: *conscendere naves*. Qui enim *in altum* evehitur, is et *aequor conscendere* dici potest. — 382 *Matre dea monstrante viam*, ex Aen. II, 589. sqq. *data fata*, monstrata tum per auspicia tum per oracula III, 95. sqq.: 163. sqq.: 375. sqq. (Proprie dicitur, *oraculum datur*, et *fata* pro oraculis, ut *fata Sybillina*. *W.*) — In 383 — 385 observa magnificam dictionem ex verborum delectu. *ignotus* est in terra ignota, inter homines, quibus ignotus est. (*convolsae*, quassatae. *W.*) — 385 Eum interpellavit, *non passa querentem*, pro non passa queri plura, οὐδ' εἶα μυθήσασθαι Iliad. *η*, 427.

387. 388 Ornate. O carum te superis, cum Carthaginem delatus sis! Expressit autem illud, quod aliquoties apud Homerum. οὐ γὰρ ὀΐω σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι τε

Perge modo, atque hinc te reginae ad limina perfer.
Namque tibi reduces socios classemque relatam
Nuntio, et in tutum, versis aquilonibus, actam,
Ni frustra augurium vani docuere parentes.
Adspice bis senos laetantis agmine cycnos;
Aetheria quos lapsa plaga Iovis ales aperto
Turbabat coelo: nunc terras ordine longo
Aut capere aut captas iam despectare videntur.
Ut reduces illi ludunt stridentibus alis,
Et coetu cinxere polum, cantusque dedere,
Haud aliter puppesque tuae pubesque tuorum
Aut portum tenet, aut pleno subit ostia velo.
Perge modo, et, qua te ducit via, dirige gressum.

τεραφίμην ve, ut Odyss. γ, 27. *vitales auras* ex antiquo sermone habet, vid. v. d. Lucret. III, 406. et al. — 390 *Classem relatam*, reductam, reducem. *versis aquilonibus*, h. e. ventis mutatis, secundante vento, simpliciter. Mox *vani* ad ornatum egregie. *Vanus* non modo qui pollicetur, quae praestare nequit, sed et qui profitetur vel falsam vel inanem doctrinam. — 393 — 399 Duodecim naves cum Antheo, Sergesto, Cloanthoque servatas mox v. 584. videbimus. Has totidem olores innuunt, quos, ab aquila modo agitatos et dispersos (hoc significat *turbabat*), hoste abacto, ludibundos plaudentesque in terram devolare ostendit Venus. *aperto coelo*, alii sereno, ego malim pro libero, pervio volantibus. Quae sequuntur, varie accipiuntur et accipi possunt. Mihi simplicissimum videtur cygnos intelligere, qui a litore vel maris vel fluminis in aërem evolaverant, eosque, hoste depulso, partim *capere terram*, consedisse in terra, partim ex aëre deorsum in terram ferri, eique tam propinquos esse, ut *capta iam* terra et occupata ab ipsis videri possit: ut *iam* iungatur non cum *despectare*, sed cum *captas*, captas iam, tantum *non* captas. Atque hoc melius cum versu, qui respondet, 400 convenit: *aut portum tenet* (hoc erat, *terras capere, occupare*) *aut pleno subit ostia velo* (*despectare*). Burmannus *captas* ab aliis, qui in terram iam descenderant, interpretatur. — *stridentibus alis* exquisitius quam clangentibus. *coetu cinxere polum*, agmine evolant, quasi exsultantes; *polum* pro coelo. in sërem alis sublati ludunt volando in orbem, ut solent, vel gyrum. Cur autem augurio e cygnis utatur poëta, praestat hoc unum monere, quod Veneri sacra avis cygnus est, et quod *Cygnus in auguriis nautis gratissimus ales; Hunc optant semper, quia nunquam mergitur undis*; laudat versus Servius ex Ὀρνιθογονίᾳ, Macri scilicet Aemilii (v. Brouckh. ad Tibull. p. 274. ex Isidoro XII, 7). — *Dissident* autem *olores et aquilae*, auctore Plinio X, 74. s. 95.: Athen. IX, p. 395. D. μάχεται δὲ (ὁ κύκνος) καὶ τῷ ἀετῷ, ἀνὸς μάχης μὴ προαρξάμενος. Hinc ap. Homerum in cygnorum anserumve gentem irruens aquila inducitur, egregio v. c. loco Il. ρ, 690. sqq. *H.* Nil facit ad comparationem neque placet versus: *Et coetu cinxere polum cantusque dedere. W.* — 399 *Pubes tuorum* dictum puto, ut *turba tuorum*. *Ostia* docte, h. l. ut V, 281. aditus portus.

402 Observa modum praesen-

Dixit, et avertens rosea cervice refulsit,
Ambrosiaeque comae divinum vertice odorem
Spiravere; pedes vestis defluxit ad imos,
Et vera incessu patuit dea. Ille ubi matrem
Adgnovit, tali fugientem est voce secutus:
Quid natum toties crudelis tu quoque falsis
Ludis imaginibus? Cur dextrae iungere dextram
Non datur, ac veras audire et reddere voces?
Talibus incusat, gressumque ad moenia tendit.
At Venus obscuro gradientis aëre saepsit,
Et multo nebulae circum dea fudit amictu,
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
Molirive moram, aut veniendi poscere caussas.
Ipsa Paphum sublimis abit, sedesque revisit

tise divinae testificandae ex more veterum. Digrediens dea numen specie divina manifestum facit; ad hanc refer pulcherrimam cervicem, comam odoratam, pallam ad talos demissam cum levi incessu. Si in *rosea cervice* non tam Horatii Carm. I, 15, 2. auctoritatem, quam rationem desideras, aut puta *roseum* esse omnino suave vel pulchrum, aut colorem floridum exprimi in tenera cute etiam candidissima per lucentem. (Ad *roseam cervicem* cf. Aen. II, 593. *roseum os Veneris.* Apud Homerum quoque hym. in Vener. 182. δείρην Veneris admiratur Anchises. *W.*) *Ambrosiae comae*, ambrosia — deorum hoc unguentum est — delibutae, ab Homero habet, II, α, 529, ut statim — *palla* Veneris vel ex illo nota Iliad. ε, 315. πέπλοιο φαεινοῦ πτύγμα: et 338. Ἀμβροσίου διὰ πέπλου, ὃν οἱ Χάριτες κάμον αὐταί. Habitum itaque deae declarat. *incessum* autem cogita levem illum et volatui similem, columbarum instar. *H. vertice* ad *comae* trahendum pro in vertice, ut 110. *dorsum immane mari summo.* Silius XI. ab in. *cladem insignis Iapygae campo.* cf. inf. I, 610. *Ingens argentum mensae.* et Aen. VII, 269. *non plurimus ore monstra sinunt. W.* — 407 *Toties:* v. Aen. II, 589. — 408. 409 Cf. verba Ulyssis ad matrem inter umbras Odyss. λ, 209. sqq. — (410 *tendere gressum* — iter VII, 7.; *cursus aequoreos* Val. Fl. I, 483. *W.*) 412 Densa nube circumfudit eos. Ab Homero eum hoc petiisse notum est, apud quem saepe hoc occurrit; in primis compara Odyss. η, 14. 39 — 43, quem locum iam monstravit Macrob. V, 4, de Ulysse, quando Alcinoi regiam intrat, ad cuius exemplum totus Aeneae ad Carthaginem et Didonem aditus est adumbratus. Adde Apollon. III, 210 — 214. et alios. Totum locum expressit Valer. Flacc. V, 400. sqq. — 415. 414 *Contingere*, vim, iniuriam, iis, tamquam advenis, inferre. *moliri moram* ponderosius quam *facere.* Est enim struere vel movere poëtis *moliri.* — 415 Cf. ad v. 16. Verane ex Homero, sed ornatius expressi Od. Θ, 362. sqq. Compara Hymn. in Vener. 58. 59. sqq. et Od. η, 80. 81. sqq. de Minerva. At ex Virgilio Statius V Theb. 61. *Ille Paphon veterem centumque altaria linquens.* Adde Aen. IV, 200. — Quod autem turis et sertorum odores exhalantium tantum fit mentio, non victimarum caesarum, satis docte interpretes referunt ad morem sacrorum Vene-

Laeta suas, ubi templum illi, centumque Sabaeo
Ture calent arae, sertisque recentibus halant.
Corripuere viam interea, qua semita monstrat.
Iamque adscendebant collem, qui plurimus urbi
Imminet, adversasque adspectat desuper arces.
Miratur molem Aeneas, magalia quondam,
Miratur portas, strepitumque, et strata viarum.
Instant ardentes Tyrii: pars ducere muros,
Molirique arcem, et manibus subvolvere saxa,
Pars optare locum tecto, et concludere sulco;
Iura magistratusque legunt, sanctumque senatum;
Hic portus alii effodiunt; hic alta theatri

ria, quod arae nullus sanguis offundebatur, maxime Paphiae Veneri. vid. Tacit. Hist. II, 3. — *laeta* v. 416 accipe, quoniam gaudet Papho. (laetabatur, puto, quod de incolumitate filii bene sperabat. cf. 35. *laeti*. *W.*) *Sabaeo*, vid. Georg. I, 57.

418 *Corripere viam* doctius quam *iter celerare*; sic *corripere gressum*; doctius etiam V, 144. *corripuere campum curru*. Et sic *rapere*. — 419 *Qui plurimus urbi imminet* ad magnitudinem refero montis sub ipsis urbis moenibus accubantis. Pro *magno monte* poëta diceret *multum montem*, ut Ge. III, 52. *plurima cervix*, longa et crassa. (*collis adspectat*, Tacit. Agr. c. 24. *Britannia Hiberniam adspicit*. *W.*) Ceterum poëta hoc sumsit ex topographia Carthaginia. Tales enim colles asperos et difficiles in ipso aditu Isthmi, in quo Carthago sita erat, describit Polyb. lib. I. c. 73. — 421 Sic Ulysses Phaeacum urbem: Θαύμαζεν δ' Ὀδυσεὺς λιμένας καὶ νῆας ἰσσας etc. Odyss. η, 43. sqq. Magnum aedificii opus bene cum casis et tuguriis componitur. *Magalia* sunt agrestia aedificia *stativa*; id nomen suburbia Carthaginis retinuerunt. cf. IV, 259. 60. Mox *strepitus* declarat frequentiam hominum. — *strata viarum* doctius quam viae stratae. — 425 — 426 *Instant* operi Tyrii; ut plene extulit Silius II, 407. sqq. in loco hinc expresso. *H.* Cum dativus *operi* desit, vide an malis iungere *instant — ducere — optare*. Sic Aen. I, 627. *instant eruere*; verbum *instant* ardorem et festinationem notat. Neque obstat, quod *pars — pars* interpositum. vid. Ecl. I, 65. 66. Tum distinctio mutanda est. *W.* — *subvolvere* bene, ut declaret, in altum educi arcem. — *optare*, ut III, 109, est eligere, destinare h. l. *concludere sulco*, fossam ducere, definire aedium situm ac locum fossa facta. Male de aratro cogitant. — 426 *Iura* sunt iudicia, usu sollenni, h. l. ipsi iudices. Habentur igitur comitia creandis iudicibus, magistratibus et senatoribus. Ita equidem interpretor. (*Sen. san.* Ita Cicero Cat. I, 4. *Senatum* Romanum appellat *orbis terrarum sanctissimum gravissimumque consilium*. *W.*) — 427 — 429 An theatri structuram Phoenicibus recte, atque adeo in ipso rerum initio, dederit, viderit poëta; Graecarum profecto civitatum coloniis hoc accommodatius. Sed res praeclare ob oculos posita. *H.* *theatri* dat Medicaeus. Dativus, quem in editione maiori in ordinem recepit Heyne, si grammaticam spectas, defendi potest, ex Ge. IV, 161. Sed vel *unum* theatrum satis displicet. — *alta*, quod tertio verum post iterum legitur,

Fundamenta locant alii, immanisque columnas
Rupibus excidunt, scenis decora alta futuris:
Qualis apes aestate nova per florea rura
Exercet sub sole labor, quum gentis adultos
Educunt fetus, aut quum liquentia mella
Stipant, et dulci distendunt nectare cellas,
Aut onera adcipiunt venientum, aut agmine facto
Ignavum, fucos, pecus a praesepibus arcent;
Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
O fortunati, quorum iam moenia surgunt!
Aeneas ait, et fastigia suspicit urbis.
Infert se saeptus nebula (mirabile dictu)
Per medios, miscetque viris; neque cernitur ulli.
Lucus in urbe fuit media, laetissimus umbrae,
Quo primum, iactati undis et turbine, Poeni
Effodere loco signum, quod regia Iuno
Monstrarat, caput acris equi; sic nam fore bello
Egregiam et facilem victu per saecula gentem.
Hic templum Iunoni ingens Sidonia Dido

coniectura non tollendum esse, patebit ex Ge. II, 125. cf. Aen. I, 504. 505. 579. 582. *W.* Portus *Cothon* dictus proprio nomine apud Livium et al. v. Bochart. Chan. I, 24. — 430 — 436 Expressa ex Ge. IV, 162 — 169, ubi vide. cf. Aen. VI, 707 — 709. Praeiverat Homerus Il. β, 87 — 90. *qualis* — tali labore, qualis — ita. *sub sole*, per diem, interdiu, ut *sub die*, *sub nocte*, accipitur poëtis; supra quoque Ecl. II, 15. *sole sub ardenti* nihil aliud est quam in sole. *distendunt nectare cellas*, replent melle, cum notatione ingentis copiae. — 437 Egregia ad affectum haec exclamatio. Quid enim, his rebus conspectis, Aeneae, per maria et terras erranti, ut novam sedem quaereret, nova urbe condita optabilius videri potuit? — 439. 40 Observa, quomodo in singulis vulgarem formam evitaverit; etiam ipso graecismo: *μίσγεται ἄνδρεσσιν*, immiscet se turbae, nec cernitur ab ullo, *οὐδενὶ ὁρᾶται*. Confer tamen Homerica Odyss. η, 57 — 42.

441 Templum in luco conditum, ex vetere more, et hic quidem in ipsa urbe. *H. laet. umbrae* poëtica constructio pro laetissimus, uberrimus, umbra. cf. Aen. XI, 73. *laeta laborum*. *W.* — 443 — 445 *Signum*, omen intelligam. Sic: *caput equi* — *atque* omen *clamore salutant*, Silius II, 411. Servatum inde in numis Carthaginiensium *equi caput*. Poëtam agnosce in hoc, quod non simpliciter inventum, sed *a Iunone monstratum*, obiectum fodientibus, narrat. *Sic nam* portendebatur (per hoc *signum*), fore Poenos gentem bellicosam (cf. inf. III, 539) et *facilem victu*, h. quae habitura esset victum facilem et expeditum, affluentem ex agrorum ubertate et cultu, in primis equis pascendis. *H.* Add. Claud. de laud. Serenae 54. *Hispania frugum facilis*, h. e. copiosa. *W.* — 446 *Templum donis opulentum et numine divae. dona* non tam de donariis quam de vasis, utensilibus, totoque apparatu sacro intelligo; *numen divae* cum Servio accipio de simulacro deae

Condebat, donis opulentum et numine divae;
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaeque
Aere trabes; foribus cardo stridebat ahenis.
Hoc primum in luco nova res oblata timorem
Leniit; hic primum Aeneas sperare salutem
Ausus, et adflictis melius confidere rebus.
Namque sub ingenti lustrat dum singula templo,
Reginam opperiens, dum, quae fortuna sit urbi,
Artificumque manus inter se operumque laborem

ex auro aliave pretiosa materia facto, quod *opulentum* postulare videtur; nec tamen sic *numen* est simulacrum, sed *numen divae* pro *diva*, et haec ad simulacrum refertur. *H.* Sic II, 178. *numen reducere* de simulacro. Add. IV, 204. *W.* — 448. 449 Ad heroicorum temporum magnificentiam pertinet, quod omnia ex aere fecit. Unam laudabo Alcinoi regiam Odyss. η, 86. sqq. Homerus eandem elegantiam ad deorum sedem, Olympum, transtulit. Quid? quod Romae talis magnificentia erat frequens, cuius adhuc in Pantheo vestigia deprehenduntur. Ornatissime autem singula extulit. *Aerea gradibus surgebant limina* templo, h. limen erat ex aere. *Surgere* autem non modo aedificium, sed et singulae partes dicuntur, quae in eo sunt, in primis editae et altae, h. l. fores. Sed quid est alterum: *nexae aere trabes surgebant*? *trabes* haud dubie sunt postes: *et nexae trabes* sunt postes *nexi*, iuncti liminibus aereis; ea *surgebant*, erant ex, *aere*. Denique ipsae fores erant aereae, vel ut poëta ait, *foribus cardo stridebat ahenis*. Olim putabam *nexas aere trabes* esse postes aeneis cardinibus iunctos, idque patere ex Claudiani imitatione R. Pros. I, 237. *ferrati postes; immensaque nectit claustra chalybs*, h. e. ex chalybe erant cardines immensarum valvarum. — *H.* Durum est iungere *surgebant aere*. Nam, ut omittam duplicem structuram *limina surgunt gradibus*, et *trabes surgunt aere*, ea est collocatio verborum, ut *nexae aere* coniungatur audienti. Videtur nectere aliquid aliqua vel ex aliqua materia — nam utraque constructio bona est — esse *fabricari* aliquid de materia; ita ut *nexus aere* pro aereus dicatur. Tum constructio *et surgebant trabes nexae aere*; et evitatur difficultas referendi participii *nexus*. Graecos similiter χρυσόδετος pro χρύσεος usurpasse, evincit locus Sophoclis Electr. 837. χρυσοδέτοις ἔρκεσι κρυφθέντα γυναικῶν. Is loquitur de aureo monili Eriphyles. Apud Claudianum *immensa claustra* sunt valvae portarum immensae. *W.* Quod autem toties materiam repetit, facit Homeri exemplo. cf. Burm. ad Ov. II, Met. 107. — 452 *Adflictis melius confidere rebus*. de *rebus afflictis* explet Serv, et ceteri. Sed absolute sic ponitur etiam ap. Cicer. *confidere*, confidenter sperare. — 455 *Artificum manus*, h. e. opera, et *operum laborem*, opera affabre elaborata, *inter se*, dum varii generis et artificii opera comparat. *H. manus art.* — *op. lab.* opera affabre elaborata. *manus* ad artem refer sive pingendi rationem, cuique artifici propriam. Petr. Satyr. 83. *Zeuxidos manus vidi, nondum vetustatis iniuria victas*. Add. Stat. Sylv. I, 3, 47. *veterum* (artificum) *manus*. — Ab *arte* autem distingues *operum laborem*, cf. Ge. II, 155. *W.* Ea autem, quorum argumenta mox

[i]ratur, videt Iliacas ex ordine pugnas,
ellaque iam fama totum volgata per orbem,
tridas, Priamumque, et saevum ambobus Achillem.
onstitit, et lacrimans: Quis iam locus, inquit, Achate,
uae regio in terris nostri non plena laboris? 460
n Priamus! Sunt hic etiam sua praemia laudi;
unt lacrimae rerum, et mentem mortalia tangunt.
olve metus; feret haec aliquam tibi fama salutem.
ic ait, atque animum pictura pascit inani,

ponuntur, aut depicta putanda nt in pariete, Graecorum more, t sculpta anaglypho opere in riete et in ipsis foribus; ut inf. I, 20. sqq. Videtur vero area plures dispertita esse areolas, ae singulae singula argumenta cturae capiebant. Commemora- ex iis 466. sqq. mox septem eservatu etiam pict- ibus digna: pugna Troianorum et Achivo- m, varia fortuna. 2) Rhesi op- ressi caedes. 3) Troilus fugiens. matronarum Troianarum pom- , peplum in templum Minervae portantium. 5) redemtio cor- oris Hectorei. 6) pugna Mem- onis. 7) pugna Amazonum ad roiam. — 458 *Saevum ambo- us Achillem; saevus* fuit in Pri- mum, Hectore caeso; in Aga- emnonem saeviit ira et pervi- aci odio propter ereptam Briseï- em; itaque saevum omnino ac- piam pro infestum, iratum. nam *aevus* poëtis de iracundo. (Tibull. , 2, 90. *saevus uni. ambobus* ixit; nam in voce *Atridae* de gamemnone praecipue cogita- at. *W.*) Alii praeferunt e Sene- a *Atriden*. — 460 *Nostri labo- is*, h. e. famae de nostris cala- itatibus. — 461 *Laudi* pro vir- ute et rebus gestis, quae laudem erentur, ut saepe; scil. ex Ho- erico κλέος. Virtuti etiam hic onos suus habetur. — 462 *Sunt* tiam hic *lacrimae* h. miseratio *erum*; deflentur res, h. e. casus umani, sunt hic, qui lacrimas npertiant casibus et calamitati- bus aliorum. *et mentem mortalia tangunt*, et res humanae casusque, quibus iactari solent mortales, afficiunt hominum, qui has terras inhabitant, animos miseratione. Verbo, populus, ad cuius terras appulimus, habet humanitatis sensum et cultum. Illud vero praeclarum, quod humanitatis cultum ex conspectis artis operibus colligit, ex eorumque argumentis. Imitationem loci habes in Valer. Fl. lib. I, 723. 724. — 463 — 465 *Solve metus* doctius quam solve animum metu. cf. I, 562. *H.* Ceterum et pedestres scriptores maiorem vim orationi conciliant usu pluralium pro singularibus, Tac. Ann. I, 29. *Adiiciendos ex duce metus*, c. 6. *odia*, c. 10. *utilitates*; Liv. I, 10. *indignationes*. Add. Soph. Ai. 46. τόλμαι 59. νόσοι 446. πράτη. *W.* *Haec fama*, quod Troianorum calamitates in his ipsis terris innotuerunt, hoc nobis horum hominum animos praebebit propitios. Sed cum maiore benevolentiae significatione ad Achatem amicum retulit: *tibi. inanem* appellat picturam, epitheto ornante a natura artis, rerum imagines, non ipsas res quocunque modo repraesentantis, petito. Ceterum in sqq. observa intelligentiam poëtae in descriptione rerum, et h. l. quidem seu picturarum seu sculpturarum, v. 474. tempestive transeuntis ad eam orationis formam, qua res quasi ante oculos geri videntur, non pictae adspici. Mox

Multa gemens, largoque humectat flumine voltum.
Namque videbat, uti bellantes Pergama circum
Hac fugerent Graii, premeret Troiana iuventus;
Hac Phryges, instaret curru cristatus Achilles.
Nec procul hinc Rhesi niveis tentoria velis
Adgnoscit lacrimans, primo quae prodita somno
Tydides multa vastabat caede cruentus,
Ardentisque avertit equos in castra, prius quam
Pabula gustassent Troiae Xanthumque bibissent.
Parte alia fugiens amissis Troilus armis,
Infelix puer, atque impar congressus Achilli,

largoque humectat flumine voltum ad nostri sermonis rationes non est exigendum; et *humectat* est exquisite pro irrigat, neque *humectat* ieiunum putandum post *largo flumine* (Aesch. Prom. 399. *δεκρυσίσταικτον — ῥέος παρειὰν — ἔτεγξε. W.*) Tum *multa gemens, πολλὰ στενάζων*. Habuisse autem inter Graecos videtur poëta, quos hoc loco sequeretur. Apud Aristot. enim Poët. c. 16, 8. inter agnitionum genera in tragoedia etiam memoratur ex Dicaeogenis Tragici *Κυπρίοις*, qui *ἰδὼν τὴν γραφὴν ἀπέκλαυσεν — ὅθεν ἀνεγνωρίσθη*. — 465 — 468 Respicit potissimum pugnam, Patroclo occiso, factam, cum versus castra fugerent Achivi, insequentibus Troianis et instante Hectore, Il. ϱ.; quo facto, die sequenti Achilles, novis a Thetide acceptis armis, prodit et Troianos fugat, Hectoremque occidit Il. τ. — χ. Cum Rhesus mox sequatur, noluisse poëta temporum ordinem servare dicendus est. Cum v. 467. bene comparant Il. ξ, 24. *Τοὺς μὲν ὀρινομένους, τοὺς δὲ κλονέοντας ὄπισθεν*, et Il. ο, 7. In *cristatus* v. 468 Servius vim quaerit; sed, ut ab ceteris armis, ita a galea vel crista saepe petunt epitheta poëtae. Sic *κορυθαίολος Ἕκτωρ*. — 469 — 473 De Rheso Il. κ, 435. sqq. 470. *primo prodita somno*. Commode somno tributum *prodere*, quod per somnum factum. (Sequitur Maronem Ovidius Heroid. I, 40. *Rhesus somno proditus. W.*) *Diomedem* sine Ulysse nominare liberum erat poëtae. *niveis tentoria velis* dixit, deserto priscae aetatis more. Erant enim Achivorum et Troianorum tuguria, *κλίσιαι*, stipitibus, vimine et aggere terrae munita. *H. vastabat*, h. e. hominibus orbabat. Hirtius B. G. VIII, 24. *fines vastare civibus*. Alio sensu Virgilius Aen. VIII, 8. *latos vastant cultoribus agros*, delectum habentes. Cf. Not. I, 527. *W. ardentes equos* acres dixit, ut equidem arbitror, si loquendi usum audias. *avertit* est abigit. — 472. 473 Fatale hoc fuisse sive Rheso sive Troianis, si equi gustassent herbam et aquam Scamandri, Homerus non habet, ut ex eius lectione promtum cuique esse potest; neque is, quem Euripidem non esse nuper post alios evicit Valkenaerius et Beckius, auctor Rhesi. Nam v. 600 — 604. vix eo referre possis. At memorat eam fabulam Eustath. et Schol. ad κ, 435., qui Pindarum auctorem laudat (Fragm. p. 151.), nec non Serv. — 474 Congressus Priami filius, Troilus, e curru cum Achille iam ante Iliadis tempora, vulnere adverso accepto, exciderat curru, pedibus inter lora impeditis, ut supina cervice traheretur. *armis amissis*: int. clipeum. Nam hastam tenebat, sed

ur equis, curruque haeret resupinus inani,
ı tenens tamen; huic cervixque comaeque trahuntur
terram, et versa pulvis inscribitur hasta.
rea ad templum non aequae Palladis ibant
ıibus Iliades passis, peplumque ferebant
pliciter tristes, et tunsae pectora palmis;
ı solo fixos oculos aversa tenebat.
circum Iliacos raptaverat Hectora muros,
nimumque auro corpus vendebat Achilles.
ı vero ingentem gemitum dat pectore ab imo,
polia, ut currus, utque ipsum corpus amici
dentemque manus Priamum conspexit inermis.
uoque principibus permixtum adgnovit Achivis;

versam, ut per terram tra-
ılcos faceret. — 479 — 482
. ζ, 269 — 312, ubi, Hele-
ıonente, Hector ad urbem
ssus Hecubam ad Minervae
lum in acropolin Troiana-
natronarum (*Iliadum*) pom-
lucere, donariique loco deae
m egregie elaboratum con-
e iubet, ut Diomedis impe-
illa reprimat. *Interea* non
mpus potest referri, sed in-
etera tabularum argumenta,
ia area, ecce, occurrit hoc,
— *non aequa*, iniqua, Tro-
infensa, irata Pallas. *Diva*
fixos oculos aversa tenebat.
er. l. c. v. 311. Ὣς ἔφατ'
ιένη· ἀνένευε δὲ Παλλὰς
η: Sed in Virgilio suavior
ıago esse videtur *aversa fa-*
culis in terram fixis, quam
ns caput. Peplum autem il-
ıut deae signo iniiciebatur
mictu, aut tantum ad genua
ıebatur, ut ap. Homerum l.
sic Athenis in Panathenaeis
vae, v. Cirin v. 21. sqq.;
ıi Olympiae, et sic porro.
; — 487 Novum argumen-
redditio corporis Hectorei
ad. ω. Bene vel ad artis ra-
n: *raptaverat*; nam hoc an-
erat, et corpus lacerum et
tum immanem eam contu-
m vel in tali opere arguere

poterat. Hectoris corpus circa muros Troiae ter raptatum ex Cyclicis petiit Virgilius. In Homero tantum fugatur ter circa muros; caesus autem statim ad naves, e curru ligatus, trahitur. Expressum autem putetur Achillis tentorium, ipse Achilles sedens, supplex ei factus Priamus (vide Il. ω. 478. sqq.) et divinum illud: *Μνῆσαι πατρὸς σεῖο* — iamiam fari incipiens in conspectu, adducta a Priamo redimendi corporis pretia, *ἀπερείσι' ἄποινα* (— *χρυσοῦ δὲ στήσας ἔφερεν δέκα πάντα τάλαντα* 232., unde v. 484 *auro corpus vendebat Achilles*); adstant ex alia parte *spolia*, h. e. arma, quibus caesum Hectorem spoliaverat victor, *currus*, cui illigatum eum raptaverat, et *ipsum corpus amici*, sc. Hectoris, ex curru supinum, pulveri incumbens, quod quoque die orto ter circa Patrocli tumulum ductare solebat Achilles. v. Il. ω, 14. sqq. — 487 *Manus inermes* noli inertem putare ornatum. Nam verba eo spectant, quod intraverat hostilia castra, supplex ad genua Achillis procubiturus. — 488 Cum Achivis *permixtum* praelio, *προμάχοις μιχθέντα*, seu pugnantem Aeneam saepe ap. Homer invenias, in primis Il. ε. et υ. at h. l. ad seriora tempora respicitur. M.

Eoasque acies et nigri Memnonis arma.
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis
Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet,
Aurea subnectens exsertae cingula mammae,
Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.
Haec dum Dardanio Aeneae miranda videntur,
Dum stupet, obtutuque haeret defixus in uno,
Regina ad templum, forma pulcerrima Dido,
Incessit, magna iuvenum stipante caterva.
Qualis in Eurotae ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille secutae
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa pharetram
Fert humero, gradiensque deas supereminet omnis;

Cum cetera argumenta sua quodque areola proposita esse putentur, non video, cur non Aeneae, inter principes pugnanti areola singularis assignanda sit. Maronem, in prioribus prolixum, in his duobus 488. 489 breviorem esse decet. Cf. Heynium p. 365. *W.*

489 Aguovit Memnonem pugnantem; quod autem *nigrum* appellat, et *Eoas acies* memorat, id eo pertinet, quod, quoniam auxilia ex terris Troadi ab oriente sitis, quae tum sub Assyriorum ditione fuisse videntur, Aurorae ille filius adduxit, re in maius aucta, Indos is et Aethiopes adduxisse fabulose dicitur. De *armis* vid. 751.

490 — 493 De Amazonibus, duce Penthesilea, auxilium Ilio ferentibus v. Quintum Smyrn. libro I. *peltae lunatae* proprie Amazonum fuere. *subnectens cingula mammae* exquisitius quam *subnectens mammam cingulo*, balteo, subnexam habens. Dextra scilicet papilla erat nudata. (ut venatricibus delectis Dianae Callim. in Dian. 213. ἀσύλωτοι δέ σφιν ἑῶμοι δεξιτεροί, καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός. — *subn.* h. e. habens subnexa, cf. IV, 139. *W.*) Nota omnia. Induxerunt autem Amazonas in belli Troiani historiam poëtae, qui post Homerum scripsere, quia celeberrimae erant in antiqua historia Amazonum impressiones in Asiam minorem factae, in primis in Phrygiam et Lydiam; quarum una in Priami tempora incidit, v. Il. γ, 189. De reliquis loca classica apud Strabonem sunt. *ardet*, furit, fortiter pugnat, *mediis in millibus* doctius quam in turba vel acie. — *audetque viris concurrere virgo* ex Homerico: Ἀμαζόνας ἀντιανείρας Il. ζ, 186: γ, 189. natum videri, notarunt iam alii. Totus hic de Amazonibus locus est pulcherrimus.

494 sqq. Interea, dum miranda haec artis opera contemplatur Aeneas, Dido advenit. Cum hac oeconomia rerum cf. laudatum locum Odyss. η, 133. sqq. — *videntur Aeneae* iunge, h. ab Aenea. (*haer. def.* cf. VII, 239. 250. *W.*) — 498 Comparatio splendida Didonis cum Diana, quam tractavit poëta post Homerum Od. ζ 102 — 110. et Apollon. III, 876. sqq. *Qualis* pro quo habitu, (qua forma *W.*) ut saepe occurrit. Dianae cultus praecipuus Lacedaemone et in Delo insula, quod vel hic locus docet. *Exercet choros* pro ducit, instituit. *pharetram fert humero* bene adiecit,

Latonae tacitum pertentant gaudia pectus:
Talis erat Dido, talem se laeta ferebat
Per medios, instans operi regnisque futuris.
Tum foribus divae, media testudine templi,
Saepta armis, solioque alte subnixa, resedit.
Iura dabat legesque viris, operumque laborem
Partibus aequabat iustis, aut sorte trahebat;
Quum subito Aeneas concursu adcedere magno
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum,
Teucrorumque alios, ater quos aequore turbo
Dispulerat, penitusque alias avexerat oras.
Obstupuit simul ipse, simul percussus Achates
Laetitiaque metuque; avidi coniungere dextras
Ardebant, sed res animos incognita turbat.
Dissimulant, et nube cava speculantur amicti,
Quae fortuna viris; classem quo litore linquant;
Quid veniant. Cunctis nam lecti navibus ibant,
Orantes veniam, et templum clamore petebant.
Postquam introgressi, et coram data copia fandi,
Maxumus Ilioneus placido sic pectore coepit:

quoniam humeris tenus exstat prae inter ceteras. Decus potenter admodum declaratur tacita aetitia matris Latonae. — 504 Urbem condendam praeclare *opus regnumque futurum* appellat. — 505. 506 *Media testudine templi*, i. e. medio templo, Latino usu, quatenus intra fores consederat; cum omnia dicantur *media*, quae sunt post principia. *saepta armis*, armatis, satellitibus, quod vulgare est; illud: *iura legesque dare* nihil esse aliud moneo quam *ius dicere*. In templa autem senatum cogi, ibi tribunalia poni, notus Romanorum mos, ad quem haec reficta. *solio alte subnixa, resedit* ornate; erant autem throni excelsi, ideoque pedibus subiecta scabella. — 507. 508 Opus aedificationis *partiebatur* inter cives suos vel de sententia vel sorte. *sorte trahebat opus* doctius, quam trahere sortem ad assignandum opus, sorte ducta opus assignare. — Mox *concursu magno* cum pluriam concursatione. (ut v. 519. *clamore* ad multitudinem comitantium referendum est. *W.*) — 510 Sunt sup. 220. sqq. inter amissos memorati. — 516 *Dissimulant* pro vulgari: continent se, quo minus prorumpant, quia rerum eventus et conditionem non satis norant. — 519 *Orantes veniam* simpl. propitiam et benevolam voluntatem, ut ne escendere ac litus tenere prohiberentur. Scilicet, ut sequens oratio v. 525. sqq. ad intelligendum expedita sit, cogitandum, naves illas ad litus, quod raro adiri solebat, appulsas pro praedatoriis, λησταῖς, fuisse habitas. Accurrerant Poeni, prohibentes Troianos escendere, sin fecissent, igni naves comburere minati erant.

521 *Maximus*, sc. natu, ut 654. *natarum maxima*, absolute: nisi intelligere mavis: princeps inter ipsos, et auctoritate eminens. Ita simpliciter alibi Aen. III, 107. *Maximus unde pater, Teucrus.* — *placido pectore*, h placide, placida et leni oratione. (*Placido*

O Regina, novam cui condere Iuppiter urbem
Iustitiaque dedit gentis frenare superbas,
Troes te miseri, ventis maria omnia vecti,
Oramus: prohibe infandos a navibus ignis;
Parce pio generi, et propius res adspice nostras.
Non nos aut ferro Libycos populare Penatis
Venimus, aut raptas ad litora vertere praedas;
Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt,
Terra antica, potens armis, atque ubere glebae;
Oenotri coluere viri, nunc fama minores

ere legatos alloquitur Latinus VII, 194. *W.*) — 522 sqq. Oratio egregie ad consilium et ad affectum dicentis audientisque comparata, quam qua non sine fructu comparas alteram ad Latinum R. habitam Aen. VII, 213. sqq. Praeclarum hoc: *novam cui condere Iuppiter urbem* — grave ad humanitatis officia argumentum apud Didonem. Similiter expende reliqua. — 523 *gentes superbas*, feroces, int. Afros, non Poenos. *iustitiam* ad totum mitiorem vitae cultum *legesque ac iura data* refer, quibus feritatem eorum mitigavit Dido. (*vect. mar.*, per maria, ut *navigare aequor* v. 67. dicitur, et *innare, innatare fluvium*, alia. *W.*) — 525—526 *Infandos ignes*, qui adversus fas fasque gentium inferuntur. *pium genus*, Troiani h. l., qui nullam iniuriam, nullum nefas commiserant, praedas agendo. Nam *pietas* interdum pro iustitia memoratur, quatenus haec metu deorum et religione sancitur. — *propius adspice res nostras*, conditionem et locum, quo sumus, accuratius inspice; sc. deprecatur iudicium de se ex primo rerum adspectu fortunaeque specie, postulatque a regina, ut accuratius sibi, qui sint, exponi patiatur. — Non se ad populandas incolarum terras ac sedes venisse ait. *H. populare* ad eandem hominum speciem; nam *populari* dicitur locus, qui incolis privatur. Liv. III, 6. *urbs Romana morbo populata*. cf. *vastare* 471. *W.* — 528 *Vertere praedas* exquisite pro auferre, abigere. — 529 *Ea vis*, audacia, ut alias; eadem mox *superbia*, insolentia. — 530 Ex Ennianо: *Est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant*, expressum esse, iam Servio notatum et Macrobio VI, 1, elegantiore utique oratione. Porro v. 530 — 533 repetuntur III, 163. sqq. *Est locus* h. l. pro regione. Non hic locum habet grammatica subtilitas. Quod autem *Hesperiam* pro Italia dicit, maiorem habet antiquitatis auctoritatem. Quod Graecum nomen inter Tyrios memorat, super hoc argutari in poëta epico nefas. — 531 *Terra antica*, a prima inde hominum memoria habitata, non ignobilis et obscura, cf. Not. ad I, 12. *potens armis atque ubere glebae*, incolarum fortitudine et soli ubertate excellens, *οὐθαρ ἀρούρης*. (*γουνὸς ἀρούρης* Od. 11, 195. *W.*) Nobilissimus inter veteres versus. — 532 *Oenotri*, Pelasgi, qui agrum in interiore Italiae inferioris litore occupaverant, unde Oenotria dicta primum regio, tum inter poëtas omnis Italia. *minores*, proprie, nati. Virgilius ad posteros vel seriores transferre solet, ut v. 733. et al.

Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
Huc cursus fuit;
Quum subito adsurgens fluctu nimbosus Orion
In vada caeca tulit, penitusque procacibus austris
Perque undas, superante salo, perque invia saxa
Dispulit. Huc pauci vestris adnavimus oris.
Quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem
Permittit patria? Hospitio prohibemur arenae;
Bella cient, primaque vetant consistere terra.
Si genus humanum et mortalia temnitis arma,
At sperate deos memores fandi atque nefandi.
Rex erat Acneas nobis, quo iustior alter,
Nec pietate fuit nec bello maior et armis;
Quem si fata virum servant, si vescitur aura
Aetheria, neque adhuc crudelibus occubat umbris,

gentem autem doctius posuit pro *terra* Homerico more, δῆμος Φαιήκων pro insula. — 535 — 538 *Subito fluctu*, repentina tempestate commota, *assurgens*, ut *mare assurgit fluctibus*, cum proprie *fluctus assurgant in mari*. *Orion* dictus omnino pro tempestatibus ac procellis, quales fere eius ortu vel occasu exoriri solent. *Il. Orion* dicitur nimbosus Aen. IV, 52. De eo, auctore tempestatum, egit *Ideler* Monatl. Corresp. v. Zach. 1813. Dec. p. 547. — *fuit — quum tulit*. Eadem consecutio temporum exstat apud Tacit. Histor. I, XI f. *IV. in vada caeca*, latentia, vid. v. 111. — *procacibus austris* ornate: ventorum procellosorum vi ac tempestate victos, partim per altum, partim inter scopulos penitus nos disiecit. *procaces austri*, venti vehementes; Horatio *protervi*, Gr. ἀϊσσοντες. *superante salo*, fluctibus, victa a maris ac procellarum vi navigantium arte et labore. Ita sup. 122. *vicit hiems*, et inf. II, 311. *Volcano superante*. — *adnavimus*, appulimus, ut poëtae solent. — 540 *Hospitio arenae*, ornate pro a litore, ab escensu in litus; mox *primam terram* dixit. — 542 Agnosce poëtici sermonis indolem, pro abstracto: ai *humanitatem*, humanitatis iura et officia, et *vindictam iniuriae*, quam ira hominum pectoribus insita erga eos, qui iniuriam aliis faciunt, exigere a vobis potest (haec enim sunt *mortalia arma*), pro nihilo ducitis; saltem illud reputate, deos esse iusti iniustique inspectores, iniuriaeque ultores; θεῶν δ' ὑποδείσατε μῆνιν, Od. β, 66. In voce *sperate* inest notio *metuere*, quod frequens est Latinis poëtis. Oeconomia carminis in hoc occursu Aeneae et sociorum, et in horum laudibus Aeneae, quem eas audire ignorabant, est praeclara. — 544 *Iustior pietate*, ut vulgo iungi video, durissimum. Praestat interpungere: Quo *iustior alter*, *Nec p.*, h. e. Quo nec alter iustior, nec maior fuit pietate, bello et armis. Ἀμφότερον, βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατερός τ' αἰχμητής, de Agamemnone Il. γ, 179. — 546. 547 *Vesci aura* antiquum est, et ex Lucretio notum pro *frui*. *occubat umbris*, exquisite secundum illam formam: *occumbere morti* lib. II, 62. A tautologia hos duos versus si liberatum

Non metus, officio ne te certasse priorem
Poeniteat. Sunt et Siculis regionibus urbes,
Arvaque, Troianoque a sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et silvis aptare trabes et stringere remos;
Si datur Italiam, sociis et rege recepto,
Tendere, ut Italiam laeti Latiumque petamus;
Sin absumta salus, et te, pater optume Teucrum,
Pontus habet Libyae, nec spes iam restat Iuli,
At freta Sicaniae saltem sedesque paratas,
Unde huc advecti, regemque petamus Acesten.
Talibus Ilioneus; cuncti simul ore fremebant
Dardanidae.

Tum breviter Dido, voltum demissa, profatur:

is, ratio in hoc quaerenda, quod ea maxime notio disertius et significantius exponitur, quae rei summam continet, et cui adeo animus maxime immoratur seu deliberatione seu animi affectu. conf. v. 555. et 556. (Eiusmodi iterationem sententiae artificiosam vide apud Iuven. VII, 53 — 55. *W.*) Ante oculos habuit poëta illa: *Εἴ που ἔτι ζώει, καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο. εἰ δ' ἤδη τέθνηκε, καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν* — Od. *v*, 207: *ξ*, 44. et al. — 548 Non metuendum est, ne te poeniteat aliquando, beneficiis nos provocasse; pro his certissimam retributionem exspectare potes. De *Acesta* cf. sup. 195. Eius urba *Aegesta* intelligenda. — 549 Occurrit tacitae sollicitudini, quae reginae animum subire posset, no in terra considere vellent, ostendens, aut, Aenea superstite, in Italiam se traiecturos esse, aut, eo defuncto, in Siciliam habitatum discessuros. — 551 *Subducere classem*, *ἐρύειν ἤπειρόνδε* Homero; vulgo *κατάγειν*. — 552 In silvis trabes *aptare* navibus, et *stringere* ferro, amputare, dolare, adeoque omnino incidere arbores, quae pro remis sint, h. e. naves reficere. Mox *rex* pro duce, ut saepe. — 554 *Ut Italiam petamus*, docte omisso, ex Graecorum more, verbo, a quo ut cum subiunctivo pendet, *rogamus, liceat nobis per te, o regina, Italiam petamus.* Nam, si continuares: *aptare trabes et stringere remos, eo consilio, ut Italiam petamus*, prosaicum id foret: similiter v. 557. 558. *H.* Iunge: *apt.* et *str.*, *ut petamus Italiam, si datur — aut Siciliam, si salus absumta.* Vide hanc membrorum posituram apud Cic. Catil. I, 7, 18 *Quamobrem discede, atque hunc mihi timorem eripe, si est verus, ne opprimar, sin falsus, ut tandem aliquando timere desinam.* Non omnes constructiones pedestres indignae et fugiendae poëtis. Neque quisquam, verbo *rogamus* vel simili omisso, *ut* cum coniunctivo posuit. *W.* — 555. 556 *Sin absumta salus*, si nulla salus, nulla salutis spes est, sin periimus, siquidem is perit, in quo res nostrae positae sunt, una cum Iulo; — *spes Iuli* ornate pro Iulo. — 557 Siciliam repetere liceat. — 559 *Fremitus* h. l. ac murmur adsensum commotis hominum animis indicat. Simplicius Homericum: *Ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοί.*

561 *Vultu demisso* et *breviter* fatur Dido. Adde haec ad 496. sqq., et observa, qua arte poëta

Solvite corde metum, Teucri, secludite curas.
Res dura et regni novitas me talia cogunt
Moliri, et late finis custode tueri.
Quis genus Aeneadum, quis Troiae nesciat urbem,
Virtutesque virosque, aut tanti incendia belli?
Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni,
Nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe.
Seu vos Hesperiam magnam Saturniaque arva,
Sive Erycis fines regemque optatis Acesten,
Auxilio tutos dimittam, opibusque iuvabo.
Voltis et his mecum pariter considere regnis?
Urbem quam statuo, vestra est; subducite naves;
Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
Atque utinam rex ipse, noto compulsus eodem,
Adforet Aeneas! Equidem per litora certos
Dimittam, et Libyae lustrare extrema iubebo,
Si quibus eiectus silvis aut urbibus errat.

descriptionem faciat; et vide, quid adhuc desit, ut Didonem unice studio tuo dignam habeas. Iam in ipsa oratione pudor cum dignitate, prudentia cum summa humanitate maxime elucescunt. — 563. 563 *Secludite curas*, exquisitius quam excludite, eiicite, deponite sollicitudinem ac metum. *Res dura*, quod vulgo: res dura, dura rerum conditio, quae cogit aliquid vel invitos facere (*moliri*) — mox *custos* pro viris in custodia finium et praesidio locatis. — 566 Possis sane per *virtutes virorum* exponere; sed proprie tamen utrumque vim habet suam, nec amplectar facile iciunam figuram hendiadyn. *virtutes*, res praeclarae, fortiter gestae. — 567. 568 *Non adeo obtusa pectora*, h. e. stupida ingenia, habemus, non tam barbari sumus, ut Troianorum res praeclare gestas et fata ignoremus. *Nec tam aversus equos Tyria Sol iungit ab urbe*, h. e. nec tam remotas a sole, a solis cursu et orbita, terras incolimus; id quod ad eandem cum praecedente sententiam redit, quatenus *frigus* ad animi stuporem adeoque ad feritatem et immanitatem transfertur; et remotiores a solis orbita terrae id pati creduntur. Sol *iungit* equos, pro consequente: agit; *aversus*, in aversa, remota ab aequatore, coeli parte. — 569 *Hesperiam magnam*, simpl. potentem. Aliter eadem terra Graecia magna dicitur. *Eryx*, vid. V, 759. — 570 *optatis*, praefertis. — 571 *Auxilio tutos*, quod in prosa: rebus necessariis instructos, munitos. Pedestris esset oratio, si acciperes: *dimittam* cum *auxilio*. praesidio. *II, auxil. tut. d.* Tac. Ann. I, 39. *legatos* (quorum vitae timendum erat) *praesidio auxiliarium equitum dimittit* (Germanicus). — *opes* dicuntur omnia, quibus subvenimus, recreamus, res necessariae. Et erant Troiani *omnium egeni* 599. Alio sensu hic versus legitur VIII, 271. *W.* Mox *statuo* exquisite pro condo, ut ἱδρύω et *pono* — 575 *compulsus*, non: coactus; hoc tenue esset; sed: huc depulsus, delatus: — mox *certos* exquisite, quibus fides haberi possit; *Dimittam*, in diversas partes mittam.

His animum adrecti dictis, et fortis Achates
Et pater Aeneas iamdudum erumpere nubem
Ardebant. Prior Aenean compellat Achates:
Nate dea, quae nunc animo sententia surgit?
Omnia tuta vides; classem sociosque receptos.
Unus abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi
Submersum; dictis respondent cetera matris.
Vix ea fatus erat, quum circumfusa repente
Scindit se nubes, et in aethera purgat apertum.
Restitit Aeneas, claraque in luce refulsit,
Os humerosque deo similis; namque ipsa decoram
Caesariem nato genetrix, lumenque iuventae

579 Prorumpit tandem omnia videns satis tuta et secunda esse Aeneas et in conspectum prodit.— 582 *Animo sententia surgit*, ad eam formam, qua *stare*, *sedere*, *insidere* dicitur. — 584 *Unus* Orontes. v. 113. sqq. — 585 Sup. 390. sqq. — 586 *Οὔπω πᾶν εἴρητο ἔπος, ὅτε*, Odyss. π, 11. — 587 *Purgat* se, solvitur, extenuatur nebula (*καὶ τότε δὴ ῥ' αὖτοῖο πάλιν χύτο* (non *λύτο*) *θέσφατος ἀήρ*. Od. η, 143) in *aetherem apertum*, ut aer purus redderetur, et *clara lux*, remota nebula; et *refulsit* pro vulgari: apparuit, nihil amplius. Nunc puta eum adstitisse multo pulchriorem adspectu, quam unquam antea. Valent autem haec ad primos statim amoris igniculos, conspecto Aenea, in Didone excitandos. Declaratur forma et dignitas viri per partes: species oris et pectoris heroe vel deo digna, decor iuvenilis, gratus oculorum vigor. — 589 *humeros*, int. latos ac torosos, herois vel dei, v. c. Mercurii vel Martis, qui corporis robur viriumque efficaciam declarant; quod apparet in statuis veterum. Locus insignis est Valerii Fl. II, 490, ubi Hesione Herculi: *me eripe — namque potes. neque enim tam lata videbam Pectora, Neptunus murus quum iungeret astris; Nec tales humeros pharetramque gerebat Apollo.* Ceterum locus efictus ad Homericam formam, Odyss. ζ, 229 — 235. et, nisi huc iidem translati, ψ, 156 — 162, ubi Ulyssi Minerva simile decus divinum impertit. Verba *Os humerosque deo similis* ornatius exprimunt formam augustam et divinam, quam Homerus simplicius: *θῆκε — Μείζονά τ' εἰσιδέειν καὶ πάσσονα*. cf. Odyss. π, 174. sq. — 590 *ipsa decoram Caesariem nato genitrix — adflarat*, non quasi comas eius breviores in promissiores mutarit; sed, quod omnino dicendum erat, pulchriorem adspectu reddidit dea, hoc per partes enuntiatur: effecit dea, ut similis esset Apollini vel Baccho, qui in vulgus notabiles sunt caesarie sua. — *lumen iuventae purpureum* ornate pro *iuventa* eximia et pulchra. *lumen* est nitor; nitor autem iuventae proprie tribuitur. *purpureus* pro pulcher omnino, aut nitidus, quia in purpura nitor et splendor praecipue spectatur, vid. ad Horat. IV, Carm. I, 10, qui idem III, 3, 11. 12. ad divinam formam retulit, *quos inter Augustus recumbens* purpureo *bibit* ore *nectar*. Iuventam autem cum caesarie iunxit Tibull. I. 4. 37. *Solis aeterna est Phoebo Bacchoque iuventas*; *Nam decet in-*

Purpureum, et laetos oculis adflarat honores:
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.
Tum sic reginam adloquitur, cunctisque repente
Improvisus ait: Coram, quem quaeritis, adsum
Troïus Aeneas, Libycis ereptus ab undis,
O sola infandos Troiae miserata labores,
Quae nos, reliquias Danaum, terraeque marisque
Omnibus exhaustos iam casibus, omnium egenos,
Urbe, domo, socias, grates persolvere dignas
Non opis est nostrae, Dido, nec quidquid ubique est
Gentis Dardaniae, magnum quae sparsa per orbem.
Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid
Usquam iustitia est et mens sibi conscia recti,
Praemia digna ferant. Quae te tam laeta tulerunt

tonsus crinis utrumque decus. — 591 *Laetos oculis afflarat honores:* fecit, ut inesset oculis desiderabilis aliqua venustas, gratia, χάρις καὶ ἵμερος. *honores* dixit pro honore; *honos* autem pro pulchritudine; res nota. *laetos* ad oculorum fulgorem, qualis in lucido iuventae et pulchritudinis flore esse solet, referes; nam *laeta* poëtis proprie lux, nitor. *afflarat*, quod Homerus dixit, affuderat, κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις et — κὰκ κεφαλῆς χεῦεν πολὺ κάλλος Ἀθήνη. *afflare* hoc sensu ductum videtur inde, quod contactus hoc genus est, parum sub sensum cadens; unde *spirare*, *spiritus*, etiam ad res non sensiles traductum; itaque et vates et poëtae *afflari* dicuntur, quippe *contacti*, *percussi*. Ita et *fulmen afflare* dicitur. — 592. 593 Comparatio referenda ad Aeneam *nube circumfusum*, quod *clara in luce refulsit*, ut opus vel ornamentum eburneum, argenteum vel marmoreum, auro inclusum, aurea ora ambiente, ita ut ex auri splendore flavescente ipsum opus, quod inclusum est, maiorem nitorem mutuetur. cf. Aen. X, 135. sq. et Homer. l. c. *H.* Comparatio esse videtur haec: pulchritudo Aeneae aucta est, decore singulis partibus a Venere circumfuso, sicut eboris aut argenti aut marmoris, si auro affabre ornatur; membraque ita cohaerere: et Venus tale Aeneae addidit decus, *quale addunt — aut* quale est, *ubi*. — *W.* Sane Homeri aetate aliquid eximii ornatus habebant haec multo magis, quam Virgilii aevo. *quale manus* artificis: h. ut tale esset decus, talis pulchritudo, quale est decus, quod addunt manus. Reliqua variata sunt pro: eburi aut argento aut Pario marmori, si includunt illud auro. — 595 sq. Praeclara et affectus plena oratio. *reliquias Danaum*, a Danais relictos; passive, ut aiunt; stragi Troianorum ab Achivis factae superstites. — *exhaustos*, attritos, consumtos, vexatos. — *socias*, de conatu, recipere vis. — 603 Ante oculos fuit Ulyssis ad Nausicaam oratio pulcherrarum sententiarum plena, ubi Odyss. ζ, 180. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς etc. — 604 Si non iusne nomen est iustitia. — 605 Felix hominum aetas, in qua te, tam generosam feminam, nasci contigit! *laeta* sae. sunt fausta, felicia. Compera l. c. Od. ζ.

Saecula? qui tanti talem genuere parentes?
In freta dum fluvii current, dum montibus umbrae
Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet:
Semper honos nomenque tuum, laudesque manebunt,
Quae me cumque vocant terrae. Sic fatus, amicum
Ilionea petit dextra, laevaque Serestum;
Post alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
Obstupuit primo adspectu Sidonia Dido,
Casu deinde viri tanto; et sic ore locuta est:
Quis te, nate dea, per tanta pericula casus
Insequitur? quae vis inmanibus adplicat oris?
Tune ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
Alma Venus Phrygii genuit Simoentis ad undam?
Atque equidem Teucrum memini Sidona venire,
Finibus expulsum patriis, nova regna petentem

154 — 157. De hac laudandi ratione v. Ovid. IV, Met. 322. sqq. et ibi Burm. — 607 — 610 Quod Tibullus I. 4, 65. nude: *dum robora tellus — vehet*, hoc ornatius extulit Virgilius: donec umbrae silvarum *convexa* montium, h. e. latera et ambitus, adeoque montes convexos, obscurabunt, et ornatius *lustrabunt*, umbra pro flexu solis procedente et circumagente se. *polus dum sidera pascet* pro habebit. *polus pascere sidera* dici potest, pro sidera pasci in polo, quatenus stellae errare et vagari per coelum videntur. Et Callimachum expressum esse a nostro, iam ab aliis est notatum in Del. 176. — *Τείρεσιν, ἠνίκα πλεῖστα κατ' ἠέρα βουκολέονται.* Cum tamen Lucretianum I, 232. *unde aether sidera pascit?* et alia loca videri possint poëtae animo insedisse, Servianam interpretationem non plane spernes, ut ad philosophorum opinionem referas, qua astra marinis terrenisque humoribus in vapores attenuatis (ἀποῤῥοίαις) ali putabantur. vid. l. l. a Cerda et Burm.; quemadmodum iris imbibere imbres. v. ad Tibull. I, 4, 44. *Il.* Verba *polus sidera pascit* linguae ratio neque ad hanc ab Heynio commemoratam opinionem accommodari patitur neque ita intelligi: stellae in polo *errant* (hoc est *βουκολεῖσθαι*); sed Virgilius dicit aperte, polo inesse vires alendi sidera. *W.* — 609. 610 Quocunque abiero, beneficii accepti memor ero. nam *manent* etiam ea, quorum memoria servatur. — 610. 612 Laetus et gratus benevolentiae et amicitiae affectus in his versibus observandus.

615 *casus* est fortuna, ut statim v. sq. Respexit h. l. Silius II, 412. sqq. — 616 *Immanibus oris* Libyae, cuius immanes et feri incolae; sive etiam horridae et asperae incultaeque terrae; aut ipsa litora periculosa, in navigantes. *applicat*, ita tulit, ut navem applicueris: ut v. 377. *adpulit.* — 617. 618 Secundum versus II. *β*, 820. 821. Sic Nympharum partus ad fluminum ripas plerumque collocant poëtae. — 619 — 626 Teucer, a patre Telamone non admissus (cf. Horat. I, 7, 21), cum Cyprum petiisset, accessisse ad Belum, Sidonis ac Tyri regem, putandus est, ut, cum ab eo copiae in Cypro haberentur, earum auxilio adversus incolas insulae uteretur, quos in nova sibi sede, Salamine, paranda alienos et infestos experie-

Auxilio Beli; genitor tum Belus opimam
Vastabat Cyprum, et victor ditione tenebat.
Tempore iam ex illo casus mihi cognitus urbis
Troianae, nomenque tuum, regesque Pelasgi.
Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,
Seque ortum antiqua Teucrorum ab stirpe volebat.
Quare agite, o tectis, iuvenes, succedite nostris.
Me quoque per multos similis fortuna labores
Iactatam hac demum voluit consistere terra.
Non ignara mali miseris succurrere disco.
Sic memorat; simul Aenean in regia ducit
Tecta; simul divom templis indicit honorem.
Nec minus interea sociis ad litora mittit
Viginti tauros, magnorum horrentia centum
Terga suum, pinguis centum cum matribus agnos,
Munera laetitiamque dii.
At domus interior regali splendida luxu'

batur. — *Opimam* Cyprum dixit, quam in prosa *opulentam*, et *laude ferebat* pro efferebat laudibus. *reges Pelasgi* pro Achivorum ducibus; etiam hoc licentius et seriorum poëtarum Graecorum exemplo; nam Homero Pelasgi diversus ab Achivis sunt populus. — *Teucros*, Troianos, ab antiquiore illo Teucro dictos, a quo Dardanus fuit exceptus, cum e Samothracia in terram Troianam traiecisset: v. Apollod. III, 12. sqq. Ab his originem ducere videri volebat Teucer Telamonius; propter maternum genus, ut recte Serv. Erat enim ex Hesione Laomedontis filia natus, quam Telamon a sodali Hercule muneris loco acceperat. v. Sophocl. Ai. 1300. sqq. — 630 Nobilissimus versus; gravissima sententia; cuius, cum v. 628. 629., vi declarata, si adolescentem non voluptate gestire videas, nae illum a poëtae lectione statim abigas. suadeo. Sensus: ipsa *οὐκ ἀπειρόκακος*, ipsa tot mala experta, animum habeo pronum ad succurrendum aliis, qui fortuna adversa iactantur. *disco*, teneo, novi. — 632 *Simul divum templis indicit honorem.* Si de supplicatione diis propter felicem Aeneae hospitis adventum decreta cum Serv. et aliis intelligimus, a more antiqui saeculi recedere dicendus est poëta et deflectere ad suae aetatis vitam. Nam, ut ex toto Homero satis constat, heroicis temporibus, hospitis adventu in domo statim sacrum fit, caeditur victima, et ex ea epulo sacro hospes excipitur. — 634 *Horrentia* setis seu pilis, et *terga suum* pro suibus. In toto loco ante oculos poëta habuit Odyss. ϑ, 59. sqq. — 636 *Munera laetitiamque dii*, h. diei: ut tauri, sues, ovesque cum agnis sint munera, quibus diem tam faustum hilariter exigant. Sunt *τὰ ξεινήϊα*, munera hospitalia. Vulgo erat *m. laetitiamque dei*, vinum laetificum; at sic lyrica audacia dictum videtur: *laetitia dei*; ferrem *laetitiam Bacchi*. Et aliter dicitur *γάνος βοτρύων, ἀμπέλου*; aliter etiam infra: *Adsit laetitiae Bacchus dator*; v. 734; ex quo Silius *Bacchi dona* duxisse videtur. — 637 Iam Catullus dixerat LXIV, 46 — *quacunque opulenta recessit Regia — Tota domus gaudet regali splendida*

Instruitur, mediisque parant convivia tectis:
Arte laboratae vestes ostroque superbo,
Ingens argentum mensis, caelataque in auro
Fortia facta patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiqua ab origine gentis.
Aeneas (neque enim patrius consistere mentem
Passus amor) rapidum ad navis praemittit Achaten,
Ascanio ferat haec, ipsumque ad moenia ducat.
Omnis in Ascanio cari stat cura parentis.
Munera praeterea, Iliacis erepta ruinis,
Ferre iubet, pallam signis auroque rigentem,
Et circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus Argivae Helenae; quos illa Mycenis,
Pergama quum peteret inconcessosque Hymenaeos,
Extulerat, matris Ledaae mirabile donum:

gaza. cf. reliqua. — *lux* praeclare pro apparatu regali. — 639 Brevitatis, utpote in narratione, et poëticae elegantiae studium omissionem verbi peperit: *sunt*, vel *instruuntur*. — intellige autem vestes, stragulas purpureas magna arte textas. *Ostrum superbum*, splendidum; inf. 697. et 700. *aulaea superba* et *ostrum stratum*. — 640 Vasa magna argentea, et aurea caelata factis maiorum Didonis. (cf. Not. ad III, 466. *W.*) *Caelata*, opere anaglypho, seu exstantibus figuris; quae constans vocis est notio. — *series rerum ducta*, deducta; non autem de opere e metallo conflato, ut *duci* solet dici alias.

645 Affectus paternus bene a poëta exhibitus; tum generosum Aeneae studium benevolentia reginae provocatum. *amor non passus est mentem consistere*; ergo eum agitavit, permovit, ut filio nuntiari iuberet fortunae vices secundas, eumque arcesseret. *ferat*, nuntiet omnia haec, quae accidissent. In versu seq. *stat* pro *est*, vulgari verbo. *cari patris*, φίλου πατρός, h. l. pro amantis. — 647 —.656 Apud Homerum munera fere ξεινήια hospitibus advenis dantur ab iis, qui excipiunt. Hoc loco iubet Aeneas apportare Achatem e navibus, quae Didoni donet. — *palla signis auroque rigens*, intextis rerum vel hominum formis ex auro. Laudant Pindari Isthm. VI, 58 59. — Ὀλυσσόχου φιάλαν χρυσῷ πεφρικυῖαν; quod illustraret *pateram aureis signis horrentem*, h. e. asperam signis exstantibus. At h. l. *rigent vestes* plenae ac densae auro, quo pertextae et effictae sunt in tela figurae, Aen. XI, 72. *Tunc geminae vestes auroque ostroque rigentes. Extulit Aeneas*: quas Dido — *tenui tela discreverat auro. rigentes togas* ex nostro duxit Claud. I, 205. — *circumtextum velamen acantho*, praetextum acanthi foliis, vestis oram ambientibus. De *acantho*, sativo, *branca ursina*, vel capitulorum in columnis ornatu nobili herba, v. ad Ecl. III, 45, ubi in poculis ansae acantho circumlitae, ut apud Ovid. Met. XIV, 701. crateris os. *croceum*, quod eius genus est; nam vulgare est flore albo. Calpurnius Ecl. IV, 68. *rutilum* dixit, ubi Tityrum *cantantem rutilo spargebat acantho Nais*. Et similiter puto *Sidonium* Statius in loco ex nostro expresso III Silv. I, 37, 38. *Hic tibi* (Hercules) *Sidonio celsum pulvinar acantho* (h. e. cui

Praeterea sceptrum, Ilione quod gesserat olim,
Maxuma natarum Priami, colloque monile
Baccatum, et duplicem gemmis auroque coronam.
Haec celerans, iter ad navis tendebat Achates.
At Cytherea novas artis, nova pectore versat
Consilia, ut faciem mutatus et ora Cupido
Pro dulci Ascanio veniat, donisque furentem
Incendat reginam, atque ossibus implicet ignem.
Quippe domum timet ambiguam, Tyriosque bilinguis;

intextus ex purpura acanthus) *Texitur, et signis croscit torus asper eburnis.* Tum *velamen* seu omnino peplus, vestis, seu expressum est τὸ κρήδεμνον, quo caput velari, et, si complicaretur, frons religari poterat. Homerico vero more v. 650 — 652 commendatur *velamen* illud ex eo, quod in mundo Helenae fuerat. Abstulerat autem cum Helena (Ἀργείην Ἑλένην latiore sensu, etsi Spartanam iam Homerus adpellaverat) Paris multas vestes et ornamenta, κειμήλια, quae ipsa cum Helena repetebant Achivi. v. Il. γ, 70. et al. — 653 Habes *sceptrum*, h. e. hastam vel scipionem, insigne puellae regiae, ut omnino hominum genere vel honore insignium. Sic apud Eurip. Troad. 150. Hecuba Σκήπτρῳ Πριάμου διεροιδομένην choros se celebrasse dicit. *Ilione* vid. Hygin. fab. 109. — 655 Coronam intelligo duplici materia, h. e. diadema, nam de eo agitur, aureum, gemmis distinctum, quo in monumentis antiquioribus saepe deas ornatas videas, Ov. Met. XIII, 704. *Dant pateram, claramque auro gemmisque coronam.* neque aliter dictum, quam ad Virgilii imitationem (sententia tamen ex Homero expressa Il. χ, 470. 471. Κρήδεμνόν θ', ὃ ῥα etc.) apud Valer. Fl. VIII, 235, ubi Venus Medeam ornat: *ipsa suam duplicem Cytherea coronam Donat;* nam ipso Flaccus sese interpretans subiicit: *et aurum alia cum virgine gemmas;* et paullo antecesserat similis forma: *ipsa suas illi croceo subtemine vestes induit.*

657 sqq. Viderunt iam Germanus et Ursinus, in toto Veneris artificio et machinatione Virgilium ante oculos habuisse Apollonium, cuius cf. lib. III, 7. sqq.: inpr. 25. sq.: 112. sqq. Venus, Aeneae timens, ne Iunonis fraude Didonis et Poenorum voluntas in Troianos mutetur, reginam eius amore inflammat; eodem metu impulsa mox in nuptias consentit inf. IV, 107. sqq. — 659. 660 *Donis furentem* vix, nisi dure admodum, dicas; quamvis v. 713. *Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.* Melius *ut donis incendat reginam furentem*, amore inter haec ipsa actam, aut, ita ut amore furat, insaniat. Sic et alibi ut IV, 92. *animumque labantem impulit*, ut labaret — *ossibus implicet ignem*, exquisitiore forma, quam *ossa implicet igni*, h. e. ipsis ossibus ac medullis, ut de amore loqui mos est, flammas inserat, immittat, insinuet. (Ad constructionem *ossibus implicare ignem*, Aen. VII, 355., conf. Cic. de Divin. I, 56. *Dii vim suam naturis hominum implicant*, h. e. penitus immittunt. Eodem sensu dici: *ossa implicare igne* me fugit. *W.*) — 661. 662 *domum ambiguam* puto pro stirpe, gente Didonis dictam, et ad fraudulentum Pygmalionis ingenium respici. Locus Aen. IV, 96. 97. aliter se habet. Convenit populi ingenium, notatum verbis *Tyriosque bilinguis*, h. e. fallaces.

Urit atrox Iuno, et sub noctem cura recursat.
Ergo his aligerum dictis adfatur Amorem:
Nate, meae vires, mea magna potentia solus,
Nate, patris summi qui tela Typhoïa temnis,
Ad te confugio, et supplex tua numina posco.
Frater ut Aeneas pelago tuus omnia circum
Litora iactetur odiis Iunonis iniquae,
Nota tibi, et nostro doluisti saepe dolore.
Hunc Phoenissa tenet Dido, blandisque moratur
Vocibus; et vereor, quo se Iunonia vertant
Hospitia; haud tanto cessabit cardine rerum.
Quo circa capere ante dolis et cingere flamma
Reginam meditor, ne quo se numine mutet:
Sed magno Aeneae mecum teneatur amore.
Qua facere id possis, nostram nunc adcipe mentem:

Urit Iuno atrox, infesta; cogitatio de Iunonis in Aeneam odiis et consiliis eam cruciat. *sub noctem*: vesperi haec geruntur. v. inf. 726. Narratum autem de dea secundum morem humanum; nocte quippe ingruente curae ac sollicitudines recrudescunt. 664 — 666 *Meae vires, mea potentia*, splendide pro: per quem ego valeo et potens sum. Petiere hinc alii, ut Statius I Silv. 2, 137. *tu, mea summa potestas;* adde Ovid. V Met. 365. Paullo aliter filii patrum σθένος, robur, dicuntur; unde et Tragici, v. c. Eurip. Troad. 570. Astyanax Ἕκτορος ἴσις. Amor Iovis fulmina frangens aut calcans elegans poëtarum et artificum veterum lusus, suavi cum varietate expressus passim occurrit in gemmis. v. c. Mus. Flor. T. II, t. 16, 1. — *tela Typhoïa*, (*Τυφωΐα*, alias *Τυφώεια*) quibus Iupiter usus est in Typhoeum. — *tua numina posco*, tuam opem et auxilium imploro, quod per *potentiam* et *numen* declarat. — 667 — 672 *Nota tibi* sunt, ut Graeci, pro: notum tibi est, quemadmodum Aeneas fr. *H.* Talia nec pedestres e serioribus scriptoribus repudiarunt. Plin. Paneg. c. 54. *An prona parvaque sunt ad aemulandum, quod nemo incolumitatem turpitudine rependit? W.* — Magna autem cum arte et cum dilectu singula orationis membra sunt efficta; ut illud: *frater tuus.* — 670 Adumbratum putant ex notis vers. Odyss. α, 55 — 58, ubi Ulysses similiter a Calypso retinetur. — 671. 672 Sollicita est Venus et metuit, ne hospitium hoc Aeneae in Iunonia urbe ad eius exitium vertat (cf. IV, 96. etc.) Iunonis in Aeneam odiis. *tanto cardine rerum*, in articulo, ἀκμῇ, in tanto rerum momento, dum res summa agitur, an Troiani ab Italia fatalique regno averti possint, illa, sc. Iuno, *non cessabit*, sed novas adversus Aeneam machinas parabit, quibus eum perdat. — 673 *Cingere flamma;* ut X, 119. *moenia cingere flammis.* Sic *flamma involvere, circumdare.* h. l. amore, ut *amore irretiti, illaqueati* tenentur. *ne quo se numine mutet:* ne Iunonis machinatione aliqua animus eius mutetur. — 675 *mecum:* pariter atque ego; amet Aeneam, quem ego amo, tueor, etsi aliter, et tamquam mater. cf. Not. ad. Ecl. II, 12. *H. qua*, h. e. qua ratione, ut IV, 115. plene dicitur. cf. Val. Fl. I, 701. Et Ecl. IX, 14. *quacunque* eadem illipsi usurpa-

gius adcitu cari genitoris ad urbem
loniam puer ire parat, mea maxuma cura;
na ferens, pelago et flammis restantia Troiae.
ic ego, sopitum somno, super alta Cythera
t super Idalium sacrata sede recondam,
qua scire dolos, mediusve occurrere possit.
faciem illius noctem non amplius unam
lle dolo, et notos pueri puer induc voltus,
quum te gremio adcipiet laetissima Dido
alis inter mensas laticemque Lyaeum,
um dabit amplexus atque oscula dulcia figet,
cultum inspires ignem, fallasque veneno.
et Amor dictis carae genetricis, et alas
uit, et gressu gaudens incedit Iuli.
Venus Ascanio placidam per membra quietem
igat, et fotum gremio dea tollit in altos

— *adcitu.* Frequentes eiusdi ablativi apud Tacitum. vid. t. 1, 9. *missu Galbae A., Vitus aderat.* et 43. Add. Ann. 43. *W.* — 677 *Ascanius* deatur per *regium puerum*, quatus *rex Aeneas* saepe dictus; *xima cura*, h. e. amor, carus aeri. — 679 Conf. 647. — — 688 *Est Paphus, Idaliumtibi, sunt alta Cythera* inf. X, 86. Cythera, *τὰ Κύθηρα*, ala ipsa, Laconicae obiecta, l. *alta*, utpote insula, vel tenus montosa est. Et *Idan*, *τὸ Ἰδάλιον ὄρος*, est mons Cypro, ut 692. *in altos Idaliae os*; etsi et ipsa urbs *Idalia*, *λία χώρα*, appellata est *Idan*, unde *Venus Idalia* dicta. l *super Cythera* est pro super, Cytheris: in templo super nte Cytherorum vel Cypri. *sata sede*, *ἐν τεμένει*, in templo. Erechtheus abditus erat in nervae templo Athenis II. *β*, . et Phaëthon in templo Veis apud Hesiod. Theog. 990. illis fabula fuit de Cinyra: cf. dar. P. II, 27. *ne qua*, ratioac via, *scire* pro rescire dim. *medius occurrere*, in menegotio: sup. 348. *Quos inter medius venit furor*, h. l. de eo, qui impedimentum affert. — *faciem falle*, mentire, simula, falsam exhibe. *facies* pro toto corpore et habitu. cf. v. 658. *notos vultus*, ex more poëtarum, pro vultu proprio. — *laticem Lyaeum* pro vulgari: latex Lyaei. Sed poëtarum more pro derivato adiectivo *latex Lyaeius*, quod vix usus feret, ponitur. *inspires ignem*, pro accendas, nonne paulo durius hoc? et iungitur etiam nova rei imago: *fallasque veneno*, h. e. per fraudem venenum ei instilles. Quod autem hoc ita adstruit poëta, ut Didonem inter convivii hilaritatem, quae animum relaxat, amore inflammet, naturae humanae convenienter comminiscitur. — 690 Suaviter pro: formam Ascanii induit. — 691 *Gaudens* adiectum ut alias, *laetus*. vid. 696 — *quietem irrigat* dicitur, ut *somnum infundere*, et vulgatiore latione, *perfundere somno*, *irrigare membra quiete*. habet ab antiquioribus poëtis, Lucretio et Furio Antiate ap. Macrob. VI, 1.; qui duxere ex Homerico *ἐπὶ γλυκὺν ὕπνον ἔχευεν. περὶ δ' ἀμβρόσιος κέχυθ' ὕπνος*. Nata autem lo-

Idaliae lucos, ubi mollis amaracus illum
Floribus et dulci adspirans complectitur umbra.
Iamque ibat dicto parens et dona Cupido
Regia portabat Tyriis, duce laetus Achate.
Quum venit, aulaeis iam se regina superbis
Aurea conposuit sponda, mediamque locavit.
Iam pater Aeneas, et iam Troiana iuventus
Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro.
Dant famuli manibus lymphas, Cereremque canistris
Expediunt, tonsisque ferunt mantelia villis.
Quinquaginta intus famulae, quibus ordine longo
Cura penum struere, et flammis adolere Penatis:

quendi forma ex notione humoris primum *nocti*, tum *somno* adiuncta; unde ὑγρὸς ὕπνος. Ex eo artificum ratio ducta, quod Somnus cornu defundit quietem vel somnia. (Haec aliena. Constructio vocis *irrigare*, de cuius significatu ad Ge. IV, 115. agitur, est eadem ac verborum *diffundere per*, *didere per*. W.) *fotum gremio* ornatius quam *positum*. cf. 718. *interdum gremio fovet, amaracus*, sampsuchum vel *maiorana*, quae inter coronarias est. v. Plin. XXI. 11. s. 35. 39. — *in Cypro laudatissimum et odoratissimum* ibid. c. 22. s. 93.; et ut *umbram* h. l. efficiat, luxuriantius ibi nasci debet. Suaviter autem singula in v. 693. 694. *complectitur adspirans*, adhalando odores, ἡδύπνους. 695. 696 *Duce laetus Achate*, ornate pro habens ducem. — 697. 698 *Aulaea* sunt vestes stragulae, *spondae* et toro iniectae. Sic erant *vestes arte laboratae et ostro*, sup. vs. 639. Alia sunt aulaea Ge. III, 25. — *se composuit* pulchre pro consedit. — *sponda aurea* iungendum, ne *sponda* nude sit posita. Dicta sponda exquisitius quam lectus. — *mediamque locavit*, in triclinio.

700 Postquam Dido consederat; discumbunt locis suis Troiani; instruuntur mensae epulis; tum 707. etiam Poeni ad mensas accumbunt. Interea apportantur munera Aeneae 709., et Didonis falso Ascanio amore Aeneae incenditur. — 722. *Strato ostro*, super toro purpurea veste, stragula, strato. cf. 639. — 701. 702 *Post discubitum* hoc loco (etsi non semper, quod Interpp. volunt, ita veterum mos ferebat. v. Od. δ, 52. sq.: η, 172.) aqua affertur ad manus lavandas; adferuntur ad eas tergendas (non ad mensas integendas, ut quidam commentantur; hoc enim ut ne opus esset, mensas cum epulis ferculis tolli mos erat) χειρόμακτρα levia ac mollia (v. Not. ad Georg. IV, 377. *tonsisque ferunt mantelia villis*); simulque instruitur mensa pane e canistris depromto et apposito. Apud Homerum panis (quippe crustae vel placentae nostrae similior) in canistris apponitur, ut Od. α, 147. et al.; quod pressius sequitur noster Aen. VIII, 180. 181. — 703. 704 In interiore aedium parte erant feminae, quae panem canistris struerent, ut circumferretur et distribueretur convivis; quod vs. 701. *Cererem canistris expediunt*. Apud Gellium IV, 1. *struere penum* est instruere et adornare edulia ac cibos. — *longo ordine*, quoniam L. numero, (respexisse poëta putatur Od. η, 103. sq. de Alcinoi regia, cuius convivium expressit in sqq. ex Od. θ, 57. sq.) — *et flammis adolere*

Centum aliae, totidemque pares aetate ministri,
Qui dapibus mensas onerant, et pocula ponunt.
Nec non et Tyrii per limina laeta frequentes
Convenere, toris iussi discumbere pictis.
Mirantur dona Aeneae, mirantur Iulum,
Flagrantisque dei voltus, simulataque verba,
Pallamque, et pictum croceo velamen acantho.
Praecipue infelix, pesti devota futurae,
Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo
Phoenissa, et pariter puero donisque movetur.
Ille ubi complexu Aeneae colloque pependit,
Et magnum falsi implevit genitoris amorem,
Reginam petit. Haec oculis, haec pectore toto
Haeret; et interdum gremio fovet inscia Dido,

Penates, h. e. flammas in Penatibus; *Penates* autem dicti aut pro foco, aut pro penetrali, sive omnino pro domo; VII, 71. *caedis adolet dum altaria taedis* pro taedas in altari, exquisitiore ratione, ut passim alibi *adolere focos, aras*, et alia; et Ge. IV, 379. *adolescunt arae ignibus*, ardent ignes in aris. Statius totum h. l. expressit, sed, ut solet, ad fastidium usque appositis singulis rerum momentis, I Theb. 512. sqq., ubi — *adolere focos, epulasque recentes Instaurare iubet. Adolere focos*, quamquam sententia ambigua, etiam expressit Silius XI, 276., qui locus ex nostro est adumbratus. De voce *adolere* explicanda vid. Not. ad Ecl. VIII, 65. — 705. 706 Ducentis aliis ministerium dapum et vini apponendi mandatum. *pares aetate*, int. iuvenes, pueros, ex more. Valer. Fl. II, 655. loco hinc expresso: *centumque pares* primaeva *ministri Corpora*. Cibus apud Homer. statim ab initio apponitur; vina in poculis circumferuntur a pueris; maiores calices ad libationem faciendam ad finem coenae; ut et hic inf. 725.— 707. 708. *Per limina laeta*, in domum. Mox *tori picti* sunt vestes stragulae, cf. IV, 206. (Participium *iussi disc.* vide an cum verbo *mirantur* melius iungatur. *W.*) — 710 *Flagrantes dei vultus*. Arbitror *oculos fulgentes* indicari, utpoto Amoris: saepe ap. Ovidium *igne, ignis fulgore, micantes*, item *flagrantes oculi, flagrantia lumina amantum*. Mox *pictum* int. h. l. *circumtextum*, ex 649. — 712 — 714 *Pesti devota futurae*, θεινῶς pro amori exitiabili destinata, eo amore iam contacta. (Add. IV, 90. *peste teneri*, amore pestifero, exitioso. *W.*) Vis poëtica mox in eo, quod *mentem* addit, et quod *ardescit* illa, et quod *tuendo* pro intuendo dicitur. *Movetur* cum dilectu plus quam *delectatur, tenetur*. — 716 Ruit primum puer in amplexum patris, inde ad reginam procedit. Desiderium patris ex absentia dixit *amorem magnum*, quem explevit, satiavit amplexu. 717. sq. *Haeret* in puero — *gremio fovet*, tenet, noli ex nostro sedendi more aestimare; nam Iulus iam tum pubes fuit, si quidem ante septem annos patris ductu e Troia egressus est. Sed accumbentium situs animo repraesentandus est; ex quo Iulus applicare se gremio re-

Insidat quantus miserae deus. At memor ille
Matris Acidaliae paullatim abolere Sychaeum
Incipit, et vivo tentat praevertere amore
Iam pridem resides animos desuetaque corda.
Postquam prima quies epulis, mensaeque remotae,
Crateras magnos statuunt, et vina coronant.
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant

ginae potuit. cf. IV, 84. *miserae* pro sibi, quanta cum vi! et ex poëtae cogitatione egregie est insertum: inscia *Dido*, *Insidat quantus miserae deus*. *Acidalia*, Venus ab Acidalio fonte, qui est in Orchomeno, Boeotiae civitate, in quo se Gratiae lavant, quas Veneri constat esse sacratas. *Serv.* — *abolere Sychaeum*, h. e. Sychaei memoriam, desiderium, amorem — *praevertere* exquisite pro simplici: occupare amore. Nam quod occupamus, in eo simul praevertimus alios, ne occupent. (*praev.* antequam a Iunone capiantur, impellere. *W.*) *amore vivo*, ut *flamma viva*; opp. *resides animi*, animus ad amandum iners et qui desuevit amare. *Amor* autem *puber* h. l. ut in vet. signis apud Winckelm. *G. d. K.* p. 233.

723 Epulis peractis, fit libatio, delectat cantus citharoedi, seruntur sermones; Aeneas exoratur, ut fata sua exponat. *Postquam prima quies epulis*, h. e. cum primum epulandi finis est factus. Nam *libatio* ad finem coenae fiebat, v. ad v. 705. VIII. 184. et 273. 279. 280. cf. sup. ad v. 216. — 724 Ἀντὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο, Κοῦροι μὲν κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο, Νώμησαν δ' ἄρα πᾶσιν, (quod quidem hic aliter v. 729) Il. α, 469. 470. Meminisse autem necesse est ex Homero, statui ad coenam maiora vasa, crateras, et minoribus poculis ex iis hausta vina distribui inter singulos convivas, apud Homerum quidem per praeconem ad singulos convivas accedentem, v. c. Od. θ, in Alcinoi convivio, quod Virgilius respexit. Sedebant enim convivae in soliis parietem ambientibus, et unicuique apponebatur mensa cum cibo. Iam *vina coronant*, quo sensu a poëta dictum sit, dubitari potest. Si ad Homeri locum, unde reliqua petita sunt, respiciendum est, tum, si κρητῆρας ἐπεστέψαντο ποτοῖο expressum est, aliter quam de impletis usque ad ora poculis intelligi nequit. Sic Iliad. Θ, 232, ubi de copia cibi potusque: πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο. *Vina* tum dicta sunt pro poculis, quorum oram ambit, στέφει, vinum largiter infusum. Alia interpretatio est minus recondita, ut pocula sint coronata, sertis impositis. De his corollis cogitare heroici temporis mos non patitur, cf. Athen. I, 15. De sequiore vero aevo non dubitatur, ut Georg. II, 528. *Socii crateras coronant*. Hoc si tenemus, dicendum, Maronem maluisse morem sui temporis inferre, quam antiquum retinere; quod manifesto fecit lib. III, 525.. *Tum pater Anchises magnum cratera corona Induit, implevitque mero.* (Unice vera est posterior interpretatio. Nam *vina coronare* pro crateras vini corollis cingere ad intelligendum est pronum et rectum; at *vina coronare* pro crateras vino ad oras usque implere nemo dicere potuit; nec favent verba Homerica κρητῆρας ἐπιστέφεσθαι οἴνοιο. Vid. et Vossium ad Ge. p. 454. *W.*) — 725 Comparant illud: Μνηστῆρες δ' ὁμάδησαν ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα,

Atria; dependent lychni laquearibus aureis
Incensi, et noctem flammis funalia vincunt.
Hic regina gravem gemmis auroque popóscit
Inplevitque mero pateram, quam Belus, et omnes
A Belo soliti; tum facta silentia tectis:
Iuppiter, hospitibus nam te dare iura loquuntur,
Hunc laetum Tyriisque diem Troiaque profectis
Esse velis, nostrosque huius meminisse minores.
Adsit laetitiae Bacchus dator, et bona Iuno.
Et vos, o, coetum, Tyrii celebrate faventes.
Dixit, et in mensam laticum libavit honorem,
Primaque, libato, summo tenus adtigit ore;
Tum Bitiae dedit increpitans. Ille inpiger hausit

Odyss. α, 365. et alibi repetitum. Lectissimis verbis usus est noster, in primis *vocem volutant*, respectu ampli coenaculi. — 726 sq. Continuatam in multam noctem coenam indicare vult poëta. Observa et hic summum ornatum verborumque dignitatem in re tenui. Non luceruas vel candelabra posuit, sed *lychnos*, *funalia*, h. e. funiculos cera illitos; h. e. faces. cf. Od. η, de regia Alcinoi, 100. sqq. — 728 — 730 Hinc sua duxit Statius Theb. I, 539. sqq. — *soliti*, sc. mero implere, h. e. qua usi fuerant. A Belo autem Tyriorum regum stirpem ducere solebant Graeci. v. Apollodor. II, 1. Ex nostro Silius I, 87. sq. — 731 — 735 Preces inter libandum ad Iovem ξένιον, hospitalem, factae. — *hospitibus se dare iura*, praeesse, sub tutela eos habere; (non aliter usus loquendi fert, quatenus *dare iura* simpliciter est imperare. Diceres esse *qui hospitibus illatas iniurias ulciscereris*; sed, an *dare iura* pro ius reddere, ulcisci, dicatur, dubito). — Expressa autem illa Homerica Odyss. η, 179. sqq. Adde Odyss. ν, 50. sqq. et plur. al. loca. Illud *nam*, causam interponens, Homericum esse satis constat. cf. Ernest. ad Odyss. μ, 320. *minores*, nepotes, sup. 552. *H.* Cum nocte res agatur, argutantur nonnulli in vocabulo *diem*, quasi dictum pro *tempore* noctis. Loquitur aperte Dido nostro more, et intelligendus est dies, cui noctis illa pars, qua coenatum, adnumerabatur. Caes. B. G. IV, 29. *Eadem nocte accidit, ut esset luna plena, quae dies maritimos aestus maximos in oceano efficere consuevit. W.* — *Bacchus laetitiae dator*; Δῶρα Διωνύσου πολυηθέος ap. Hesiod. Op. et D. 614. *bona Iuno*, propitia, χρηστὴ, ἀγαθή. Invovatur autem hic, ut patrium Tyriorum numen. De Baccho vid. IV, 58. — *coetum*, convivium; et *celebrare* pro interesse. — 736 — 740 *Laticum*, laticis, *honorem*, h. e. vinum in deorum honorem ac cultum libatione effusum. (*Et latices* absolute de vino apud Val. Flac. I, 666. *Hac* (patera) *pelago libat lutices. W.*) — *libato*, h. e. postquam libatum erat, vel libato laticum honore, alteri tradit vel tradi iubet poculum, unde primo loco gustaverat regina, ut et ille libatione facta biberet; quod is laetus lubensque facit. προὔπινεν illa et *dedit*, propinavit, iterum repletum praeberi iussit, *increpitans*, simpl. adhortans, invitans, ut et ipse biberet; nil amplius. Sic et aliis in locis exponi potest. Obiurgandi hic nec locus, nec dignus vel reginae vel

Spumantem pateram, et pleno se proluit auro;
Post alii proceres. Cithara crinitus Iopas
Personat aurata, docuit quae maxumus Atlas.
Hic canit errantem lunam, solisque labores;
Unde hominum genus, et pecudes; unde i
ignes;
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Tri

epici poëtae persona talis sarcasmus; ut nec illud ex poëtae mente fit, quod Didus verecundiam in bibendo, Bitiae aviditatem, praedicant. Aliena haec a loco et consilio poëtae omnia. Sed dicendum: quod poëtae memorandum erat, in eo decorum illum servasse, in primis antiquorum temporum more, cum matresfamilias vino non uterentur. Recedit a more nostro res etiam in eo, quod non Aeneae hospiti a regina praebetur poculum; nam in honorem eius adventus diis libatur. — *summo tenus attigit ore*, primis labiis degustavit. — *Bitiae* Punicum nomen, quod et alibi occurrit. — *pleno auro se proluit*, poculum vini plenum hausit, quod tantum labris attigerat Dido; *proluere se*, gulam, dictum puta, ut *vino perfundi, madere, tingui*, de ebriis; quae omnia notiora sunt. *Multa prolutus vappa* etiam Horat. I Serm. 5, 16. — 740 Ad Homeri imitationem, in primis Od. Θ, 62. sq. Heroicis temporibus semper δοιδὸς conviviis, quae fere cum re divina erant coniuncta, aderat. conf. Quintil. I, 10, 10. — *crinitus*: proprius is citharoedorum habitus, comam alere: fortasse Apollinis exemplo. Traduxisse tamen ex suis temporibus ad vetera videtur Virgilius. *personat*, canit cithara, ea, *quae docuit*, cecinerat prior, Atlas. Sic poëtis *sonare*, et *docere*, διδάσκειν. Praeclare et hoc ad rationes antiquissimorum temporum, quibus omnis philosophia naturae qualicunque contemplatione continebatur, quod carminis argumentum ex cosmogonia et ex physicis petitum est. Quod autem cantus magistrum facit, alicuius poëtae Graeci e rem redolet, uti illud, VI. Silenus physica doce vulgo tributa siderum sphaera inventa. cf. Int IV Met. 631. etc. Obss. lod. p. 271. Idem inte philosophos recensetur a Laert. in prooem.; q haec omnia ad solum est studium referri possunt. pas Tyrius, nunc Poenu roedus inducendus esset acute Atlantem e vicinis niae montibus auctores num, quae cecinit, ei *maximus Atlas*: simpl. gnus, ut *maxima luno* Aen. VIII, 136. *maximus aetherios humero qui sus bes.* 742 — 746 *Tyrante* pro *lunae errores* seu car *labores*, defectus eorumq sus. cf. Georg. II, 478. *et ignes*, h. e. fulgura, um afflictu — *Arcturus* sita in signo Bootae, et stellae in fronte Tauri. *Triones* sunt Helice et C Ursa maior et minor, *ter* e. boves, dictae (v. ad Ge 381), quia ab antiquis hi sub boum, iugo iunctoru ma sidera haec comprehe se videntur; unde iisden terdum maiori Ursae soli, s, 273), tributum nomen *plaustrum*; hinc *Bootes*, sarum formis et nominib iectis, *Arctophylax* dici Usus etiam tulit hoc, ut in altero horum *terionum* maiore, stellae clarissimae

d tantum oceano properent se tinguere soles
:rni, vel quae tardis mora noctibus obstet.
minant plausu Tyrii, Troesque sequuntur.
non et vario noctem sermone trahebat
lix Dido, longumque bibebat amorem,
ta super Priamo rogitans, super Hectore multa;
c, quibus Aurorae venisset filius armis,
c, quales Diomedis equi, nunc, quantus Achilles.
10 age, et a prima, dic, hospes, origine nobis
lias, inquit, Danaum, casusque tuorum,
resque tuos. Nam te iam septima portat
nibus errantem terris et fluctibus aestas.

N. D. II, 41) *septentriones* larentur. De signis his v. st. I. 2. 8. 14. Idem versus 516. — 745. 6. Cur dierum decrescant, et rursus increper diversas anni vices cf. I, 481. — 747 Vulgare est: *inare plausum*; tum *ingemi* absolute dicitur: *ingeminat* r, *ingeminat plausus* sc. se. que et is, qui plausum edit, *inat plausu. H.* Insolitus sus verbi *ingeminare* pro se inare, de personis usurpati. u quidem pro plaudentes ferri t. *W.*) — 748 *Noctem sertrahebat* doctius quam alte*sermone terere noctem.* — *m bibebat amorem,* imbibebat, quasi longo haustu. Metaphora per se frequens. — 751 In armis Memnonis memorabile aliquid esse debuit; nam in altero membro: *Diomedis equi*; et iam sup. 489. *nigri Memnonis arma.* Ornate autem haec: pro super Hectore, Memnone, Diomede et Achille. — 753 *A prima origine,* excidium Troiae a simulato inde Achivorum reditu equoque fabricato. Male alii post Servium: a raptu inde Helenae. — 755 Annorum numerum vel ex ipso Aenea vel ex Teucro scire potuit. cf. 619. sqq. Ceterum cum Aeneae narratione novus rerum ordo exsurgit, qui interquiescendi locum opportunum praebet.

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDO
LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Didus voluntati morem gerens Aeneas excidii Troiani sen narrat. Ea est huiusmodi: Graeci decimo belli Troiani an attritis iam viribus, virtutique diffidentes, ad dolum con giunt; nocteque ea, quae urbis incendium antecessit, fug simulantes, circa Tenedum latitant, relicto in agro Troi equo ligneo tantae magnitudinis, ut portis urbis recipi n posset, cuius utero lectissimum quemque procerum inclusero Troiani partim fraude Sinonis impulsi, partim Laocoon supplicio territi, diruta muri parte, inductum equum in a statuunt 1—254. Nocte intempesta Graeci, a Tenedo i versi, ab armatis, quos Sinon, reserato equi utero, emi caesis custodibus portarum, recepti, urbem invadunt — 2 Aeneas interim ab Hectore in somnis admonetur, ut sibi fi consulat, deosque patrios incendio eripiat — 297. Ille tu honestam mortem turpi fugae praeferens, in arma ruit; at satis feliciter primus quidem impetus succedit Troianis, de Coroebi consilium secuti, sumtis hostium caesorum armis a Graecis agniti, telis obruuntur — 437. Interea Pri regia oppugnatur; Priamusque ipse a Pyrrho, Achillis f interficitur — 558. Aeneas, frustra tentatis omnibus, iam nihil spei reliquum esset, sacra Anchisae patri com tit, eoque in humeros suos sublato, assumtisque Ascanio, et Creusa uxore, fugam arripit — 725. Graeci a tergo i quuntur. In eo tumultu Creusam uxorem amittit: cuius q rendae caussa per totam urbem oberranti obvia fit ur umbra, uirumque mortis suae certiorem facit — 794.

ad socios revertitur, quo iam magnus virorum mulierumque numerus confluxerat, eius auspicium, quocunque terrarum abducere vellet, sequi paratus.

Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
Eruerint Danai, quaeque ipse miserrima vidi,
Et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulixi,

Hic et tertius liber episodium de Troiae excidio Aeneaeque erroribus complectuntur; quod praeclare poëta intexuit, quippe cum Aeneae fatis in primis coniunctum, et ad excitandam admirationem natura sua et magna rerum inter homines fama eximie aptum. Quod autem Aeneae partes narrantis tradidit, eo illud commodi assecutus est poëta, ut tota narratio maiorem habeat auctoritatem, magisque miserationem faciat, cum ab eo exponantur res, qui earum *pars magna* fuit ipse. Delectus vero rerum ita relictus erat poëtae, ut proferre ea tantum liceret, quae vel moverent in primis vel ornatum admitterent. Denique ipse audientium consessus post sollemnes epulas, et Didus in Aenea haerentis vultus habet, quod legentis animum quodammodo afficiat. Noctem ipsam etiam, iam provectam, habere, quod mentem teneret, putabat Trappius. Est hic liber inter perfectissimas operis partes ipsius poëtae iudicio habitus; quippe quem cum quarto et sexto Augusto speciminis loco praelegerit. Quem autem ex antiquioribus poëtis ante oculos habuerit Virgilius in excidio Troiae exponendo, disputatum est in maiore editione, in Excursu ad huius libri princ.; ubi suspicatus sum, eum Iliadem parvam cum Euripidis tragoediis in primis esse secutum.

1 *Intenti ora tenebant*, ornate, erant intenti; habebant vultus et oculos intentos et conversos in Aeneam. Mox — v. 2. *altus* tantum ornat. Et erant tricliniares lecti magnificentiae caussa alti; accedebant pulvini. — 3 Conf. Odyss. ι, 12. sqq. et η. 241. 242.; sed in Virgilio omnia ornatiora, ut v. 4. pro: *ut regnum Troianum everterint Achivi, eruerint* et *Troianas opes* dixit, et *regno* adiecit epitheton: *lamentabile*, quod lamentabile exitium habuit. Sententiam versus tertii elocutus est suo more Statius. Theb. V, 28. sqq. — 6 sq. Reluctatur Aeneas, narrationemque principio deprecatur; nimium enim sibi animum iri commotum harum calamitatum recordatione; quas ne Achivos quidem, cladis auctores, sine lacrimis narraturos esse; noctem praeterea extremam (cf. Od. λ, 328. sqq.) vix longam narrationem ferre. — *quorum pars magna fui*, quarum calamitatum magna pars me ipsum attigit, ad me spectat. *Myrmidones* et *Dolopes* ad Achillem et Neoptolemum eius f. spectant. v. Il. β, 684. cf. inf. 29. *durus* autem Ulysses: ut *saevus* III, 273. (melius h. l. quam *patiens*). *II. miles Ulixi*, h. e. militum Ulyssis; nam complurihus aliis praeter Ithacenses populis imperabat. cf. Hom. Il, β, 631—35. *W.* Mirum est, quod hoc de Achemenide (vide

Temperet a lacrimis! Et iam nox humida coelo
Praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos.
Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros,
Et breviter Troiae supremum audire laborem,
Quamquam animus meminisse horret, luctuque refugit,
Incipiam. Fracti bello, fatisque repulsi
Ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
Instar montis equum divina Palladis arte
Aedificant, sectaque intexunt abiete costas.
Votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.
Huc delecta virum sortiti corpora furtim
Includunt caeco lateri, penitusque cavernas
Ingentis uterumque armato milite conplent.

lib. III, 614) accepisse Asinium Pollionem, memorant Servius et Pomponius. Imitatus h. l. Silius II, 650. sqq. — 8. 9 Nox descendit in oceanum, quasi cursu per coeli orbem medium facto. Inde et sidera *cadunt* pro occidunt. conf. IV, 81. *Suadent sidera cadentia somnos* elegantius, quam, invitant ad somnum. - 11 *supremum laborem*, cladem, ipsum urbis excidium. — Mox *refugit* exquisite, ad formam aoristi pro praesente. Locum expressere alii, v. c. Seneca Agam. 417. sqq. (ubi verbum *refugit cum* infinitivo *loqui* pariter construitur, ut h. l. *animus refugit cum* infinitivo *meminisse*. *W.*)

13 *Fatis repulsi*: quoniam fatale erat, non nisi post novem annos Troiam capi: v. Il. β, 328. 9. Impedimentis interpositis ab exitu votorum *reiici* dicimur, ergo et *repelli*. — 15. *Instar montis*, ad montis magnitudinem; breviter magnam imaginem rei animo obiecit, statim ab initio. Ita fabulae per se puerili dignitatem adiecit. (*Instar montium eductae Pyramides*. Tac, Ann. II, 61. *W.*) *Palladis arte*, ὑποθημοσύνῃσι. — τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ. Od. θ, 493, *intexunt costas abiete secta*, h. e. trabibus abiegnis, tantum ad declarationem ulteriorem vocis *aedificant* spectat. *intexunt* simpl. est *texunt*, construunt. *Texere* autem de trabibus iunctis et in fabrica e ligno, in primis navium, frequens est. cf. inf. 110. — 17 Sparserant famam, equum hunc Palladi esse positum, vocis pro reditu susceptis. Hoc, ut polita, extulit. Servius *votum* pro participio habet, id est vovisse pro reditu. Ibidem: *Accius in Deiphobo inscriptum dicit: Minervae donum armipotenti Danai abeuntes dicant*. cf. Hygin. f. 108. et ibi Not. Quod hic ex voto equus dicatus dicitur, non repugnat iis, qui ad Palladem placandam exstructum dicunt, Quint. XII, 38. 379. In id etiam consentit Virgil. infra v. 162. sqq. — 18 — 20 Ductores Danaum *sortiti*, sortitione facta, *includunt huc caeco lateri*, h. e. in latus, h. e. corpus equi occultum, in quo occulti latere poterant, *delecta virorum corpora* exquisite pro *viros delectos*; hoc idem declarative exornavit in iis, quae subiicit: *penitusque — complent*. Ornata omnia pro: equo huic includunt delectos viros. (Ad constructionem conf. Ge II, 76. *Huc germen includunt*. *W.*) Fuerunt autem Ulyssis praecipuae ea in re partes. vid. Odyss. θ, 494. ὃν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλον ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεὺς, *duxit*, h. e. *fecit*, ut *duceretur in arcem*. Et sic ceteri

Est in conspectu Tenedos, notissima fama
Insula, dives opum, Priami dum regna manebant;
Nunc tantum sinus et statio male fida carinis:
Huc se provecti deserto in litore condunt.
Nos abiisse rati, et vento petiisse Mycenas.
Ergo omnis longo solvit se Teucria luctu.
Panduntur portae; iuvat ire, et Dorica castra
Desertosque videre locos litusque relictum.
Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles;
Classibus hic locus, hic acie certare solebant.

ut Quintus XII, 22. sqq., apud quem Calchas vates primus fraudis auctor est, modum et rationem fraudis Ulysse subiiciente; at ap. Tryphiod. 44. sqq. Helenus Troia profugus. Denique observasse non poeniteat, quam ornate poëta equum designaverit, eiusque notionem quam mirifice variaverit; ut *cavernam, uterum, latebras, curvum compagibus alvum*, et sic porro.

21—23 *Tenedos* insula, olim *Leucophrys*, agro Troiano praetenta, XL stadiis a continente abest. *dives opum* propter incolarum divitias: nisi ad templum maxime Apollinis Sminthei respicit, quod in insula erat, Iliad. α, 38. Eodem quod *notissimam (fama* poëtice ornat) vocat, pertinere puto. Nunc tantum *sinus et statio*, h. e. ea vastities in insula facta, ut illa hoc uno nota sit, quod *naves* tempestate iactatae in litorum recessu, quem *sinum* appellat, *stationem*, etsi *parum tutam*, habent. Eodem mox spectat *desertum litus*, in quo condunt se Achivi. — 25 — 30 *Mycenas* exquisitius quam Graeciam. *vento*, vento secundo. (At *vento petere Mycenas* est omnino navibus advehi Mycenas. Similis compositio est apud Val. Fl. I, 591. *remo petere Colchos*. Add. Aen. IV, 381. *W.*) *omnis Teucria*, sc. gens, ait *Serv.*; aut *Teucria* terra, regio. Sunt utique omnes Troiani. Sic *Dardania*, v. c. 281., pro ipsis Teucris. — *solvit se luctu* exquisitius quam solvere, ponere, finire luctum. *solvere* autem de *luctu* dictum, quoniam dolor, tristitia, et moeror, congelare, contrahere, adstringere, vincire, dicuntur. (Posteriora vera, nec tamen nostro conveniunt loca, ubi *se luctu solvere* est se luctu liberare. *W.*) *Dorica castra*. Habet hoc a serioribus poëtis. Homerus Achaeos, Argivos vel Danaos memorat. *Dorum* nullae fuere opes, nisi postquam cum Heraclidis in Peloponnesum descenderant LXXX annis post Troiam captam. — Porro observa poëticum ornatum v. 27. 28, pro, *castra deserta et relicta*. Homerus etiam hoc addit, castris ab ipsis Achivis fuisse ignem subiectum, Odyss. Θ, 501. Sequitur id Quintus Cal. XII, 337. et 30., Tryphiod. v. 138. 207. sqq. et ceteri. — *classibus*, h. e. navibus in terram subductis. cf. Fabrett. ad tab. Iliac. pag. 323. — *Dolopum* v. ad v. 7. Sequitur autem poëta eos, quos Eustathius memorat Dolopes Myrmidonibus Achillis accensos credidisse. v. Il. ι, 480. (Divisio per adverbia *hic - hic* contrarium mihi flagitare videtur: Haud scio an serioris Graecorum historiae fidem secutus plus Dolopum viribus, quam Homeri aetas, tribuerit Virgilius. *W.*) — *tendebat*, tentorium habebat; militare verbum. Ceterum comparanda cum poëtae verecundia Ovidii nimia abundantia Epist. I, 31. sqq. *Atque aliquis*

Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae,
Et molem mirantur equi: primusque Thymoetes
Duci intra muros hortatur, et arce locari,
Sive dolo, seu iam Troiae sic fata ferebant.
At Capys, et quorum melior sententia menti,
Aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
Praecipitare iubent, subiectisque urere flammis;
Aut terebrare cavas uteri et tentare latebras.
Scinditur incertum studia in contraria volgus.
Primus ibi ante omnia, magna comitante caterva,
Laocoon ardens summa decurrit ab arce;
Et procul: o miseri, quae tanta insania, cives?
Creditis avectos hostis? aut ulla putatis
Dona carere dolis Danaum? sic notus Ulixes?
Aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,
Aut haec in nostros fabricata est machina muros,
Inspectura domos, venturaque desuper urbi,

posita etc. — 31 — 34 In verbis *stupet* — *mirantur* male argutantur; poëtae iungunt talia, modo ad varietatem orationis et copiam, modo ad ornatum vel vim addendam, eadem notione aliter atque aliter exposita. — *innuptae*, epitheton manifeste expressum ex Eurip. Troad. 538. χάριν ἄζυγος πώλου (h. e. ἀγάμου, παρθένου); h. l. tantum ornat; ad rem nihil facit. *donum Minervae* h. l. quod oblatum, destinatum erat Minervae. Sapientius autem Virgilius de equo consilia inire Troianos facit, antequam in arcem deductus erat, quam apud Homerum deducto iam in arcem equo, Odyss. Θ, 504. sqq., e quo loco pleraque hic expressa. — in *arce locari*, puta in templo Minervae, tamquam manubias. — 35 — 39 Ornate singula pro: Capys et quibus melius consilium placebat. *II.* Duas dicebant diversas sententias: alii, equum abolendum; alii explorandum esse. Hinc disiunctio *Aut pelago — Aut terebrare*. Abolitionis plura sunt genera; itaque prior sententia in duas divisa est partes. Qui abolendum censebant, praecipitari illum in mare vel comburi iubebant. Ex his duabus viis posterior a priori pro particulam *ve* separanda fuisse pedestri scriptori; poëtae, singulas partes enumeranti, *aut que*, *et*, ad connectendum uti licet; ut Tibullus fecit El. I, IX, 49. *Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma Torreat, et liquida deleat amnis aqua.* Heynius tamen in editionem maiorem *subiective*, nulla codicum auctoritate, invexit. *W.* — *tentare* exquisite pro explorare equi cavitatem. *Vulgus scinditur in studia contraria*, in diversas partes; additur ad ornatum: *incertum*.

40 De Laocoonte v. inf. 201. sqq. *primus ante omnes*, quia sequitur *magna comitante caterva*, quam turbam ille decurrantem *ardens* ira antevertebat. *Arx*, Πέργαμος ἄκρα, unde prospectus erat versus littus. — 47 Ut, qui inclusi sunt, ex machina ea, tamquam ex turri, speculari urbem et desuper ex altiore loco desilire in muros possint. Adumbratum hoc ex poliorcetica seriorum temporum, qua turris, rotis subiectis, muro admoveri su-

Aut aliquis latet error. Equo ne credite, Teucri;
Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentis.
Sic fatus, validis ingentem viribus hastam
In latus inque feri curvam conpagibus alvum
Contorsit. Stetit illa tremens, uteroque recusso
Insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
Et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,
Inpulerat ferro Argolicas foedare latebras;
Troiaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.
Ecce, manus iuvenem interea post terga revinctum
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidae, qui se ignotum venientibus ultro,

lebat, ut demisso in murum ponte escensus oppugnatorum fieret in urbem. — 48 *error* pro fraude, exquisite. — 49 habeo Danaos suspectos etiam, cum ultro offerunt dona. — 50 *Validis viribus* pro magna vi. Mox ornatissime equum ligneum declarat. In verbis *latus* et *alvus*, quae in unum iuncta, non est argutandum. Iunguntur a poëtis synonyma sine omni subtilitate; tantum ut eiusdem rei notio oculis animoque obversetur vividius. Infra v. 231. *tergum* ponitur. In partium ac formarum generumque designatione indoles ac ratio orationis poëticae summam libertatem fert. *ferum* exquisite dixit pro equo, ut docent Lexica, et viri docti ad Phaedrum. *alvus curva compagibus*, h. e. ex compage lignorum curva facta. — *stetit tremens*, pro contremuit. *utero recusso*, repercusso. *cavernae* doctius quam caverna, h. e. equus cavus, κοῖλον δόρυ, Od. Θ, 507. — *gemitus* pro sonitu resultante. — 54 sq. *Et impulerat.* Et sane impulisset Troianos, effecisset, ut equi latera refringerent, puta, secuti impacta etc., et interiora aperirent. Enimvero, *Ecce manus iuvenem* etc. — *si fata deum non fuissent*, h. e. si non fatale fuisset (Ἀλλα γὰρ ἦν etc. Od. Θ, 511). *si mens laeva*, stultitia Troianorum, *non fuisset*, ut Ecl, I, 16. Fortasse tamen melius iunxeris: *mens non laeva*, h. e. sana; ut sit: si fatum et mens sana fuisset. *si fata fuissent* inf. v. 433. *II. Si fata d.* fuissent, ut insidiae detegerentur. Si modos enuntiationum conditionalium curas, notabis, ellipsin aliquam subesse hanc: *Et impulerat — latebras*, et latebrae foedatae essent, *si fata fuissent*; qualem ante *nisi* frequentissimam esse sexcentis poterit probari exemplis. Tacit. Hist. III, 81. *Nec deerant, qui propellerent — ni — omisisset intempestivam sapientiam.* Quid intersit inter *impulerat, si fuisset*, et *impulisset, si fuisset*, grammaticae est demonstrare. *W. Argolicas latebras*, equum, quo latebant Argivi. — *foedare* exquisite pro lacerare, ut aliis in locis de vulnere, aut mutilato corpore, ut αἰσχύνειν, λωβᾶσθαι, et simpl. vulnerare, inf. III, 241. VII, 575, unde et cum ea voce iungitur II, 286.; h. l. diffringere et dissolvere machinae compagem. Ad verbum omnia expressa apud Petron. c. 89. v. 20. sq.

57 De Sinone episodium. Eum *trahebant*, cum festinatione adducebant, ut VI, 753. *Conventus trahit in medios.* — 59 — 62 Qui se iis ultro obtulerat. Re-

Hoc ipsum ut strueret, Troiamque aperiret Achivis,
Obtulerat, fidens animi, atque in utrumque paratus,
Seu versare dolos, seu certae occumbere morti.
Undique visendi studio Troiana iuventus
Circumfusa ruit, certantque inludere capto.
Adcipe nunc Danaum insidias, et crimine ab uno
Disce omnis.
Namque, ut conspectu in medio, turbatus, inermis
Constitit, atque oculis Phrygia agmina circumspexit:
Heu, quae nunc tellus, inquit, quae me aequora possunt
Adcipere? aut quid iam misero mihi denique restat,
Cui neque apud Danaos usque locus, et super ipsi
Dardanidae infensi poenas cum sanguine poscunt?
Quo gemitu conversi animi, compressus et omnis
Impetus. Hortamur fari, quo sanguine cretus,
Quidve ferat; memoret, quae sit fiducia capto.
Ille haec, deposita tandem formidine, fatur:
Cuncta equidem tibi, Rex, fuerit quodcumque, fatebor

liqua amplificandi et ornandi studio adiecta. — *hoc ipsum ut strueret*, sc. ut adduceretur ad regem. *struere* voc. insidiarum et doli. — *fidens animi* exquisitius quam *animo*; et hoc pro vulgari: animo fidenti vel fidens, confidens. — *versare dolos*, ut consilia, curas, h. e. agitare, h. l., cum adiuncta notione, efficere, ad exitum perducere. — 63. 64 Ornatius quam Quintus Cal. XII, 561. ἄλλοθεν ἄλλος Μέσσον ἐκυκλώσαντο περισταδόν. *circumfusa ruit* ornate pro circumfunditur. *certant illudere capto*, h. e. certatim illudunt, contumeliis afficiunt, αἰκίζουσιν. — 65 *Ab uno crimine disce omnes*, exquisite pro vulgari ex unius scelere, et h. l. quidem fraude, ex uno exemplo, cognosce, quales, quam perfidi omnes Danai sint. Ita simpliciter accipio. — 69 Quoreum confugiam? 71. 72 Et quem, tamquam hostem, insuper ipsi Troiani extremis afficient supplicüis. *poenas cum sanguine*, h. e. vita ipsa, *poscunt*. — 73 *Conversi*, h. l. mutati. — 75 *quae sit fiducia capto* pro, *ei*, num habeat, quod ad veniam impetrandam afferre possit. Similis oratio inf. III, 604. sq. —

77 Haec Sinonis oratio eximia arte est composita, quod facile in singulis declarabit interpres, vel unus quisque sibi lector. A veris incipit dicere et in falsa desinit, ut bene Serv. Nota enim erant et confessa, quae de Palamede et Ulyssis odiis narrat; verum etiam Calchantis responsum, sed a Tragicis fere ad Polyxenae sacrificium in Achillis tumulo tractum. Praeterea, ut animi audientium tanto magis capiantur, etiam miserationem movet; in primis v. 137. sqq, quos sine motu animi vix perlegas. Videtur haec oratio, nisi ex tragoedia est ducta, tota Virgilio deberi. Sinonis autem, qui Aesimi filius perhibetur, historia variis modis a poëtis in primis tragicis exornata fuit. Ex iis sunt, quae Servius ad v. 79. de genere eius, ab Antolyco ducto, tradit; cf. ad Hygin. f. 108. *Cuncta vera*, narrabo vere, *fuerit quodcumque*, h. e.

Vera, inquit: neque me Argolica de gente negabo;
Hoc primum; nec, si miserum Fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam mendacemque improba finget.
Fando aliquod si forte tuas pervenit ad auris
Belidae nomen Palamedis, et incluta fama
Gloria, quem falsa sub proditione Pelasgi,
Insontem, infando indicio, quia bella vetabat,
Demisere neci; nunc cassum lumine lugent;
Illi me comitem, et consanguinitate propinquum,
Pauper in arma pater primis huc misit ab annis.

quidquid evenerit, mihique exinde acciderit. Bene Serv. id est, *quicunque me sequatur eventus. H.* Discant vel ex hoc loco tirones, formam futuri exacti, *fuerit*, quam relative semper poni contendunt grammaticarum auctores, sine ulla relatione usurpari. Ut alia exempla omittam, Caesar B. G. dixit IV, 25. *Ego certe meum officium praestitero. W.* — 79 *Hoc primum*, sc. fatebor. Sic iunge. (Conf. 690. *Hoc tantum* sc. precor. *W.*) Reliqua ex Accio in Telepho sumta Macrobio teste Sat. VI, 1. *Nam si a me regnum Fortuna atque opes Eripere quivit, at virtutem non quiit.*

81 — 85 *Fando*, h. e. narrando, aliorum narratione; alias, fama. *gloria inclita* adiecto *fama* ornatum est. — *Pelasgi* h. l. Achivi, seriorum Graecorum more. Nam Homerus nusquam ita. *infando indicio*, delatione — *bella vetabat*, dissuadebat bellum et oppugnationem Troiae — *demittere neci* exquisite, ad similitudinem alterius formae: *demittere Orco*, *umbris*, h. e. ad loca infera, ex Homerico: ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν, ubi v. Clark. *falsa sub proditione*, h. e. sub falso crimine proditionis, ut bene Serv.; nam literas eius ad Priamum datas, sed a se fictas, protulerat Ulysses. — *cassum lumine*, privatum vita, antique et docte. *Palamedes* hic Nauplii f. *Belides* h. l., quoniam eius avia Amymone, Danai filia, Beli neptis. Est ille ex iis, qui post Homerum poëtarum carminibus celebrati fuere, cum eorum, qui Homericas fabulas suppleverunt, tum Tragicorum in primis fabulis; e quibus Sophoclis fuit *Sinon*, et Euripidis; unde ea fluxere, quae non modo in Grammaticis, verum etiam in multis aliis scriptoribus passim leguntur. Quae ad h. l. illustrandum faciant, possunt fere ex Ovid. Met. XIII, 56 — 60 peti; nisi quod ibi alia odii causa. — 86 Sic Achilli Phoenix, Aiaci Telamonio Teucer comes (θεράπων, ἑταῖρος) datus esse legitur; et plures singulis heroibus additi memorantur. Versus 87. eximiae artis. conf. inf. III, 614. sq. et copiosiorem locum Ovidii Met. III, 583 — 596. *H. et* — *prop.* cum etiam propinquus essem. Haud rara sunt loca, ubi *et*, pro *etiam*, participiis ita adiunctum, significat, alias rationes vel causas subesse, velut n. l. *pauper-tatem*, *tirocinium iuvenis*. Praeiverunt Graeci similiter usurpando καί; Thucyd. I, 32. Κερκυραῖοι δὲ μετὰ τῆς ξυμμαχίας τῆς αὐτήσεως, καὶ ταῦτα πιστεύοντες ἰσχυρὰ ὑμῖν παρέξεσθαι, ἀπέστειλαν ἡμᾶς. Hamb. sec., qui *et* omittit, nulla h. l. est auctoritas. *Ut* vero pro *et* de coniectura inferri, sensus vetat. *W. misit in arma*, h. e. ad bellum. Quod *pater pauper* est, ad amplificationem Homericae similem pertinet; uti aliis in locis, quod *pa-*

Dum stabat regno incolumis, regumque vigebat
Conciliis, et nos aliquod nomenque decusque
Gessimus. Invidia postquam pellacis Ulixi
(Haud ignota loquor) superis concessit ab oris:
Adflictus vitam in tenebris luctuque trahebam,
Et casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui demens, et me, fors si qua tulisset,
Si patrios umquam remeassem victor ad Argos,
Promisi ultorem; et verbis odia aspera movi.
Hinc mihi prima mali labes; hinc semper Ulixes
Criminibus terrere novis; hinc spargere voces
In volgum ambiguas, et quaerere conscius arma.

ter dives est; neque in eo arguendum. *primis ab annis*, ab initio belli. (Alii explicant: in iuventute prima; quod quamquam linguae convenit, vereor tamen, ut *dulces nati*, qui 138. memorantur, illam ferant interpretationem. *W.*) — 88. 89 *Dum stabat regno incolumis*, dum erat incolumis Palamedes. Durior oratio pro: dum erat incolumi regno, h. e. potestate sive auctoritate, quam habebat; vel pro: dum regnum eius stabat, erat, incolume; ut *regnum* sit auctoritas, qua quis *regnare* dicitur, h. e. potens esse, opibus valere. Sensus igitur; quamdiu ille erat incolumi inter Achivorum principes auctoritate; unde ille *vigebat*, valebat, in *regum consiliis*. *Stare* dicuntur, qui florent rebus prosperis, auctoritate, opibus; ut notum. (Adde: quique in statu suo manent. *sto et incolumis sum* dicunt fere pedestres scriptores, poëtae *sto incolumis* iungunt. Statum, quo erat Palamedes, notat ablativus *regno*, h. e. regia auctoritate. Cic. Off. II, 1. *Utinam respublica stetisset quo coeperat statu!* Sic verba *manere*, *perseverare* cum casu sexto iunguntur. *W.*) Summa autem Palamedis erat sapientiae ac consilii in principum consessibus auctoritas; quippe σοφώτατος ἐφ' ὁρῶν, et multarum rerum, etiam litterarum, inventor clarissimus. — etiam ego propter Palamedis cognationem dignatione aliqua habitus fui. *aliquod nomen* ac *decus*, h. e. honorem, *gessimus*, habui. — 90 — 93 *Pellax* Ulixes exquisitius quam *fallax*, qui in fraudem pellicit. Est Homer. πολύμητις· ποικιλομήτης. *Ulixi* antiqua flexione, fortasse ex *Ulixeus Ulixei*, etsi et *Herculi*, *Euripidi*, fuit. v. Charis. Institut. I, p. 107. — *superis ab oris*, e vita, ad loca infera. sup. 85. *Demisere neci.* — v. 92. 93 pulchri versus. *in tenebris*, inclusus domi, vitatis hominum conventibus. — 96 *Promisi ultorem*, h. l. minatus sum ultionem. *verbis odia aspera movi* exquisite pro: Ulyssem exasperavi, exacerbavi. — 97 — 99 *Prima mali labes* elegantius quam origo vel caussa. κακοῦ δ' ἄρα οἱ πέλεν ἀρχή, Il. λ, 604. Explicat Iustinus XVII, 1. *Haec* prima mali labes, *hoc* initium impendentis ruinae *fuit*. — *Criminibus terrere novis*, eleganter pro: crimina nova proferre, criminationibus exagitare. — *et quaerere conscius arma*. Varie haec exponi possunt, nec dixerim, quid verius sit. *Arma* esse possunt consilia, quae agitabat Ulysses ad depellendum imminens sibi a Sinone

requievit enim, donec Calchante ministro —
quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo?
dve moror? Si omnis uno ordine habetis Achivos,
ie audire sat est, iamdudum sumite poenas.
Ithacus velit, et magno mercentur Atridae.
ı vero ardemus scitari et quaerere caussas,
ri scelerum tantorum artisque Pelasgae.
iequitur pavitans, et ficto pectore fatur.
iepe fugam Danai Troia cupiere relicta
iri, et longo fessi discedere bello.
ssentque utinam! Saepe illos aspera ponti
rclusit hiems, et terruit Auster euntis.
cipue, quum iam hic trabibus contextus acernis
et equus, toto sonuerunt aethere nimbi.
ensi Eurypylum scitatum oracula Phoebi

ılum; sic *conscius* sc. peri-
imminentis. Possunt etiam
esse fraudes et insidiae,
in Sinonem parabat, *con-*
, tacite intra se; aut *con-*
communicato scilicet cum
consilio, cuius illi conscii
it. Hoc verum videtur, cum
ı Calchantem consiliorum
m assumsisse dicatur. (*con-*
est conscius mali, ut *con-*
ia saepe in malam accipi-
artem. Seneca Hipp. 495.
mine non scelerato *nec om-*
onscius *strepitus pavet. W.*)
e sane (δὴ *enim*) requievit.
ı autem dicta de consiliis et
is fere, ut *machinae*, μη-
! et τεύχεα. — Mox reticere
iem summa cum arte tum,
ı maximam exspectationem
isset, facile sentis. — 102 —
Jno ordine pro vulgari: *uno*
— *idque audire sat est.*
et hoc exponitur et exponi
t. Placet, *et si sat est au-*
id, esse me unum ex Achi-
Mox *iamdudum* ita positum,
ossit per *quam primum* ex-
ut saepe. (cf. Ge. I, 213. *W.*)
ɔ dicimus: iamdudum su-
debebatis poenam. Versus
illustratur ex Iliad, α, 255.
ν γηθήσαι Πρίαμος, Πριά-
τε παῖδες, Ἄλλοι τε Τρῶες
μέγα κεν κεχαροίατο θυμῷ,
Εἰ — *Ithacus* pro Ithacius Ulys-
ses, ut *Itala gens* et similia. Alias
Ἰθακήσιος, *Ithacensis*. (*Itha-*
cus pro Ithacensis audit Ulysses
apud Iuven. XIV, 286. *mugire*
Agamemnona credit Aut Itha-
cum. Ithacius nusquam vidi. *W.*)
mercentur elegantius quam ma-
gno emant. — 107 *Ficto pectore*,
subdolo animo, h. e. subdole et
fraudulenter.

108 *Moliri fugam* grave voca-
bulum pro parare, v. sup. I,
414.; et *fessi longo bello* ele-
ganter adiectum vocabulo *disce-*
dere. — 111 — 113 *Terruit eun-*
tes, ire volentes, ut Graeci poë-
tae verbis utuntur, deterruit, quo
minus navigarent. *Trabes acer-*
nae, supra v. 16. ex *abiete*. —
contextus (v. sup. v. 16) *staret*,
esset; et *sonuerunt nimbi*, orti
sunt turbines. Omnia ad orna-
tiorem orationem spectant. —
114 — 119 *Suspensi*, solliciti,
Serv., dubii, quid faceremus.
Eurypyli plures; v. Burmann. ad
Ovid. Met. XII, 357.; celeber-
rimus Telephi f., qui Troianis
auxilio venit, et poëtis cycliçis
atque etiam tragicis argumentum
nobile olim suppeditaverat; de
quo late Quint. Cal. VI, 119.
sqq. At h. l. intelligendus is, qui

Mittimus; isque adytis haec tristia dicta reportat:
Sanguine placastis ventos et virgine caesa,
Quum primum Iliacas Danai venistis ad oras;
Sanguine quaerendi reditus, animaque litandum
Argolica. Volgi quae vox ut venit ad auris,
Obstupuere animis, gelidusque per ima cucurrit
Ossa tremor, cui fata parent, quem poscat Apollo.
Hic Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
Protrahit in medios; quae sint ea numina divom,
Flagitat. Et mihi iam multi crudele canebant
Artificis scelus, et taciti ventura videbant.
Bis quinos silet ille dies, tectusque recusat
Prodere voce sua quemquam, aut opponere morti.
Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Composito rumpit vocem, et me destinat arae.
Adsensere omnes; et, quae sibi quisque timebat,
Unius in miseri exitium conversa tulere.
Iamque dies infanda aderat; mihi sacra parari,
Et salsae fruges, et circum tempora vittae.

fere apud Homerum occurrit, Eusaemonis filius, ex Ormenio Thessaliae copias ducens. v. Il. β, 734. sqq. — *virgine*: expetita victima Iphigenia, substituta tamen mox cerva. Sed, cum haec fabula, post Homerum demum adscita, varie olim tractata fuerit, videntur etiam fuisse, qui Agamemnonis filiam vere immolatam traderent. Quod et Lucret. I, 85. sequitur: *Aulide quo pacto Triviai virginis aram Iphianassai turparunt sanguine foede* etc. — *cum venistis*, venire volebatis. (Mera est temporis notatio, ex qua, utrum ante profectionem, an in itinere, an post adventum in agrum Troianum sacrum illud factum sit, non patet. Neque in re nota opus erat notatione accuratiore. *W.*) *animaque litandum Argolica*, verba cum dilectu, ex religionum formula. — 121 *Cui fata parent*, h. e. metuentium, cui fata parent hoc (cui hoc *fatis*, h. e. oraculo, destinatum sit), ut mactetur victima. Dictum uti: *quid fata parent*, et *in quem*. Mox *poscere* proprium de fatis, oraculis deorumque voluntate. — 125 *Quae sint ea numina divum*, quod numen, h. e. quae voluntas Phoebi et sententia oraculi sit. cf. ad Ge. IV, 7. — 124 *Multi canebant*, vaticinabantur, divinabant, ut *videbant*, providebant: *taciti*, apud se, secum. — 126 *Tectus*, h. tecte, ornate additum, est dissimulans, ut saepe etiam apud Ciceronem; scilicet tamquam qui rem horrendam et in aliorum exitium vertentem eloqui detrectaret. Mox *prodere* cum dilecta pro edere, nominare. — 129 *Vocem rumpit*, ut ῥήσσει, erumpere facit, edit. Sic saepe Graeci et Latini. cf. IV, 553. *destinare* voc. proprium de damnatis. Exquisite etiam *composito* pro ex vel *de composito*. Ceterum Calchantis tergiversationem adumbrasse videtur ex Iliad α, 69. sqq. — 131 *Conversa tulere*, exquisite pro *converterunt*. — 133 *Salsae fruges*, mola salsa, h. e. far tostum contusum sale adspersum. Σπονδάς τ' οὐλοχύτας τε μάλ' ἀσσυίφρας ὑπαλύξας (Quin-

Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi;
Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
Delitui, dum vela, darent si forte, dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi,
Nec dulcis natos exoptatumque parentem;
Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te per superos et conscia numina veri,
Per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum; miserere animi, non digna ferentis.
His lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.
Ipse viro primus manicas atque arta levari
Vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios;
Noster eris; mihique haec edissere vera roganti:
Quo molem hanc inmanis equi statuere? quis auctor?
Quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?
Dixerat. Ille, dolis instructus et arte Pelasga,

tus Cal. XII, 383. (*Salsas fruges vel molam salsam* et *οὐλοχύτας* differre, docuit Vossius ad Ecl. p. 429. *W.*) 134 sq. Vid. sup. ad v. 57. *Vincula* non sunt vittae, sed, quibus ligatus servabatur, et ad arma adducebatur, etsi iam vittatus. v. infra 156. Ante aram vero soluta stabat hostia. — 136 Interpunximus: *dum vela, darent si forte, dedissent*, ut iungas; *dum dedissent vela, si forte darent*. Nam ieiuna est vulgaris ratio: *dum vela darent, si forte dedissent*. — 137 Sequentia egregie ad miserationem ficta. In quibus respexisse videri potest Il. ε, 408. 409. — *patriam antiquam*, pristinam; nihil amplius. Omnibus colonis, exsulibus, transfugis prior patria est *antiqua patria*. *Ob nostra effugia*, plenius quam exile: ob fugam meam. — *piabunt*, h. e. expiabunt, pro punient, ulciscentur, exquisite. — 141 *Quod*, quae cum ita sint. Est ὃ pro *καθ' ὅ, δι' ὅ*. *conscia numina veri*, inspectores ac testes, me vera narrare. — Mox 143 *fides*, quam hic inclamat, est iusti rectique observantia, h. l. iuris divini et humanitatis.

145 *His lacrimis*, pro vulgari: ipsi cum lacrimis narranti (Sic et pedestres scriptores; Liv. 34, 3, *negastis hoc piis precibus earum. W.*) *ultro* est libenter, facili promtoque animo. Mox *levari* est laxari proprie, ut bene Burm.; tum poëtis omnino de demtis vinculis. Sic et *χαλᾷν*. — 148 *Hinc*, porro, in posterum, *amissos Graios* dixit, ut liberos, amicos, supra I, 217. socios, *amissos*, quibus privati sumus; exquisite. — 149 Iliad. κ, 384. et aliis locis: *Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον*. — 151 Quid in equo fabricando spectarunt? num religionis caussa, ut deo alicui consecrarent, an ut machina bellica esset, fabricati sunt? Mox v. 152 *dolis instructus* Homericum *κακοῖσι δόλοισι κεκασμένος, κερδαλεόφρων* Il. δ,

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
Vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
Testor numen, ait; vos, arae ensesque nefandi,
Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras.
Si qua tegunt, teneor patriae nec legibus ullis.
Tu modo promissis maneas, servataque serves,
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes,
Fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium, caesis summae custodibus arcis,
Conripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausi divae contingere vittas;

539. — 154 *Aeterni ignes* vix alii esse possunt quam sol, luna et sidera, de quibus et Serv. ac Donatus acceperunt; nam paullo ante: *Sustulit ad sidera palmas.* Iis aeternitatem, numen tribui, et locum in iureiurando dari, notum est, et satis docuit Burmann. ad h. l. Idem *non violabile* bene ad periurii ultionem retulit: per quos nemo impune pierat. *Enses*, μάχαιρα, σφαγίς, invidiose pro singulari. — 157 *Sacrata Graiorum iura* sunt, nostro iudicio, civitatis ius, saltem ius commune popularium, quod *resolvere* se dicit, ut patriis legibus solutus in civitatem Troianam transeat, amplius iam Graecus non sit, sed unus e Troianis. Itaque subiicit: *patriae teneor nec legibus ullis.* Scilicet *sacrata iura* simpl. pro *ius sacrum*, inviolabile. *resolvit* ius, qui eo se liberat. Mox 158 debebat sequi: Fas mihi est ex iusto odio in eos omnia arcana (haec sunt: *si qua tegunt*) proferre. Ex inversione agnosces poëtam. *H. Resolvit iura*, qui in ea peccat; Aen. IV, 27. *tua iura resolvo.* Ad iura gentis τῶν Ἑλλήνων communia pertinuisse videtur, consilia et conatus eius barbaris non pro re. *W.* — 160 *Servata* ego adiectum, ut, quod *revelata sit*, ad Troianorum salutem p tinere videatur. — *si vera fer* pro vulgari: dicam.

162 Fabulam instruxit Si hunc fere in modum: Equum donarium Minervae destinat ad deam placandam, quod Pal dium ex eius templo esset surr ptum. Iram enim deae fuisse d clàratam prodigiis 171—5.; q bus omni Troiae capiendae s sublata, Calchantem monu Achivos, ut domum redirent, auspiciis novis captis, Pallad Troiam revcherent, aliamque i rum profectionem pararent. — 182. Interea dea, donario eq dicato, acquiescere visa est Gra cis. *Fiducia* notat idem fere, qu spes certa; *belli* docte adiectum de belli exitu, ut est *stetit* pro vulgari: *posita fuit in.* — 16 Diomedes h. l. *impius* propt Palladium ablatum. — 165 — 168 Gravissime singula; — etia quod *vittas virgineas* deae mo morat; nam est nihil aliud, quam *deam virginem* (supra *innuptam*) *attingere*, contrectare, manibus impuris. *Vittae* h. l. eae vide

: illo fluere ac retro sublapsa referri
es Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
c dubiis ea signa dedit Tritonia monstris.
x positum castris simulacrum: arsere coruscae
minibus flammae adrectis, salsusque per artus
dor iit, terque ipsa solo (mirabile dictu)
nicuit, parmamque ferens hastamque trementem.
templo tentanda fuga canit aequora Calchas,
c posse Argolicis exscindi Pergama telis,
nina ni repetant Argis, numenque reducant,
iod pelago et curvis secum avexere carinis.
nunc, quod patrias vento petiere Mycenas,
ma deosque parant comites, pelagoque remenso
provisi aderunt. Ita digerit omina Calchas.
nc pro Palladio, moniti, pro numine laeso,
igiem statuere, nefas quae triste piaret.

in capite Minervae, et dea
casside. Inf. v. 296. est Ve-
vittata. — 169. 170 Ornate,
am Ge. I, 200. Ex illo tem-
spes Achivorum Troiae ex-
mandae evanuit, et secunda
una est mutata. *fluere*, dif-
re, dilabi, *retro sublapsa re-*
, pro vulgari: retro ferri,
; de mole, quae in altum
evecta. — 171 — 175 Unde
onia Pallas dicta sit, iam ve-
ignorarunt. E pluribus,
memorantur, caussis maxi-
probabilis est, quod a τριτῶ,
Aeolibus caput est, sit ap-
ta *Τριτογένεια*, *capite Iovis*
. Alii modo ab amne, modo
lude seu Libyae, seu Boeo-
, seu Thessaliae, seu Argoli-
ductum nomen esse volunt.
stra h. l. ostenta. *H. ea si-*
, h. e. signa huius irae. *W.* —
arsere — arrectis ornate,
li Palladii exarsere ira; *lumi-*
arrecta exquisitius quam ere-
, ut semper poëta, v. c. v.
.; *erigere oculos*, *vultus*, ut
tra, *demittere*, *deiicere*. Por-
Palladium sudavit, subsiliit
peo hastaque mota; quibus ör-
us Palladii declaratur. — 176 —
Tentanda fuga aequora or-

nate pro revertendum esse. *Omina ni repetant Argis* ductum videtur ab imperatoribus Romanis, qui ad auspicia repetenda ac renovanda Romam nonnunquam ex castris reverti solebant, si v. c. malum omen inciderat. Itaque similiter statuit, esse Achivis Graeciam repetendam, auspicia ibi instauranda, et cum ipso Palladio avecto, ut restituatur in sedem suam, revertendum. *H.* De vocabulo *numen* vid. Not. ad I, 447. *W.* — 180. 181 Et nunc quod in Graeciam redierunt, hoc eo pertinet, eo consilio factum est, ut parent — sed poëta exquisite medium orationis membrum neglexit. (potius brevitatem exquisitam secutus est poëta. *W.*) *arma parant*, h. e. opes et copias bellicas instaurant, *deos parant comites* factis sacris placatos. — 182 *Ita digerit omina*, h. e. ita *omina*, monstra v. 171, h. e. ostenta, *digerit*, ordinat, interpretatur Calchas. Sic Servius quoque. — 183 Interea *moniti*, Calchantis monito, Palladii vice, quo rapto deae sibi iram conflavere, ad sacrilegium expiandum, *hunc effigiem*, hoc equi signum, statuerunt. Equum ad Neptuni

Hanc tamen immensam Calchas adtollere molem
Roboribus textis, coeloque educere iussit,
Ne recipi portis, aut duci in moenia possit;
Neu populum antiqua sub religione tueri.
Nam, si vestra manus violasset dona Minervae,
Tum magnum exitium (quod di prius omen ipsum
Convertant!) Priami imperio Phrygibusque futurum
Sin manibus vestris vestram adscendisset in urbem,
Ultro Asiam magno Pelopea ad moenia bello
Venturam, et nostros ea fata manere nepotes.
Talibus insidiis periurique arte Sinonis
Credita res, captique dolis lacrimisque coactis,
Quos neque Tydides, nec Larissaeus Achilles,
Non anni domuere decem, non mille carinae.
Hic aliud maius miseris multoque tremendum

religiones spectasse, satis novimus; quid Achivos adducere potuerit, ut equum Palladi consecrarent, ignoramus. Sinonis autem dolos hoc fere modo concinnatos esse puta: Achivos ait frandem hanc machinatos esse, ut Troiani vicissim ad sacrilegium committendum pellicerentur, donario Minervae violato; quo facto iram deae in eos versum iri. Ne tamen equus pro donario ab ipsis in acropoli in Palladis templo collocari posset, eum in tantam magnitudinem exstructum esse, ne in urbem recipi posset. Ea nunc se Troianis prodere velle, ut in rem suam vertant; nam, ducto equo in Palladis templum, deam tantum Troianorum studium esse suscepturam, ut non modo urbem tueatur, verum etiam ut Troiani vicissim Achivos bello sint petituri. — 185 — 188 Quam ornate, si singula expendas: Ne tamen votivus hic equus in urbem inferri posset, ad tantam magnitudinem equum fieri (ad tam ingentem molem trabibus contextam extolli, ut ad coelum pertingere videretur) iussit Calchas. (Ad constructionem compares Iuven. XIV, 95. *dum melliore novas adtollit marmore lus.* W.) Etiam ex membr ordine et collocatione pa agnoscis. *antiqua* h. e. ea, surreptum Palladium colu Sensus: ne nunc pro Pal equus haberetur, eoque cult merita et propitia reddita eandem, quam ante, tutela lenti populo praestaret. — 1 194 Sin a vobis in urbem i ctus esset equus, Troianos, versia fatis, Argos esse bell tituros et excisuros. — 19 198 Egregium epiphonema, clusum sententia aliqua, in mis ad miserationem apta. *les Larissaeus* simpl. Thess nam Larissa tum non Achill rebat, sed Letho, et a Pel habitabatur. v. Il. β, 84o. sq *mille carinae* numero minus tiliter expresso, ut solent po v. Popium ad Iliad. β, ut taceamus. *II.* Variavit orati usu particularum *neque – n non – non*, ut Ge. I, 395 – Similiter Cicero de Nat. De f. post *sive – sive* voculas, posuit. W.

199 Sequitur locus de coonte, in quo animadve dum, quomodo poëta om

ɔiicitur magis, atque inprovida pectora turbat.
ocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
llemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
ce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta
orresco referens) inmensis orbibus angues
ɔumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;
ctora quorum, inter fluctus adrecta, iubaeque
nguineae exsuperant undas, pars cetera pontum
ne legit, sinuantque inmensa volumine terga;
t sonitus, spumante salo. Iamque arva tenebant,
dentisque oculos suffecti sanguine et igni,
ɔila lambebant linguis vibrantibus ora;

-orem, quem hoc ostentum ɔisnorum animis non potuit a iniicere, extulerit. cf. 228. sq. merici loci II. β, 305. sqq.,

Nestor ostentum Achivis in lide morantibus obiectum merat, simile est exordium. obiiur eleganter, ut de ostentis et as miris vel inopinatis, pro hit. — *II. improvida pectora*, e. Troianos credulos et a necorum dolo sibi non caven- s *W.* — 201. 202 *Ductus sor-*

Vel ex historiis hic habuit; remto enim Neptuni sacerdo- ex aliis, ut mos erat, sacer- ibus Laocoon, qui Apollinis ymbraei erat, sorte obtingon- Neptuni sacra curavit, ut nar-

Serv. ex Euphorione; vel m sacerdotii adipiscendi mo- e pluribus posuit, ut poëta. bd autem in his adiunctis paul- copiosior est, ex eo artem ltae agnosce; facit enim ex- tationem. — *aras sollemnes* it docte, ad quas sollemne sacrificium parabatur; ut *sollemnis ecus*, in quo sollemnes ludi hantur, Ovid. V. Fast. 597: *sollennia theatra*, I. Art. 133: *cams sollemnis*, Claudian. de VI ns. Hon. 5. — Ceterum, quod prima statim Troiani exsultane de sacro, Neptuno facien-, cogitasse feruntur, mirum leri potest. Sed Neptunus cum olline Troiae tutela est habi-; etsi Homerus solum Apollinem memorat. Illi itaque, soluta obsidione, sacra parantur χαριστήρια, et quidem in ipso litore, ut et ap. Hygin. 135. *ut sacrum faceret Neptuno ad litus*; et sic apud Homerum Neptuno sacra fiunt. — 203 — 209 Ornatissimus locus. — *incumbunt pelago*, praeclare, pro innatant, sed cum significatione magnitudinis. — *iubae sanguineae*, φύσαι, rubentes — hydrorum — nam hoc genus intelligendum — barbae seu comae. Ap. Homer. Il. β, 308. δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός, — *exsuperant undas*, eminent supra mare. (Restituendum est e codicum consensu *superant*. W.) — *legit pontum* egregie de vestigiis incessus lenis vel tractus in superficie. — *sinuantque immensa volumine terga*, h. e. pars posterior serpentum sinuatur in immensum volumen, spiram, arcum. — 209 — 211 Etiam haec valde ornata; *arva* pro littore. — *suffecti oculos s.* oculis suffusis sanguine, rubentibus et ardentibus. *ora sibila*, ut Ge III, 421. *colla sibila*, συρίζοντα. cf. Hesiod. Θ, 826. Sc. 235. De hoc ipso serpente, de quo noster loquitur, Quintus XII, 456. ἐπεσμαράγησε δὲ πόντος Νισσομένων, καὶ κῦμα διΐστατο· τοὶ δ' ἐφέροντο, Αἰνὸν λιχμώοντες (*Sibila* lambebant *linguis vibrantibus ora* noster ornatius). Ceterum similia de ingentium draco-

Diffugimus visu exsangues: illi agmine certo
Laocoonta petunt. Et primum parva duorum
Corpora natorum serpens amplexus uterque
Inplicat, et miseros morsu depascitur artus;
Post ipsum, auxilio subeuntem ac tela ferentem,
Conripiunt, spirisque ligant ingentibus; et iam
Bis medium amplexi, bis collo squamea circum
Terga dati, superant capite et cervicibus altis.
Ille simul manibus tendit divellere nodos,
Perfusus sanie vittas atroque veneno;
Clamores simul horrendos ad sidera tollit:
Qualis mugitus, fugit quum saucius aram
Taurus, et incertam excussit cervice securim.
At gemini lapsu delubra ad summa dracones
Effugiunt, saevaeque petunt Tritonidis arcem,

num allapsu plura sunt poëtarum loca (cf. Cerda), v. c. de draconibus ab Hercule puero, et a Cadmo interemtis, comparanda illa quidem non sine fructu, si otio abundes, ita tamen, ut iudicium in cognoscendo rerum dilectu, varietate narrationis et suavitate acuas, non, ut inanem lectionis copiam ostentes, iciunamque inde verborum rerumque similium copiam memoria comprehendas. Ex Virgilio hausere Manil. V, 580. sqq. Ov. IV, Met. 688. sqq.: Val Fl. II, 497. sqq.: Silius II, 584. sqq. in primis VI, 149. sqq.: Petron. c. 89. v. 29. sqq. de eodem monstro, de quo noster agit. Adde Statium V. Theb. 506. sqq. — 212 *Agmine certo*, exquisita latinitate pro: uterque simul destinato in eum lapsu. — 215 *Implicat*, circumdat spiris seu nodis ac voluminibus. *morsu depascitur*, ἐπινέμεται, proprie de eo, qui devorat (sic poëtae, *morsu lacerare, consumere*); h. l. ornate pro, mordet; neque aliter intelligendus Lycophronis παιδοβρῶς Πόρκης. — *tela ferentem*, cum telo in manu approperantem. — *bis circumduti collo squamea terga*, cum corpus et collum eius, h. e. omnino superiorem corporis partem, tractibus corporum suorum bis circumdedissent, super ea caput eminent, emicant capitibus suis. — 220 — 224 Pro ea pontibus docte *nodos* ponit; egregie ad horrorem facit v. 221 quod *vittas*, infulas sacerdotis narrat. — 224 *incertam secuit*, non satis certo et valido ictu depressam. Imitatio Senecae Agam. 777. *cervice taurus vulnus incertum ferens*, et alia apud Silium V, 64. 65. Sapienter autem bovem non quacunque, sed, ut dignam tem res haberet, bove victimam in comparatione usus est; quae in sacro Neptuni Heliconii fecerat Homerus loco, quem oculos noster habuit, Il. v, 404. — 225 *Lapsu effugiunt* nate pro labuntur, serpunt, *lapsu* nude stare putes. *H.* recte intelligo, dicere Heyne voluit, *lapsu*, verbo *effugiunt* adiectum, genus motus serpentibus proprium. cf. VII, 349. designans, ornat. Diversum cendi genus est, ubi ablativus substantivi abiectivo adiuncti cum verbo motus copulatur, ita ut verbium vulgare vitetur. Val. Fl. I, 686. *Ecce autem* molli *phyros descendere* lapsu *Adgressiant* h. e. molliter, leniter scendere. Et Valer. Fl. I, 91.

ub pedibusque deae, clipeique sub orbe teguntur.
'um vero tremefacta novus per pectora cunctis
insinuat pavor; et scelus expendisse merentem
Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur
laeserit, et tergo sceleratam intorserit hastam.
ducendum ad sedes simulacrum, orandaque divae
numina conclamant.
vidimus muros, et moenia pandimus urbis;
Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum
Subiiciunt lapsus, et stuppea vincula collo
Intendunt: scandit fatalis machina muros,
Feta armis: pueri circum innuptaeque puellae
Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent:

cepere deae, celerique per aera lapsu diversas petiere vias e. celeriter petiere. Add. Ho. Od. II, 10, 10. *W. delubra summa,* Minervae templum in e summa. Minerva h. l. *saeva,* ta Troianis. At Palladium ex e abreptum supra vidimus v. 5: unde ergo h. l. Palladis signum? dicendum scilicet, *fuisse* nd ac diversum ab illo arcanae ägionis Palladio. — *sub pedibus,* h. e. inter pedes, et post peum. Egregie hoc a poëta mbratum ex eo, quod Pallas signa (ξόανα) interdum draem pedibus adporrectum habent. — 228 — 232 *Scelus expendisse*, exquisite, poenas sceris, sacrilegii, in equum, Minvae donum, commissi persolse meritas. — *tergum*, v. sup. v. 50, ubi *latus* et *alvum* dirat; at variavit, ut poëta. *ad des*, deae, h. e. templum, quod arce erat. *simulacrum*, Homecum μέγ' ἄγαλμα θεῶν θελκτήριον Odyss. Θ, 509, — *orandae divae Numina*, numen eius orandum, placandum. — 234 — 37 *Dividimus muros*, exquisite o dissolvere et dirumpere, ut litus fiat, aut, si de porta accitur, ut latius pateat. Nam de rta Scaea agitur, a qua non ge stabat equus; ἐν πύλαις, Eurip. Troad. 525. Post muros *moenia* h. l. proprio significatu, ut aedificia intra muros sint. — *accingunt se*, ut 229. *insinuat* et innumera ex poëtarum more. *rotarum lapsus* egregie pro simplici *rotas*, quae *labentes* dicuntur poëtis quando volvuntur; sic et *intendunt* exquisitius quam illigant, innectunt. cf. IV, 506. (cf. Not. ad Ge. IV, 399. *W.*) *collo*, equi parti anteriori. Ceterum poëtam ad thensas Romanorum suorum sacramque pompam respexisse, non improbabile est. — 237 — 240 *Scandit muros*, h. e. transscendit; maior imago, quam si portam *intrat*, quae, murorum impositorum et attingentium parte deiecta, erat latior facta; conf. inf. VI, 514. 515. — *machina fatalis*, exitium fatale Troianis afferens, et *feta armis*, plena viris armatis; ut iam ἐγκύμον' ἵππον τευχέων ap. Euripidem Troad. 11, h. e. ἔνοπλον, ut ibid. v. 524.; supra 20. *uterum* dixerat. *gravis* inf. IV, 516. *armatum peditem gravis adtulit alvo.* Locus autem ex Ennianis expressus ap. Macrob. VI, 2. *Nam maximo Saltu superavit gravidus armatis equus — Qui suo partu arduas perdat Pergama.* — 239 *sacra canunt*, h. e. hymnos, quemadmodum alias apud poëtas: *canere dulce, ferale.* *W.* (*Canere sa-*

Illa subit, mediaeque minans inlabitur urbi.
O patria, o divom domus Ilium, et incluta bello
Moenia Dardanidum! quater ipso in limine portae
Substitit, atque utero sonitum quater arma dedere.
Instamus tamen immemores caecique furore,
Et monstrum infelix sacrata sistimus arce.
Tunc etiam fatis aperit Cassandra futuris
Ora, dei iussu non umquam credita Teucris.
Nos delubra deum miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, festa velamus fronde per urbem.
Vertitur interea coelum, et ruit oceano Nox,
Involvens umbra magna terramque polumque,
Myrmidonumque dolos; fusi per moenia Teucri

era dicitur, ut *canere querelam* Ge. I, 378. Neque *saera* instar adverbii hic positum est; quamquam hic usus adiectivorum neutrius generis negari nequit. Ecl. III, 63. *Suave rubens hyacinthus.* Ge. III, 499. *Et pede terram Crebra ferit.* At Ge. II, 275. *Densa sere* pro densas vites sere accipiendum puto. *W.*) Hic, et in toto loco, manifesta Euripidei chori vestigia Troad. 526. sqq. — *mediae urbi*; omnia media dicuntur, quae post initia sunt, h. l. *urbs media* est tota urbs intra muros; etsi vere per mediam urbem ad arcem ductus est equus, ut Palladis in templo collocaretur. conf. Eurip. l. c. 540. 541. et Odyss. δ, 504. *minans* simpl. ad altitudinem refer. Nam, quae altitudine sua super cetera eminent, minari iis dicuntur. cf. Aen. IV, 88. et Serv. Melius autem iungitur *illabitur urbi mediae, minans*, quam *minans mediae urbi*, quod tenuius.— 241 — 243 *divum domus*, incertum esse potest, quo sensu dixerit poëta. Proprie tamen urbs ita appellanda propter augusta templa et religiones; et ex persona pii Aeneae haec acceptio est convenientissima. Ceterum v. 241 totus Ennianus esse fertur apud Servium. Vs. 242 ad omina pertinet, quae putide exsequitur Quintus Cal. XII, v. 505. Expressus e nostro Senecae Ag. v. 628. sqq. — 244 *Instamus men.* Quintus Cal. XII, 427. δ' ἅμα πάντες Ἕλκον etc. *immemores* h. l. providi, incogitantes (conf. v. 512. sqq.), quippe quos nuerant dii tali omine, ne men Troiani eorum monitum tellexere. — *monstrum* praeclare de equo magnitudinis, qui exitium erat allaturus. Sic Ciceroni *tale prodigium portentumque* pernicioso homine. — 246. De Cassandra vate, cui ne quidem creditum et fides copiosius Quintus Cal. XII, sqq.: *dei iussu*, Apollinis, amores illa eluserat. res nota. 248. 249 *Velare* proprium hoc re, suspensis super templa postibus coronis ac sertis, frondibus, infulisque. Tradi verbum aliis locis poëta ad mas vel sacerdotes, supplic alia, ubi coronae vel infulae vittae usus est. — 250 — 253 *titur coelum:* ex vulgari persu sione, coelum singulis noctib circumagi. *ruit* exquisite pro nit, surgit. *umbra magna*, v. Ge. II, 338. — Myrmidones; his dixit *Myrmidonum* quam ingeniose adiectum et fusi *per moenia* h. l. est per

Eripui, fateor, leto me, et vincula rupi;
Limosoque lacu per noctem obscurus in ulva
Delitui, dum vela, darent si forte, dedissent.
Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi,
Nec dulcis natos exoptatumque parentem;
Quos illi fors ad poenas ob nostra reposcent
Effugia, et culpam hanc miserorum morte piabunt.
Quod te per superos et conscia numina veri,
Per, si qua est, quae restet adhuc mortalibus usquam
Intemerata fides, oro, miserere laborum
Tantorum; miserere animi, non digna ferentis.
Ilis lacrimis vitam damus, et miserescimus ultro.
Ipse viro primus manicas atque arta levari
Vincla iubet Priamus, dictisque ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos hinc iam obliviscere Graios;
Noster eris; mihique haec edissere vera roganti:
Quo molem hanc inmanis equi statuere? quis auctor?
Quidve petunt? quae religio? aut quae machina belli?
Dixerat. Ille, dolis instructus et arte Pelasga,

tus Cal. XII, 383. (*Salsas fruges* vel *molam salsam* et *οὐλοχύτας* differre, docuit Vossius ad Ecl. p. 429. *W.*) 134 sq. Vid. sup. ad v. 57. *Vincula* non sunt vittae, sed, quibus ligatus servabatur, et ad arma adducebatur, etsi iam vittatus. v. infra 156. Ante aram vero soluta stabat hostia. — 136 Interpunximus: *dum vela, darent si forte, dedissent*, ut iungas; *dum dedissent vela, si forte darent.* Nam ieiuna est vulgaris ratio: *dum vela darent, si forte dedissent.* — 137 Sequentia egregie ad miserationem ficta. In quibus respexisse videri potest Il. ε, 408. 409. — *patriam antiquam*, pristinam; nihil amplius. Omnibus colonis, exsulibus, transfugis prior patria est *antiqua patria. Ob nostra effugia*, plenius quam exile: ob fugam meam. — *piabunt*, h. e. expiabunt, pro punient, ulciscentur, exquisite. — 141 *Quod*, quae cum ita sint. Est ὃ pro κατὰ ὅ, διὰ ὅ. *conscia numina veri*, inspectores ac testes, me vera narrare. — Mox 143 *fides*, quam hic inclamat, est iusti rectique observantia, h. l. iuris divini et humanitatis.

145 *His lacrimis*, pro vulgari: ipsi cum lacrimis narranti (Sic et pedestres scriptores; Liv. 34, 3, *negantis hoc piis precibus earum. W.*) *ultro* est libenter, facili promtoque animo. Mox *levari* est laxari proprie, ut bene Burm.; tum poëtis omnino de demtis vinculis. Sic et χαλᾶν. — 148 *Hinc*, porro, in posterum, *amissos Graios* dixit, ut liberos, amicos, supra I, 217. socios, *amissos*, quibus privati sumus; exquisite. — 149 Iliad. κ, 384. et aliis locis: Ἀλλ' ἄγε μοι τόδε εἰπὲ καὶ ἀτρεκέως κατάλεξον. — 151 Quid in equo fabricando spectarunt? num religionis caussa, ut deo alicui consecrarent, an ut machina bellica esset, fabricati sunt? Mox v. 152 *dolis instructus* Homericum κακοῖσι δόλοισι πεπυκασμένος, καρδαλιόφρων Il. δ,

Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas:
Vos, aeterni ignes, et non violabile vestrum
Testor numen, ait; vos, arae ensesque nefandi,
Quos fugi, vittaeque deum, quas hostia gessi:
Fas mihi Graiorum sacrata resolvere iura,
Fas odisse viros, atque omnia ferre sub auras.
Si qua tegunt, teneor patriae nec legibus ullis.
Tu modo promissis maneas, servataque serves,
Troia fidem, si vera feram, si magna rependam.
Omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. Impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes,
Fatale adgressi sacrato avellere templo
Palladium, caesis summae custodibus arcis,
Conripuere sacram effigiem, manibusque cruentis
Virgineas ausi divae contingere vittas;

339. — 154 *Aeterni ignes* vix alii esse possunt quam sol, luna et sidera, de quibus et Serv. ac Donatus acceperunt; nam paullo ante: *Sustulit ad sidera palmas.* Iis aeternitatem, numen tribui, et locum in iureiurando dari, notum est, et satis docuit Burmann. ad h. l. Idem *non violabile* bene ad periurii ultionem retulit: per quos nemo impune peierat. *Ensees*, *μάχαιρα*, *σφαγίς*, invidiose pro singulari. — 157 *Sacrata Graiorum iura* sunt, nostro iudicio, civitatis ius, saltem ius commune popularium, quod *resolvere* se dicit, ut patriis legibus solutus in civitatem Troianam transeat, amplius iam Graecus non sit, sed unus e Troianis. Itaque subiicit: *patriae teneor nec legibus ullis.* Scilicet *sacrata iura* simpl. pro *ius sacrum*, inviolabile. *resolvit* ius, qui eo se liberat. Mox 158 debebat sequi: Fas mihi est ex iusto odio in eos omnia arcana (haec sunt: *si qua tegunt*) proferre. Ex inversione agnosces poëtam. *H. Resolvit iura*, qui in ea peccat; Aen. IV, 27. *tua iura resolvo.* Ad iura gentis *τῶν Ἑλλήνων* communia pertinuisse videtur, consilia et conatus eius barbaris non prodere. *W.* — 160 *Servata* egregie adiectum, ut, quod *revelatum sit*, ad Troianorum salutem pertinere videatur. — *si vera feram* pro vulgari: dicam.

162 Fabulam instruxit Sinon hunc fere in modum: Equum esse donarium Minervae destinatum ad deam placandam, quod Palladium ex eius templo esset surreptum. Iram enim deae fuisse declaratam prodigiis 171—5.; quibus omni Troiae capiendae spe sublata, Calchantem monuisse Achivos, ut domum redirent, auspiciis novis captis, Palladio Troiam reveherent, aliamque in rem profectionem pararent. — 182. Interea dea, donario equo dicato, acquiescere visa est Graecia. *Fiducia* notat idem fere, quod spes certa; *belli* docte adiectum, de belli exitu, ut est *stetit* pro vulgari: *posita fuit in.* — 164 Diomedes h. l. *impius* propter Palladium ablatum. — 165 — 168 Gravissime singula; — etiam quod *vittas virgineas* deae memorat; nam est nihil aliud, quam *deam virginem* (supra *innuptam*) *attingere*, contrectare, manibus impuris. *Vittae* h. l. eam vidu-

x Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,
e tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
pectate venis? ut te post multa tuorum,
era, post varios hominumque urbisque labores
ssi adspicimus! quae caussa indigna serenos
lavit voltus? aut cur haec volnera cerno?
nihil; nec me quaerentem vana moratur;
graviter gemitus imo de pectore ducens:
! fuge, nate dea, teque his, ait, eripe flammis.
tis habet muros; ruit alto a culmine Troia.
patriae Priamoque datum. Si Pergama dextra
endi possent, etiam hac defensa fuissent.
a suosque tibi commendat Troia Penatis;
cape fatorum comites, his moenia quaere,
na pererrato statues quae denique ponto.
ait; et manibus vittas Vestamque potentem
ernumque adytis effert penetralibus ignem.

in his Ennium ante oculos
it, cuius versus ap. Macrob.
2. *O lux Troiae, germane
or! Quid ita cum tuo la-
to Corpore miser? aut, qui
e Respectantibus Tractavere
s? Lux* autem non ad glo-
referendum, sed de *salute*
iendum, si quidem ex Ho-
ico φάος expressum. *ut t. p.*,
. ὡς, qui, quomodo. (Vide
lingua Latina iungi postulet
lefessi, h. e. quantis cladibus
austi. Nam si quis iungere
it *ut te adspicimus*, h. e. ut
ctum te adspicimus, et ad
ientia referre, ei vereor ne
ba *post multa — defessi* pro
sis habenda sint. *W.*) — *de-
i* cladibus, ut eleganter poë-
v. c. Horat. II, Carm. 4, 11.
*didit fessis leviora tolli Per-
na Graiis — serenos foedavit*
quoniam et *foeda tempestas*
prie dicitur. *II.* 287 *Ille nihil*
haec respondit, quae interro-
a erant. *W.* — 290 *Ruit alto
culmine Troia* (Etiam inf. v.
.) ex Homerico, quod saepius
urrit, κατ' ἄκρης. Ad 291.
cf. inf. XI, 288. 289. Habet
ria et Priamus omnia, quae a
te ad ipsum defendendum fieri
ac praestari potuerunt. *etiam hac* δευτερικῶς, Hectoris manu, h. e.
mea.

293 Penates sunt publici, dii
Troiae patrii, urbis tutela. De
forma eorum ac specie v. lib. III,
148. 173. 174 — *Sacra* et *Pena-
tes* possunt pro eadem re haberi:
ut illa, quibus generis notio in-
est, declarentur per hos. Sic saepe
sacra universe de deorum si-
mulacris, etiam de his ipsis Pe-
natibus; v. c. Ovid. Fast. I, 527.
Mox tamen v. 296. 297 *vittas
Vestamque et ignem sacrum* me-
morat, quae omnia cum Penati-
bus asportavit; haec igitur per
sacra declarare potuit. (Infr. 320.
sacra victosque deos eadem ra-
tione iunguntur. *W.*) *Vittas* re-
ligiose posuit, cum *Vesta vitta-
ta* aut *cum vittis* dicenda esset.
Sup. v. 168. de Pallade: *Virgi-
neas ausi divae contingere vittas.*
Visus autem est Hector ex ipsa
Vestae aede simulacrum deae
cum igne sacro efferre. Quo vero
loco Penates positi fuerint, poë-
ta non docuit. — *Fatorum comi-
tes* quanto potentius, quam *erro-
rum, viae, casuum! Moenia*, int.

Incipio super his: Iuvenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi (quae sit rebus fortuna, videtis:
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
Incensae:) moriamur, et in media arma ruamus.
Una salus victis nullam sperare salutem.
Sic animis iuvenum furor additus. Inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis; per tela, per hostis
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
Urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrimis aequare labores?

in pugnam. *H. audere* absolute dicitur pro audacia accendi. Tac. Hist. II, 25. *rursus ausi. W.* — *super his*, simpl. pro post haec, inde. Quae sequuntur, sic ordinare iuvat: O iuvenes, frustra fortes, *si vobis cupido certa est, sequi*, sequendi, *audentem extrema*, h. e. aliquem, qui extrema mortis pericula adire decrevit, sequimini me; agedum! moriamur, et in media arma ruamus; nam videtis, quae sit rerum fortuna et conditio: videtis, deos tutelares ac praesides Troiae nos plane deseruisse; *succurritis urbi Incensae!* sero ad patriam defendendam properatis; quippe *iam captam et incensam.* Nihil superest, quam honeste mori. Moriamur etc. — v. 351 ex veteris religionis persuasione interpretandus, qua urbes captae vel capiendae a diis deseri credebantur. Euripidis locum e Troad. 23. iam Macrob. V. cap. extr. comparavit. cf. Tryphiod. v. 496. 497. Hinc evocatio deorum, de qua h. l. Servius. — 354 *Una salus*, int. honestam mortem, qua se ab hostium potestate liberent. — 355 *Furor additus*, inflammati illi sunt. Statius V. Theb. 33. *O miserae, quibus hic furor additus.* — 355 — 360 Homerus comparatione luporum saepe utitur, v. c. Il. λ, 72. οἱ δὲ, λύκοι ὥς, Θῦνον, *lupi raptores* ex epitheto σένται, Iliad. π, 353. natum videtur; et π, 56. λύκοι ὡς, Ὠμοφάγοι, item Odyss. ζ, 133. de leone: κέλεται δὲ ἑ γαστὴρ, Μήλων πειρήσοντα — ἐλθεῖν, — *quos improba* (magna) *ventris Exegit* (egit, quia prodeunt ex latebris) *caecos rabies*; quantum ornatius! ut etiam reliqua: *atra in nebula*, ex observatione sagacitatis in talibus animantibus. Sic Apollon. II, 124. ἤματι χειμερίῳ lupos praedari facit, et Homerus Βάν ῥ' ἴμεν, ὥςτε λέοντε δύω, διὰ νυκτα μέλαιναν Ἀμφόνον, ἂν νέκυας, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα (*per tela, per hostes*) Il. κ, 297. 298. — Comparatio autem tantum ad impetum et rabiem irruentium referenda; nil amplius. *Vadimus* impetum et furorem notat verbum in hoc contexto; ut et alibi ἔρχεσθαι, *ire. Nox circumvolat*, quippe alata inf. VIII, 369. Sic Somnus, Somnia. v. ad Tibull. II, 1, 89. *cava umbra*, quatenus ipsi ea circumdantur, quasi tecti; puto equidem. — 361 Odyss. γ, 113. τίς κεν ἐκεῖνα Πάντα γε μυθήσαιτο καταθνητῶν ἀνθρώτων; imitatus Silius V, 421. sq. et II, 630. sqq., ubi plura in Sagunto eversa ex altero Aeneidis libro

Diverso interea miscentur moenia luctu;
Et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque obtecta recessit,
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Excutior somno, et summi fastigia tecti
Adscensu supero, atque adrectis auribus adsto;
In segetem veluti quum flamma, furentibus Austris,
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
Praecipitesque trahit silvas, stupet inscius alto
Adcipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
Insidiae. Iam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Volcano superante, domus; iam proximus ardet
Ucalegon; Sigea igni freta late relucent;

urbem Lavinium. *magna* dixit respectu Romae inde oriundae; ut et III, 159. *H.* De *adyt. penet.* vid. Not. ad Ge. I, 379. *W.*

298 — 301 Interea *urbs miscetur luctu*, h. e. in urbe miscetur (cf. II, 486. et IV, 160, et ibi Not. *W.*) *luctus*, h. e. eiulatus, clamor, (mox v. 301 *sonitus*) *diversus*, e diversis urbis partibus. *domus secreta recessit*, ornate, pro erat secreta, remotior a litore et porta Scaea, eaque parte, qua Achivi urbem ingressi erant. Statii imitatio Theb. V, 242. *et si lata recessit Urbe domus.* — 302 — 308 *Adscensu supero*, pro adscendo, ornate, in re tenui. In his: *arrectis auribus adsto*, stuporem simul cogita. Iungendum enim, *arrigo aures*, — *veluti* — *stupet pastor accipiens sonitum.* Quae sequitur comparatio duplex, adumbrata est ex Il. β, 455. 456; λ, 155. sqq.: et Il. δ, 452 — 455: adde ε, 87. sq.: λ, 492. sqq.: Lucret. I, 282 — 290. Cf. inf. 496. sq.: Aen. XII, 523. sqq. et X, 405. sqq. Argutantur in comparandis locis Macrob. Scalig. Cerda. Dicendum, poëtam Homeri inventa egregie latine reddidisse et ornasse. Nisi forte in hoc reprehendendus videri potest, quod *ex Aeneae narrantis persona* talis comparatio non satis commode intexta sit. Sed illius narrantis recordationem suavitas narrationis iamdudum audientium animis excussit. *furentibus Austris*, dicit ut poëta, pro ventis flantibus. *torrens*, χειμάρρους, *rapidus*, quippe auctus, *montano flumine*, aquarum colluvie e montibus. — 308 Iliad. δ, 455. Τὼν δέ τε τηλόσε δοῦπος ἐν οὔρεσιν ἴκλυε ποιμήν. — 309 — 313 *Tum vero manifesta fides* ornate, uti *rebus fides fieri* dicitur eventu: manifesta iam res erat. — *Deiphobi* domus prima incensa; duxerat is Helenam post Paridis mortem, ut iam Servius; cf. Quint. Cal. XIII, 354. sqq.: Odyss. Θ, 517. sqq., qui locus fundus fabulae: — proxima Ucalegontis, qui e principibus erat et in consilio Priami Il. γ, 148. *H.* Imitationem manifestam vide apud Iuvenal. III, 198. *Iam poscit aquam, iam frivola transfert Ucalegon*, qui hoc nomine hominem nobilem notavit. Ibidem 201. *ultimus ardebit* usurpatum, ut h. l. *Ucalegon ardet* h. e. aedes hominis. *W.* — *Sigea freta relucent*, prospicienti ex urbe per tenebras. conf. Quint. ibid. 464. sqq. *lata* cum dilectu

Exoritur clamorque virum clangorque tubarum.
Arma amens capio; nec sat rationis in armis;
Sed glomerare manum bello, et concurrere in arcem
Cum sociis ardent animi. Furor iraque mentem
Praecipitant; pulcrumque mori succurrit in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achivom,
Panthus Othryades, arcis Phoebique sacerdos,
Sacra manu victosque deos, parvumque nepotem
Ipse trahit, cursuque amens ad limina tendit.
Quo res summa loco, Panthu? quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu quum talia reddit:
Venit summa dies et ineluctabile tempus
Dardaniae. Fuimus Troes; fuit Ilium, et ingens
Gloria Teucrorum. Ferus omnia Iuppiter Argos
Transtulit; incensa Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos mediis in moenibus adstans
Fundit equus, victorque Sinon incendia miscet.

h. l. positum; nam late relucet mare circa Sigeum promontorium. Denique *tubarum clangor*, Euripidis et Tragicorum exemplo, memoratur; etsi Iliacis temporibus nondum fuere tuba et lituus. — 314 — 317 *Nec sat rationis*, h. e. parum consilii, *in armis*, nec mihi satis ipsi constabat, quid et quantum his armis profuturus essem captae et incensae iam urbi. — *ardent animi*, ardeo, hic unus impetus erat, *glomerare manum bello*, colligere milites ad pugnam, et cum iis (*cum sociis*) in arcem ad regem concurrere. — 317 et illa una cogitatio animum subit, quam pulchrum sit, fortiter pugnando mori. Sic Ge. IV, 218. *pulcramque petunt per volnera mortem.*

318—321 Panthus, Πάνθοος, Πάνθους, sacerdos Apollinis, cuius templum erat in arce. Videtur Panthi Othryos f persona ducta ex Iliad. o, 522, ubi Apollo Panthi filium, Polydamantem, tuetur. Adde inf. v. 430. *Sacra deosque*, h. e. simulacrum Apollinis; uti v. 293. *Sacra suosque — Penates.* Ponunt autem poëtae primum continens utpote latioris significatus. Non tamen ignoro, vasa et utensilia sacra ab aliis intelligi. At *victos* quam invidiose! Deorum autem simulacrum in excidio templi et urbis ex more secum ferre et servare studet sacerdos, ut Aeneas Penates, ne in hostium potestatem veniant. Nota res est, sed monenda. *trahit* cum dilectu positum pro ducit. *ad limina*, domum Aeneae. — 322 Optimum factu, ut *arcem* pro perfugio accipias; quo confugimus? — 324 sqq. Admirabilis oratio, gravitatis et doloris plena, et ea quidem sacerdotis Apollinis, et in tali rerum condit one! Euripidis illam Troad. 585. respexisse poëtam volunt: Πρίν ποτ' ἦμεν. Βέβακεν ὄλβος. Βέβακε Τροία. *ineluctabile*; Euripideum fere convenit: τύχα, τύχα δυσπάλαιστος ἥκει Alcest. 907. — 326 *Ferus Iupiter*, ut alias *saevus*, h. e. iratus, crudelis. *omnia Argos transtulit*, Argivis victoriam et rerum summam permisit, Troia nunc eversa. — 328 — 335 *Mediis in moenibus*, in media urbe; nam in arce. cf. 240. 252. — *incendia miscet*, plus, quam pre-

Insultans: portis alii bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis umquam venere Mycenis.
Obsedere alii telis angusta viarum
Oppositi; stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci; vix primi proelia tentant
Portarum vigiles, et caeco Marte resistunt.
Talibus Othryadae dictis et numine divom
In flammas et in arma feror, quo tristis Erinnys,
Quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
Addunt se socios Rhipeus, et maxumus armis
Epytus; oblati per lunam Hypanisque Dymasque,
Et lateri adglomerant nostro, iuvenisque Coroebus
Mygdonides. Illis ad Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandrae incensus amore;
Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
Infelix, qui non sponsae praecepta furentis
Audierit.
Quos ubi confertos audere in proelia vidi,

miscue; passim, facit. Ita *miscere caedes. victor* est effector propositi. — 330 *alii*, — *millia quot*, h. e. tot millibus, quot eorum etc. pro vulg. reliqui omnes. *portis bipatentibus*, variatum pro simplici, patentes, apertae. Intelligendae autem portae Scaeae. cf. sup. v. 266. *portisque patentibus omnes Accipiunt socios.* — *Obsedere* — *oppositi* ornate et hoc adiectum. *stat* — *stricta* pro vulgari stricta est; *stat*, quippe sublatus et erectus ensis. — *caeco Marte*, nocturno proelio, in quo cerni ac discerni hostis nequit. — 336 — 338 *Numine divum*, tamquam a deo aliquo actus — in medium incendium et pugnas ruit Aeneas. *Erinnys*, quae ante *Furor*, h. e. animi impetus, ardor pugnandi. *H.* Hunc pugnandi ardorem suum *tristem* vocare non convenit heroi. *Erinnys* dea esse videtur, ad caedem instigans; hinc *tristis*, utpote funerum et luctus causa. *W.* — 341 — 346 *Adglomerant*, docte, se adiungunt. Sup. 315. erat *glomerare manum*, colligere manum, sociare. Suaviter rerum miserabilis facies distinguitur episodio brevi de Coroebo Mygdonis filio, confecto illo ex Il. *v*, 363. de Othryoneo. *H.* Si quid video, distinguendum: *Addunt se socios Rhipeus et maxumus armis Epytus, oblati per lunam, Hypanisque Dymasque, et lateri adglomerant nostro*, ut quatuor viri *Rhipeus*, *Epytus*, *Hypanis* et *Dymas* se socios addant, utque pronomen *se* ad verbum *adglomerant* trahi possit. cf. XII, 457. Ut enim alia verba reciproce poni scio, ita nusquam *adglomerare* sic usurpatum legi. Nec positura nominum *Hypanisque Dymasque* post participium *oblati* obstat, quominus illa pariter ac *Rhipeus* et *Epytus*, pro subiectis habita, ad verbum *addunt* trahantur. Eadem prorsus est nominum propriorum collocatio 260 — 263. *W.* — *gener* autem h. l. spe. — *praecepta* h. l. sunt monita vatis a deo actae, scil. ne Troianorum cladi ipse tamquam pars accederet, neve suas nuptias speraret.

347 — 354 *Audere in proelia* exquisite, cum audacia procedere

Incipio super his: Iuvenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi (quae sit rebus fortuna, videtis:
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
Incensae:) moriamur, et in media arma ruamus.
Una salus victis nullam sperare salutem.
Sic animis iuvenum furor additus. Inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis; per tela, per hostis
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
Urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrimis aequare labores?

in pugnam. *H. audere* absolute dicitur pro audacia accendi. Tac. Hist. II, 25. *rursus ausi. W.* — *super his*, simpl. pro post haec, inde. Quae sequuntur, sic ordinare iuvat: O iuvenes, frustra fortes, *si vobis cupido certa est, sequi*, sequendi, *audentem extrema*, h. e. aliquem, qui extrema mortis pericula adire decrevit, sequimini me; agedum! moriamur, et in media arma ruamus; nam videtis, quae sit rerum fortuna et conditio: videtis, deos tutelares ac praesides Troiae nos plane deseruisse; *succurritis urbi Incensae!* sero ad patriam defendendam properatis; quippe *iam captam et incensam*. Nihil superest, quam honeste mori. Moriamur etc. — v. 351 ex veteris religionis persuasione interpretandus, qua urbes captae vel capiendae a diis deseri credebantur. Euripidis locum e Troad. 23. iam Macrob. V. cap. extr. comparavit. cf. Tryphiod. v. 496. 497. Hinc evocatio deorum, de qua h. l. Servius. — 354 *Una salus*, int. honestam mortem, qua se ab hostium potestate liberent. — 355 *Furor additus*, inflammati illi sunt. Statius V. Theb. 33. *O miserae, quibus hic furor additus.* — 355 — 360 Homerus comparatione luporum saepe utitur, v. c. II. λ, 72. οἱ δὲ, λύκοι ὡς, θῦνον, *lupi raptores* ex epitheto σίντας, Iliad. π, 353. natum videtur; et π, 56. λύκοι ὡς, Ὠμοφάγοι, item Odyss. ζ, 133. de leone: κέλεται δέ ἑ γαστὴρ, Μήλων πειρήσοντα — ἐλθεῖν, — *quos inproba* (magna) *ventris Exegit* (egit, quia prodeunt ex latebris) *caecos rabies*; quantum ornatius! ut etiam reliqua: *atra in nebula*, ex observatione sagacitatis in talibus animantibus. Sic Apollon. II, 124. ἤματι χειμερίῳ lupos praedari facit, et Homerus Βάν ῥ ἴμεν, ὥστε λέοντε δύω, διὰ νύκτα μέλαιναν Ἀμφόνον, ὃν νέκυας, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα (*per tela, per hostes*) Il. κ, 297. 298. — Comparatio autem tantum ad impetum et rabiem irruentium referenda; nil amplius. *Vadimus* impetum et furorem notat verbum in hoc contexto; ut et alibi ἔρχεσθαι, *ire*. *Nox circumvolat*, quippe alata inf. VIII, 369. Sic Somnus, Somnia. v. ad Tibull. II, 1, 89. *cava umbra*, quatenus ipsi ea circumdantur, quasi tecti; puto equidem. — 361 Odyss. γ, 113. τίς κεν ἐκεῖνα Πάντα γε μυθήσαιτο καταθνητῶν ἀνθρώπων; imitatus Silius V, 421. sq. et II, 630. sqq., ubi plura in Sagunto eversa ex altero Aeneidis libro

Diverso interea miscentur moenia luctu;
Et magis atque magis, quamquam secreta parentis
Anchisae domus arboribusque obtecta recessit,
Clarescunt sonitus, armorumque ingruit horror.
Excutior somno, et summi fastigia tecti
Adscensu supero, atque adrectis auribus adsto;
In segetem veluti quum flamma, furentibus Austris,
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata laeta boumque labores,
Praecipitesque trahit silvas, stupet inscius alto
Adcipiens sonitum saxi de vertice pastor.
Tum vero manifesta fides, Danaumque patescunt
Insidiae. Iam Deiphobi dedit ampla ruinam,
Volcano superante, domus; iam proximus ardet
Ucalegon; Sigea igni freta late relucent;

urbem Lavinium. *magna* dixit respectu Romae inde oriundae; ut et III, 159. *H.* De *adyt. penet.* vid. Not. ad Ge. I, 379. *W.*

298 — 301 Interea *urbs miscetur luctu*, h. e. in urbe miscetur (cf. II, 486. et IV, 160, et ibi Not. *H.*) *luctus*, h. e. eiulatus, clamor, (mox v. 301 *sonitus*) *diversus*, e diversis urbis partibus. *domus secreta recessit*, ornate, pro erat secreta, remotior a litore et porta Scaea, eaque parte, qua Achivi urbem ingressi erant. Statii imitatio Theb. V, 242. *et si lata recessit Urbe domus.* — 302 — 308 *Adscensu supero*, pro adscendo, ornate, in re tenui. In his: *arrectis auribus adsto*, stuporem simul cogita. Iungendum enim, *arrigo aures*, — *veluti* — *stupet pastor accipiens sonitum.* Quae sequitur comparatio duplex, adumbrata est ex Il. β, 455. 456; λ, 155. sqq.: et Il. δ, 452 — 455: adde ε, 87. sq.: λ, 492. sqq. et Lucret. I, 282 — 290. Cf. inf. 496. sq.: Aen. XII, 523. sqq. et X, 405. sqq. Argutantur in comparandis locis Macrob. Scalig. Cerda. Dicendum, poëtam Homeri inventa egregie Latine reddidisse et ornasse. Nisi forte in hoc reprehendendus videri potest, quod *ex Aeneae narrantis persona* talis comparatio non satis commode intexta sit. Sed illius narrantis recordationem suavitas narrationis iamdudum audientium animis excussit. *furentibus Austris*, dicit ut poëta, pro ventis flantibus. *torrens*, χειμαῤῥος, *rapidus*, quippe auctus, *montano flumine*, aquarum colluvie e montibus. — 308 Iliad. δ, 455. *Τοὶν δέ τε τηλόσε δοῦχον ἐν οὔρεσιν ἴκλυε ποιμήν.* — 309 — 313 *Tum vero manifesta fides* ornate, uti *rebus fides fieri* dicitur eventu: manifesta iam res erat. — *Deiphobi* domus prima incensa; duxerat is Helenam post Paridis mortem, ut iam Servius; cf. Quint. Cal. XIII, 354. sqq.: Odyss. Θ, 517. sqq., qui locus fundus fabulae: — proxima Ucalegontis, qui e principibus erat et in consilio Priami Il. γ, 148. *H.* Imitationem manifestam vide apud Iuvenal. III, 198. *Iam poscit aquam, iam frivola transfert Ucalegon*, qui hoc nomine hominem nobilem notavit. Ibidem 201. *ultimus ardebit* usurpatum, ut h. l. *Ucalegon ardet* h. e. aedes hominis. *W.* — *Sigea freta relucent*, prospicienti ex urbe per tenebras. conf. Quint. ibid. 464. sqq. *lata* cum dilectu

Atque hic successu exsultans animisque Coroebus:
O socii, qua prima, inquit, Fortuna salutis
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur;
Mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus. Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? 390
Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
Induitur, laterique Argivum adcommodat ensem.
Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque iuventus
Laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat. 395
Vadimus inmixti Danais haud numine nostro,
Multaque per caecam congressi proelia noctem
Conserimus; multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad navis, et litora cursu
Fida petunt; pars ingentem formidine turpi 400
Scandunt rursus equum, et nota conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
Ecce trahebatur passis Priameïa virgo

colla tumentem. — *H.* De verbo *attollentem* cf. Not. ad XII, 4. Video 386. *animis* ad Coroebum referri, et verti, quasi esset: fortitudine accensum laetatum illum esse successu. Cui interpretationi Latinitas repugnat; et ne construantur verba *exsultat animo successu*, coniunctio *que* impedit; quamquam de eo, qui immoderate gaudet, *exsultare animis* XI, 491. dicitur. *Animi* referendum ad fortitudinem sociorum. Successu et virtute sociorum effertur Coroebus. *W.* 388 *Qua ostendit se dextra;* Fortuna *se dextram*, faventem ac propitiam, ostendit. — 389 *Insignia* nimis fortasse argute de clipeorum insignibus ac sculpturis vel de galeis et crista accipiunt. Enimvero poëtarum ratione vel ipsi *clipei* sunt *insignia*, quatenus Danai his ipsis insigniuntur, ut mox *clipei insigne;* vel, ut malim, omnino arma, quibus dignosci poterant. *H.* De *insignibus*, quo vocabulo *galeae* praecipue notantur, vide interpretes ad Caes. B. G. I, 22. *Id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse.* Add. infr. 412. *Graiarum errore iubarum.* Tacitus Hist. I, 38. f. *insignia* militum memorans, illa *galeas* et *scuta* esse notat. *W.* — 390 *Dolus, an virtus*, sit, adhibeatur. (*Deinde*, ut εἶτα, participiis subiicitur, vid. Herm. ad Viger. p. 772. *W.*) Mox *comantem galeam.* Ὑπουρίν — et *clipeum induitur*, ἐνεδύσατο, loro super humeros iniecto et inserta manu ansae, ὀχάνῳ. conf. inf. 671. 672. — 395 *Spoliis recentibus*, exquisitius quam, novis, aliis, quam quae habuerant, armis. — 396 *Haud numine nostro*, h. e. averso, nobis non propitio. *At si — Audiat aversa non meus aure deus* Tibull. III, 3, 28, ubi v. not. Mox v. 402. *invitis divis*, ἀέκητι θεῶν, *nox caeca*, in qua nihil cerni potest, ut iam supra. — 401 *Scandunt rursus equum.* Fortasse dictum nolis a poëta; nimis enim portentosum hoc; sed *formidine turpi* adiecit. — 402 Diis aversis, nulla in re, ne secundo quidem rerum successu confidere licet.

403 — 406 Vim Cassandrae ab Aiace Oilei f. coram Pallade illatam esse, vulgo memorant. Sed

Insultans: portis alii bipatentibus adsunt,
Millia quot magnis umquam venere Mycenis.
Obsedere alii telis angusta viarum
Oppositi; stat ferri acies mucrone corusco
Stricta, parata neci; vix primi proelia tentant
Portarum vigiles, et caeco Marte resistunt.
Talibus Othryadae dictis et numine divom
In flammas et in arma feror, quo tristis Erinnys,
Quo fremitus vocat et sublatus ad aethera clamor.
Addunt se socios Rhipeus, et maxumus armis
Epytus; oblati per lunam Hypanisque Dymasque,
Et lateri adglomerant nostro, iuvenisque Coroebus
Mygdonides. Illis ad Troiam forte diebus
Venerat, insano Cassandrae incensus amore;
Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat,
Infelix, qui non sponsae praecepta furentis
Audierit.
Quos ubi confertos audere in proelia vidi,

miscue; passim, facit. Ita *miscere caedes. victor* est effector propositi. — 330 *alii*. — *millia quot*, h. e. tot millibus, quot eorum etc. pro vulg. reliqui omnes. *portis bipatentibus*, variatum pro simplici, patentes, apertae. Intelligendae autem portae Scaeae. cf. sup. v. 266. *portisque patentibus omnes Accipiunt socios.* — *Obsedere — oppositi* ornate et hoc adiectum. *stat — stricta* pro vulgari stricta est; *stat*, quippe sublatus et erectus ensis. — *caeco Marte*, nocturno proelio, in quo cerni ac discerni hostis nequit. — 336 — 338 *Numine divum*, tamquam a deo aliquo actus — in medium incendium et pugnas ruit Aeneas. *Erinnys*, quae ante *Furor*, h. e. animi impetus, ardor pugnandi. *H.* Hunc pugnandi ardorem suum *tristem* vocare non convenit heroi. *Erinnys* dea esse videtur, ad caedem instigans; hinc *tristis*, utpote funerum et luctus causa. *W.* — 341 — 346 *Adglomerant*, docte, se adiungunt. Sup. 315. erat *glomerare manum*, colligere manum, sociare. Suaviter rerum miserabilis facies distinguitur episodio brevi de Coroebo Mygdonis filio, conflicto illo ex Il. *v*, 363. de Othryoneo. *H.* Si quid video, distinguendum: *Addunt se socios Rhipeus et maxumus armis Epytus, oblati per lunam, Hypanisque Dymasque, et lateri adglomerant nostro*, ut quatuor viri *Rhipeus, Epytus, Hypanis* et *Dymas* se socios addant, utque pronomen *se* ad verbum *adglomerant* trahi possit. cf. XII, 457. Ut enim alia verba reciproce poni scio, ita nusquam *adglomerare* sic usurpatum legi. Nec positura nominum *Hypanisque Dymasque* post participium *oblati* obstat, quominus illa pariter ac *Rhipeus* et *Epytus*, pro subiectis habita, ad verbum *addunt* trahantur. Eadem prorsus est nominum propriorum collocatio 260 — 263. *W.* — *gener* autem h. l. spe. — *praecepta* h. l. sunt monita vatis a deo actae, scil. ne Troianorum cladi ipse tamquam pars accederet, neve suas nuptias speraret.

347 — 354 *Audere in proelia* exquisite, cum audacia procedere

Incipio super his: Iuvenes, fortissima frustra
Pectora, si vobis audentem extrema cupido
Certa sequi (quae sit rebus fortuna, videtis:
Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat; succurritis urbi
Incensae:) moriamur, et in media arma ruamus.
Una salus victis nullam sperare salutem.
Sic animis iuvenum furor additus. Inde, lupi ceu
Raptores atra in nebula, quos inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant siccis; per tela, per hostis
Vadimus haud dubiam in mortem, mediaeque tenemus
Urbis iter; nox atra cava circumvolat umbra.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
Explicet, aut possit lacrimis aequare labores?

in pugnam. *H. audere* absolute dicitur pro audacia accendi. Tac. Hist. II, 25. *rursus ausi. W.* — *super his*, simpl. pro post haec, inde. Quae sequuntur, sic ordinare iuvat: O iuvenes, frustra fortes, *si vobis cupido certa est, sequi*, sequendi, *audentem extrema*, h. e. aliquem, qui extrema mortis pericula adire decrevit, sequimini me; agedum! moriamur, et in media arma ruamus; nam videtis, quae sit rerum fortuna et conditio: videtis, deos tutelares ac praesides Troiae nos plane deseruisse; *succurritis urbi Incensae!* sero ad patriam defendendam properatis; quippe *iam captam et incensam*. Nihil superest, quam honeste mori. Moriamur etc. — v. 351 ex veteris religionis persuasione interpretandus, qua urbes captae vel capiendae a diis deseri credebantur. Euripidis locum e Troad. 23. iam Macrob. V. cap. extr. comparavit. cf. Tryphiod. v. 496. 497. Hinc evocatio deorum, de qua h. l. Servius. — 354 *Una salus*, int. honestam mortem, qua se ab hostium potestate liberent. — 355 *Furor additus*, inflammati illi sunt. Statius V. Theb. 33. *O miserae, quibus hic furor additus.* — 355 — 360 Homerus comparatione luporum saepe utitur, v. e. Il. λ, 72. οἱ δὲ, λύκοι ὣς, Θῦνον, *lupi raptores* ex epitheto σίνται, Iliad. π, 353. natum videtur; et π, 56. λύκοι ὡς, Ὠμοφάγοι, item Odyss. ζ, 133. de leone: κέλεται δὲ ἑ γαστὴρ, Μήλων πειρήσοντα — ἐλθεῖν, — *quos improba* (magna) *ventris Exegit* (egit, quia prodeunt ex latebris) *caecos rabies*; quantum ornatius! ut etiam reliqua: *atra in nebula*, ex observatione sagacitatis in talibus animantibus. Sic Apollon. II, 124. ἤματι χειμερίῳ lupos praedari facit, et Homerus Βάν ῥ ἴμεν, ὥςτε λέοντε δύω, διὰ νύκτα μέλαιναν Ἀμφόνον, ἂν νέκυας, διά τ' ἔντεα καὶ μέλαν αἷμα (*per tela, per hostes*) Il. κ, 297. 298. — Comparatio autem tantum ad impetum et rabiem irruentium referenda; nil amplius. *Vadimus* impetum et furorem notat verbum in hoc contexto; ut et alibi ἔρχεσθαι, *ire*. *Nox circumvolat*, quippe alata inf. VIII, 369. Sic Somnus, Somnia. v. ad Tibull. II, 1, 89. *cava umbra*, quatenus ipsi ea circumdantur, quasi tecti; puto equidem. — 361 Odyss. γ, 113. τίς κεν ἐκεῖνα Πάντα γε μυθήσαιτο καταθνητῶν ἀνθρώτων; imitatus Silius V, 421. sq. et II, 630. sqq., ubi plura in Sagunto eversa ex altero Aeneidis libro

Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos;
Plurima perque vias sternuntur inertia passim
Corpora, perque domos, et religiosa deorum
Limina. Nec soli poenas dant sanguine Teucri;
Quondam etiam victis redit in praecordia virtus,
Victoresque cadunt Danai. Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, et plurima mortis imago.
Primus se, Danaum magna comitante caterva,
Androgeus obfert nobis, socia agmina credens
Inscius; atque ultro verbis conpellat amicis:
Festinate, viri. Nam quae tam sera moratur
Segnities? Alii rapiunt incensa feruntque
Pergama: vos celsis nunc primum a navibus itis!
Dixit; et extemplo — neque enim responsa dabantur
Fida satis — sensit, medios delapsus in hostis.
Obstupuit, retroque pedem cum voce repressit.
Inprovisum aspris veluti qui sentibus anguem
Pressit humi nitens, trepidusque repente refugit
Adtollentem iras, et caerula colla tumentem:
Haud secus Androgeus visu tremefactus abibat.
Inruimus, densis et circumfundimur armis;
Ignarosque loci passim et formidine captos
Sternimus; adspirat primo fortuna labori.

petita sunt. Sic illa mox 363, quae inter eximia loca equidem ponere soleo, *Urbs antiqua ruit* belle translata sunt ibid. v. 654. sqq. — 364 *Inertia corpora*, possunt esse sine vita et motu; malim tamen accipere pro corporibus inertium hominum dictum, h. e. imbellium, senum, infantum, feminarum; ut pecora inf. IV, 158. — Mox *poenas dant* pro caeduntur, moriuntur, ut Serv. bene. — 367 Sententia eadem, aliter tamen expressa, Iliad. ξ, 480. 481. — 368 *Crudelis luctus*, ut *saevus dolor*, qui in nos saevit. *plurima mortis imago*, h. e. *ubique* caedes facta cernitur; passim caesorum cadavera proiecta. Magis hoc accommodatum antecedentibus, quam varias caedis formas et genera intelligere.

370 *Androgeus* alibi non occurrit in Troicis. Pomponius Sabinus: *miles Menesthei, ducis Athenarum*; nescio, unde habeat. Diversus est Minois filius VI, 20. — 373 *Nam quae*, quae tandem, quaenam: cf. Ge. IV, 445. — 374 *Rapiunt feruntque*, ἄγουσι καὶ φέρουσι, ut notum. *sera*, quae seros facit, id est, tardos. — *Responsa non fida satis*, quibus fides haberi non potest, quae fidem non faciunt, adeoque suspecta. Respexit versum Statii II. Theb. 535—537. *sensit delapsus*, ἤσθετ' ἐμπεσών, ut notum, intellexit se in hostes incidisse. — 379—381 Comparatio ab Homero petita, sed variata Il. γ, 33. sqq. Hinc alii certatim. Propius ad Homerum affert Iuven. I, 43. notum versum: *Pallleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem*. — *humi nitens*, pedem figens. — *attollentem iras*, h. e. caput iratum, adeoque erigentem se vel caput prae ira et rabie. III Ge. 421. *tollentemque minas et sibila*

Atque hic successu exsultans animisque Coroebus:
O socii, qua prima, inquit, Fortuna salutis
Monstrat iter, quaque ostendit se dextra, sequamur;
Mutemus clipeos, Danaumque insignia nobis
Aptemus. Dolus, an virtus, quis in hoste requirat? 390
Arma dabunt ipsi. Sic fatus, deinde comantem
Androgei galeam clipeique insigne decorum
Induitur, laterique Argivum adcommodat ensem.
Hoc Rhipeus, hoc ipse Dymas, omnisque iuventus
Laeta facit; spoliis se quisque recentibus armat. 395
Vadimus inmixti Danais haud numine nostro,
Multaque per caecam congressi proelia noctem
Conserimus; multos Danaum demittimus Orco.
Diffugiunt alii ad navis, et litora cursu
Fida petunt; pars ingentem formidine turpi 400
Scandunt rursus equum, et nota conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere divis!
Ecce trahebatur passis Priameia virgo

colla tumentem. — *H.* De verbo *attollentem* cf. Not. ad XII, 4. Video 386. *animis* ad Coroebum referri, et verti, quasi esset: fortitudine accensum laetatum illum esse successu. Cui interpretationi Latinitas repugnat; et ne construantur verba *exsultat animo successu*, coniunctio *que* impedit; quamquam de eo, qui immoderate gaudet, *exsultare animis* XI, 491. dicitur. *Animi* referendum ad fortitudinem sociorum. Successu et virtute sociorum effertur Coroebus. *W.* 388 *Qua ostendit se dextra;* Fortuna *se dextram*, faventem ac propitiam, ostendit. — 389 *Insignia* nimis fortasse argute de clipeorum insignibus ac sculpturis vel de galeis et crista accipiunt. Enimvero poëtarum ratione vel ipsi *clipei* sunt *insignia*, quatenus Danai his ipsis insigniuntur, ut mox *clipei insigne;* vel, ut malim, omnino arma, quibus dignosci poterant. *H.* De *insignibus*, quo vocabulo *galeae* praecipue notantur, vide interpretes ad Caes. B. G. I, 22. *Id se a Gallicis armis atque insignibus cognovisse.* Add. infr. 412. *Graiarum errore iubarum.* Tacitus Hist. I, 38. f. *insignia* militum memorans, illa *galeas* et *scuta* esse notat. *W.* — 390 *Dolus, an virtus*, sit, adhibeatur. (*Deinde*, ut εἶτα, participiis subiicitur, vid. Herm. ad Viger. p. 772. *W.*) Mox *comantem galeam*, ὑπουρίην — et *clipeum induitur*, ἐνεδύσατο, loro super humeros iniecto et inserta manu ansae, ὀχάνῳ. conf. inf. 671. 672. — 395 *Spoliis recentibus*, exquisitius quam, novis, aliis, quam quae habuerant, armis. — 396 *Haud numine nostro*, h. e. averso, nobis non propitio. *At si* — *Audiat aversa non meus aure deus* Tibull. III, 3, 28, ubi v. not. Mox v. 402. *invitis divis*, ἀέκητι θεῶν, *nox caeca*, in qua nihil cerni potest, ut iam supra. — 401 *Scandunt rursus equum.* Fortasse dictum nolis a poëta; nimis enim portentosum hoc; sed *formidine turpi* adiecit. — 402 Diis aversis, nulla in re, ne secundo quidem rerum successu confidere licet.

403 — 406 Vim Cassandrae ab Aiace Oilei f. coram Pallade illatam esse, vulgo memorant. Sed

Crinibus a templo Cassandra adytisque Minervae,
Ad cœlum tendens ardentia lumina frustra,
Lumina; nam teneras arcebant vincula palmas.
Non tulit hanc speciem furiata mente Coroebus,
Et sese medium iniecit periturus in agmen.
Consequimur cuncti, et densis incurrimus armis.
Hic primum ex alto delubri culmine telis
Nostrorum obruimur, oriturque miserrima caedes
Armorum facie et Graiarum errore iubarum.
Tum Danai gemitu atque ereptae virginis ira
Undique conlecti invadunt; acerrimus Aiax,
Et gemini Atridae, Dolopumque exercitus omnis:
Adversi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyrusque, Notusque, et laetus Eois
Eurus equis; stridunt silvae, saevitque tridenti
Spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.

et alii poëtae veteres abstractam tantum ab Aiace e Minervae sacro Cassandram narrasse videntur, quos sequitur Dictys V, 12. Nam ad ipsam vim illatam ab Aiace vel inferendam verbum *trahebatur*, etsi hoc, ut ἕλκεσθαι, eo sensu dictum occurrit, h. l. referre, vetant, arbitror, reliqua. Quamquam non nescio Eurip. Troad. 69. 70. οὐκ οἶσθ' ὑβρισθεῖσάν με καὶ ναοὺς ἐμούς; Οἰδ', ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασσάνδραν βίᾳ. Putanda est Cassandra confugisse ad templum Minervae, supplex deae facta, ἱκετεύουσα, unde nunc ea abstrahitur et captiva abducitur. Etiam argumentum frequens priscae artis apud Pausaniam X, 26. et Plinium, et adhuc in gemmis est Cassandra ab milite prensa vel abstracta. — *ardentia*, ira, pudore erepto. *arcebant*, antique, continebant, coercebant, εἶργον. — Versus 405. 406. ante oculos habuit Ov. Met. XIII, 410. 411. *tractata comis antistita Phoebi Non profecturas tendebat ad aethera palmas.* — 400 *Densis armis*, vel densatis, densis ordinibus, denso agmine. (Ad constructionem compara Aen. III, 222. *Irruimus ferro.* H.) — 410 *Delubrum* int. Minervae, ex quo Cassandra erat abducta. conf. v. 425. Erat autem illud in acropoli; ad hanc igitur iam pervenerat Aeneas, mediam per urbem; v. 359. — 412. Quod arma, quae induerant, Graeca erant, et cristae Graecae. — 413 *Gemitu*, h. e. dolore, *atque ira ereptae virginis*, propter Cassandram sibi a Coroebo ceterisque ereptam, *invadunt undique, collecti.* Aiax est idem ille, qui Cassandram e templo abstraxerat, Oilei f. Mox *gemini Atridae* δισσοὶ Ἀτρεΐδαι apud Eurip. *Dolopes* sup. II, 7. — 416 — 419 Ad Homeri ductum II, ι, 4 — 7, et Ennii ex Annal. XVII, ap. Macrob. VI, 2, sed multo ornatius et variate; porro Homerica cum arte effectum rei attexuit: *stridunt silvae* etc. *Eurus laetus Eois equis*, Homerico usu, ἵπποις, pro curru, ad ornatum spectat. Bigis vecti venti apud poëtas et sculptores. Nec Ζέφυρον ἱππεύσαντα Euripid. Phoeniss. 218. aliter accipere debebant, quam de zephyro invecto curru. Commune enim hoc omnibus diis, quoniam prisco illo tempore, quo religiosae hae notiones primum in hominum animos venerunt, bigis

ingens Periphas et equorum agitator Achillis
iger Automedon, una omnis Scyria pubes
:edunt tecto, et flammas ad culmina iactant.
inter primos conrepta dura bipenni
ina perrumpit, postesque a cardine vellit
itos; iamque excisa trabe firma cavavit
ora, et ingentem lato dedit ore fenestram:
aret domus intus, et atria longa patescunt;
arent Priami et veterum penetralia regum;
atosque vident stantis in limine primo.
domus interior gemitu miseroque tumultu
etur; penitusque cavae plangoribus aedes
ineis ululant; ferit aurea sidera clamor.
pavidae tectis matres ingentibus errant,
lexaeque tenent postes, atque oscula figunt.

Apud Homer. vidimus χῶς κακὰ φάρμακα, apud dr. l. c. ἐπεὶ τ' ἐκορέσ- φορβῆς. De explicatione orum vid. Not. ad Ge. III, 537. 439. ubi iidem versus ur. Expressere hunc locum m alii, ut Statius IV, Theb. ; Silius XVII, 447 — 451: 9 — 10: VI, 155.

— 478 Occurrit Periphas Homerum, sed non hic; Auontis ἱππηλάτου, aurigae is, saepius sit mentio. *Scyro*, de Cycladibus una, copias erat Pyrrhus, ab avo Lycoacceptas, cuius filia, Deï, Pyrrhi mater ex Achille. τ, 326. sqq.: Odyss. λ, qq. Sed fabulam de Achille Lycomedem latente Homen habet. — *succedunt tecto*, ores adoriuntur. — 479 — *se*, Pyrrhus, quis dubitet). 470. et 491. — *dura limi*as fores e dura materia, ilitas — fores etiam per *postes*, dem aere obductos, *aera*clararit, quos *vellit*, movet, tat, *a cardine*, ut e cardiemoveat, annititur; adhuc de conatu agitur; cf. 492. Quintus Cal. XI, 388. simifere verbis. Tandem per- et perforatae fores, laxata asserum vel tignorum coagmentatorum compage: iamque *cavavit robora firma*, fores roboreas, *excisa trabe*, assere, et *dedit*, effecit, *fenestram*, aperturam, *ingentem lato ore*, foramine, quo prospectus intra atrium patet. — 485 sqq. Ad affectum haec magna cum arte traducta. — 485 *Armati* sunt ii, qui v. 449. 450. memorabantur.

486 sq. Proprie *clamor*, *lacrimae*, *gemitus miscetur*, quatenus promiscue a pluribus vel diversis fit; hinc, si quo in loco hoc factum significatur, ut h. l. in domo, ipsa *domus miscetur gemitu*; pro pedestri: impletur domus. Mox *cavae* cum dilectu positum epitheton respectu habito ad sonum — *ululant* exquisitius quam *resonant*; exemplo Graecorum βοᾶν in simili re, v. c. Euripid. Troad. 29. Proprie ululatus fit in aedibus cum plangoribus, qui resonant. Porro versum 486 ex Ennii Annal. II de Albae excidio esse translatum, Servius ad h. l. notat. cf. inf. XI, 213. sqq. et Livius de Alba I, 29. — Quod *matres* familias *errant*, discurrunt, per tecta, id ex veterum moribus tanto magis ad affectum, quod thalamo inclusae plerumque latebant. — *osculantur postes* (conf. Ov.

Instat vi patria Pyrrhus; nec claustra, neque ipsi
Custodes sufferre valent. Labat ariete crebro
Ianua, et emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
Immissi Danai, et late loca milite complent.
Non sic, aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis
Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
Caede Neoptolemum, geminosque in limine Atridas;
Vidi Hecubam centumque nurus, Priamumque per ar
Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro spoliisque superbi,

Met. XIII. 412. 413); quippe ultimum vale diceturae, cum in eo essent, ut mox ab hoste abstraherentur. Apollonium IV, 26 Servius huc advocavit; et Ariosti locum egregium (*Cant.* XVII. *Stanza* 13) Wartonus. — 491 — 493 *Vi patria*, πατρὸς ἑοῦ κατειμένος ἀλκήν, Quint. Cal. XIII, 219. *sufferre*, sustinere Pyrrhi impetum potuere nec *claustra*, h. e. fores roboreae v. 481. 482. firmitate sua, *neque ipsi custodes*, qui v. 485. et 449. adstant foribus pugnaturi. *arietem* nolim accipere proprie; quippe hoc inventum Troianis temporibus serius est, cf. ad 441.; sed de arietatione et pulsatione ac concussione forium ad arietis instar. (*ar. crebr.* compositio est, qualis apud Senec. Hippol. 532. *Crebraque turre cinxerant urbes latus.* Similes multae exstant. *W.*) — 494 *Rumpunt aditus*, faciunt sibi aditum; at quanto potentius illud! Tandem fores emotae sunt cardinibus, irrumpunt Achivi, fluminis instar exundantis, rupto aggere.

496 — 499 v. sup. ad 305, ubi huius comparationis semina in locis Homericis et Lucret. notavi; sed ornatius omnia Virgilius suoque more. Expende singula — *fertur cumulo* aqua cumulata; v. sup. I, 105. *insequitur cu[mulo]* *praeruptus aquae mons.* (V[i] *camposque trahit* Ge. I, 482. [...]guntur. *W.*) — 499. 500 Καὶ [...] φυτουργὸν Πρίαμον — τοῖς[ι] εἶδον δαμασιν Αὐτὴ κατασ[φα]γέντ' ἐφ' Ἑρκίῳ πυρᾷ, Eu[r.] Troad. 485. sqq. — 501 *Cen[tum]* *nurus* latius dictum; quinqua[gin]ta enim erant filiae, totidem fi[lio]rum uxores seu nurus. Mo[x] 503 *quinquaginta thalami* sec[un]dum Homer. Iliad. ζ, 243. sq[q.] ubi tamen L filiorum sunt, XII filiarum. — 502 In toto h[oc] ante oculos Enniana illa a[pud] Ciceronem Tuscul. III, c. 19. Andromacha p. 236. ed. He[s...] *O pater! o patria! o Priami* [do]*mus! — Vidi ego te, adstante* [ope] *barbarica* (ut hic v. 504), *Te[ctis]* *caelatis, laqueatis, Auro, eb[ore]* *instructum regifice. Haec o[mnia]* *vidi inflammari, Priamo vi vi[tam]* *evitari, Iovis aram sanguine* [tur]*pari. foedantem* plus quam cr[u]*entem. sacraverat*, accend[erat] diis Penatibus. — 503 — 50[4] *illi thalami*, illi tam mag[nifice] exstructi, prostrati iacent; a[c] ta notio ab iis, qui eas in[cole]bant, *spes tanta nepotum*. [*Bar*]*baricum aurum*, h. e. Phry[gium,] ut saepe poëtae. Sed h. l. [...] bile est in ore Troiani. Pr[aeie]rant Tragici; ut Aeschylus

Devolvunt: alii strictis mucronibus imas
Obsedere fores; has servant agmine denso.
Instaurati animi, regis succurrere tectis,
Auxilioque levare viros, vimque addere victis.
Limen erat, caecaeque fores, et pervius usus
Tectorum inter se Priami, postesque relicti
A tergo, infelix qua se, dum regna manebant,
Saepius Andromache ferre incomitata solebat
Ad soceros, et avo puerum Astyanacta trahebat.
Evado ad summi fastigia culminis, unde
Tela manu miseri iactabant inrita Teucri.
Turrim, in praecipiti stantem, summisque sub astra
Eductam tectis, unde omnis Troia videri,
Et Danaum solitae naves, et Achaïa castra,
Adgressi ferro circum, quo summa labantis
Iuncturas tabulata dabant, convellimus altis

apud Homerum est. — 449. 450 Videntur hi stetisse intra fores, v. inf. 484. 5. *H.* Troianis defendendae erant fores, ne effringerentur, hostesque in aedes irrumperent, quod fit 479 — 495. *W.* — 451 Hoc ipso rerum adspectu renovatum in Aenea consilium, quod iam pridem ceperat (v. 315. *concurrere in aream*), ut regiae Priamoque succurreret.

453 — 458 Cum aditus ad regiam obsideretur ab hostibus, postica porta eam intrat Aeneas, et a tergo pervenit ad portam regiae, qua parte pugnatur. Illa porta postica cum ornatu, quem tam vulgaris res vix videtur capere posse, designatur per quatuor determinationes: est *limen*, sunt *caecae*, h. e. ignotae aliis nec cognitu faciles et obviae, *fores — pervius usus tectorum Priami inter se*, h. e. qua commeare et convenire se invicem commode poterant, qui inhabitabant regiam, h. e. familia regis, per plures domos, ut apud Homerum est, vel palatii partes diversas. (*usus tectorum*, h. e. aditus tectorum, erat *pervius*, h. e. ita patebat, ut ex uno in alterum transire possent. Verba saltem *postesque relicti* vellem abesscnt. *W.*) — *postes relicti a tergo*, h. e. porta, quae a tergo erat, opposita illi, quae erat in aedium fronte, tum a nemine servata. *ad soceros*, Priamum et Hecubam — *trahebat* accommodatum brevibus pueri gressibus pro ducebat. Sic sup. v. 320. *parvumque nepotem Ipse trahit.* (Haec Homericae narrationi Iliad. VI, 389. 467. non accuratius respondent, quam alia multa a Virgilio exposita. Nam apud Homerum nutrix infantem gestat. *W.*) — 447 *evado*, sc. hac porta ingressus regiam, in culmen et ad turrim pervenio. *fastigia sum. culm.* sunt summum culmen. — 460 — 467 *In praecipiti stant.* h. e. in alto positam, in *summis* scilicet *tectis* eductam: — hanc e vicinis locis, ut equidem arbitror, ferreis uncis et contis quassatam et labefactatam tandem in obsidentes deiiciunt. — *qua summa tabulata dabant iuncturas labantes.* Scilicet turres habebantur quatuor et plurium tabulatorum adeoque et *contignationum*; quarum tigna vel trabes capitibus suis immissae fuisse videntur parietibus. Iam h. l. *summum tabulatum* cur proprie dictum nolis, caussa idonea non est; hoc facile admittebat

Instat vi patria Pyrrhus; nec claustra, neque ipsi
Custodes sufferre valent. Labat ariete crebro
Ianua, et emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
Inmissi Danai, et late loca milite conplent.
Non sic, aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis
Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
Caede Neoptolemum, geminosque in limine Atridas;
Vidi Hecubam centumque nurus, Primumque per ar
Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro spoliisque superbi,

Met. XIII. 412. 413); quippe ultimum vale dicturae, cum in eo essent, ut mox ab hoste abstraherentur. Apollonium IV, 26 Servius huc advocavit; et Ariosti locum egregium (*Cant.* XVII. *Stanza* 13) Wartonus. — 491 — 493 *Vi patria*, πατρὸς ἑοῦ καταειμένος ἀλκὴν, Quint. Cal. XIII, 219. *sufferre*, sustinere Pyrrhi impetum potuere nec *claustra*, h. e. fores roboreae v. 481. 482. firmitate sua, *neque ipsi custodes*, qui v. 485. et 449. adstant foribus pugnaturi. *arietem* nolim accipere proprie; quippe hoc inventum Troianis temporibus serius est, cf. ad 441.; sed de arietatione et pulsatione ac concussione forium ad arietis instar. (*ar. crebr.* compositio est, qualis apud Senec. Hippol. 532. *Crebraque turre cinxerant urbes latus.* Similes multae exstant. *W.*) — 494 *Rumpunt aditus*, faciunt sibi aditum; at quanto potentius illud! Tandem fores emotae sunt cardinibus, irrumpunt Achivi, fluminis instar exundantis, rupto aggere.

496 — 499 v. sup. ad 305, ubi huius comparationis semina in locis Homericis et Lucret. notavi; sed ornatius omnia Virgilius suo[illegible] Exponde singula — [illegible]; v. sup. I, 105. *insequitur cum praeruptus aquae mons.* (Ve[illegible] *camposque trahit* Ge. I, 432. [illegible]guntur. *W.*) — 499. 500 Καὶ φυτουργὸν Πρίαμον — τοῖς δὲ εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασ[illegible] γέντ' ἐφ' Ἑρκίῳ πυρᾷ, Eu[illegible] Troad. 485. sqq. — 501 *Cen[illegible] nurus* latius dictum; quinqua[illegible]ta enim erant filiae, totidem [illegible]rum uxores seu nurus. Mo[illegible] 503 *quinquaginta thalami* sec[illegible]dum Homer. Iliad. ζ, 245. s[illegible] ubi tamen L filiorum sunt, XII filiarum. — 502 In toto l[illegible] ante oculos Enniana illa a[illegible] Ciceronem Tuscul. III, c. 19 Andromacha p. 236. ed. He[illegible] *O pater! o patria! o Priami[illegible]mus! — Vidi ego te, adstante[illegible] barbarica* (ut hic v. 501), *T[illegible] caelatis, laqueatis, Auro, el[illegible] instructum regifice. Haec o[illegible] vidi inflammari, Priamo vi [illegible] evitari, Iovis aram sanguine [illegible]pari. foedantem* plus quam c[illegible]tantem. *sacraverat*, accen[illegible] diis Penatibus. — 503 — 50[illegible] *illi thalami*, illi tam mag[illegible] exstructi, prostrati iacent; as[illegible]ta notio ab iis, qui eas in[illegible]bant, *spes tanta nepotum.* [illegible]*baricum aurum*, h. e. Phry[illegible] ut saepe poëtae. Sed h. l. [illegible]bile est in ore Troiani. Pr[illegible]rant Tragici; ut Aeschylu[illegible]

ocubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.
Forsitan et, Priami fuerint quae fata, requiras.
bis uti captae casum convolsaque vidit
nina tectorum, et medium in penetralibus hostem,
ma diu senior desueta trementibus aevo
cumdat nequidquam humeris, et inutile ferrum
igitur, ac densos fertur moriturus in hostis.
dibus in mediis, nudoque sub aetheris axe,
ens ara fuit, iuxtaque veterrima laurus,
umbens arae atque umbra conplexa Penates.
Hecuba et natae nequidquam altaria circum,
ecipites atra ceu tempestate columbae,
idensae et divom amplexae simulacra sedebant.
um autem sumtis Priamum iuvenalibus armis
vidit: Quae mens tam dira, miserrime coniunx,
ulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit.
i tali auxilio, nec defensoribus istis
npus eget; non, si ipse meus nunc adforet Hector.
tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
moriere simul. Sic ore effata, recepit
sese, et sacra longaevum in sede locavit.
ece autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
is natorum Priami, per tela, per hostis
ticibus longis fugit, et vacua atria lustrat

ies in Persis. (474. *W.*) conf. XI, 769. 770. — *postes superbi*, ornati, Romanorum simo more. v. inf. VII, 183 — — *Tenent Danai*, quod vulgo: m igni partim ferro crassan- Loca, quae ignis nondum erat — *deficit* — ipsi insi-

6 Sequitur locus de caede ni, cui adiectus Politae exi- ad miserationem egregie tra- s. Caeditur illo decrepitus , sedens cum uxore et filia- ad aram Penatibus positam, netralibus seu interiore ae- parte. *H.* Verba *Forsitan quiras* pro formula prioribus, exposita sunt, rem novam ctendi habebis; cf. Ge. II, — 509 *arma circumd. humeris* e lorica vel de lorica et scuto ies. Aen. XII. 88. *circumloricam humeris. W.*

512 Virgilius aram, quam alii in atrio (*ἐν αὐλῇ*) collocare solent, in impluvium transtulit; ubi Penates stabant sub dio. — 516 *praecipites*; devolantes ad loca tuta. — 517 *sedebant*, *ἱκετεύουσαι*; sedebant tamen *nequidquam* vs. 515, nullum fructum salutis e loci sanctitate habituras. — 519 *Mens dira*, quae dira, male ominata, abominanda consilia agitat. — 522 *tempus eget*, nunc iis locus non est. — 523 *haec ara tuebitur*, iure *ἱκετείας*. — 525 *Sacra sede*, ara. v. 513. altare 515.

526 Subiungitur Politae caedes, propter aetatem miserabilis. Is, Priami filius, pedum celeritate insignis fuit. vid. Homer. Iliad. *β*, 791. Vulnere iam accepto (*elapsus Pyrrhi de caede*) fugiebat ille; Neoptolemus, ut aliud inferret, eum insequebatur. — 528 *Porticibus longis*. Si Homerica et non

Instat vi patria Pyrrhus; nec claustra, neque ipsi
Custodes sufferre valent. Labat ariete crebro
Ianua, et emoti procumbunt cardine postes.
Fit via vi; rumpunt aditus primosque trucidant
Iumissi Danai, et late loca milite conplent.
Non sic, aggeribus ruptis quum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit gurgite moles,
Fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis
Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
Caede Neoptolemum, geminosque in limine Atridas;
Vidi Hecubam centumque nurus, Primumque per aras
Sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,
Barbarico postes auro spoliisque superbi,

Met. XIII. 412. 413); quippe ultimum vale dicturae, cum in eo essent, ut mox ab hoste abstraherentur. Apollonium IV, 26 Servius huc advocavit; et Ariosti locum egregium (*Cant.* XVII. *Stanza* 13) Wartonus. — 491 — 493 *Vi patria*, πατρὸς ἑοῦ καταειμένος ἀλκὴν, Quint. Cal. XIII, 219. *sufferre*, sustinere Pyrrhi impetum potuere nec *claustra*, h. e. fores roboreae v. 481. 482. firmitate sua, *neque ipsi custodes*, qui v. 485. et 449. adstant foribus pugnaturi. *arietem* nolim accipere proprie; quippe hoc inventum Troianis temporibus serius est, cf. ad 441.; sed de arietatione et pulsatione ac concussione forium ad arietis instar. (*ar. crebr.* compositio est, qualis apud Senec. Hippol. 532. *Crebraque turre cinxerant urbes latus.* Similes multae exstant. *W.*) — 494 *Rumpunt aditus*, faciunt sibi aditum; at quanto potentius illud! Tandem fores emotae sunt cardinibus, irrumpunt Achivi, fluminis instar exundantis, rupto aggere.

496 — 499 v. sup. ad 305, ubi huius comparationis semina in locis Homericis et Lucret. notavi; sed ornatius omnia Virgilius suoque more. Expende singula — *fertur cumulo* aqua cumulata; v. sup. I, 105. *insequitur cumulo praeruptus aquae mons.* (Verba *camposque trahit* Ge. I, 482. leguntur. *W.*) — 499. 500 Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον — τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' Ἑρκίῳ πυρᾷ, Eurip. Troad. 485. sqq. — 501 *Centum nurus* latius dictum; quinquaginta enim erant filiae, totidem filiorum uxores seu nurus. Mox — 503 *quinquaginta thalami* secundum Homer. Iliad. ζ, 243. sqq., ubi tamen L. filiorum sunt, et XII filiarum. — 502 In toto loco ante oculos Enniana illa apud Ciceronem Tuscul. III, c. 19. ex Andromacha p. 236. ed. Hessel. *O pater! o patria! o Priami domus!* — *Vidi ego te, adstante ope barbarica* (ut hic v. 504), *Tectis caelatis, laqueatis, Auro, ebore, instructum regifice. Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Iovis aram sanguine turpari. foedantem* plus quam cruentantem. *sacraverat*, accenderat diis Penatibus. — 503 — 505 *Q. illi thalami*, illi tam magnifice exstructi, prostrati iacent; assumta notio ab iis, qui eas incolebant, *spes tanta nepotum. Barbaricum aurum*, h. e. Phrygium, ut saepe poëtae. Sed h. l. notabile est in ore Troiani. Praeiverant Tragici; ut Aeschylus ali-

Procubuere; tenent Danai, qua deficit ignis.
Forsitan et, Priami fuerint quae fata, requiras.
Urbis uti captae casum convolsaque vidit
Limina tectorum, et medium in penetralibus hostem,
Arma diu senior desueta trementibus aevo
Circumdat nequidquam humeris, et inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.
Aedibus in mediis, nudoque sub aetheris axe,
Ingens ara fuit, iuxtaque veterrima laurus,
Incumbens arae atque umbra conplexa Penates.
Hic Hecuba et natae nequidquam altaria circum,
Praecipites atra ceu tempestate columbae,
Condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
Ipsum autem sumtis Priamum iuvenalibus armis
Ut vidit: Quae mens tam dira, miserrime coniunx,
Inpulit his cingi telis? aut quo ruis? inquit.
Non tali auxilio, nec defensoribus istis
Tempus eget; non, si ipse meus nunc adforet Hector.
Huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
Aut moriere simul. Sic ore effata, recepit
Ad sese, et sacra longaevum in sede locavit.
Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites,
Unus natorum Priami, per tela, per hostis
Porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat

quoties in Persis. (474. *W.*) conf. nt. XI, 769. 770. — *postes spoliis superbi*, ornati, Romanorum notissimo more. v. inf. VII, 183 — 186. — *Tenent Danai*, quod vulgo: partim igni partim ferro crassantur. Loca, quae ignis nondum vaserat — *deficit* — ipsi insilent.

506 Sequitur locus de caede Priami, cui adiectus Politae exitus, ad miserationem egregie tractatus. Caeditur illo decrepitus aenex, sedens cum uxore et filiabus ad aram Penatibus positam, in penetralibus seu interiore aedium parte. *H.* Verba *Forsitan et requiras* pro formula prioribus, quae exposita sunt, rem novam innectendi habebis; cf. Ge. II, 88. — 509 *arma circumd. humeris* de lorica vel de lorica et scuto accipies. Aen. XII. 88. *circumdat loricam humeris. W.*

512 Virgilius aram, quam alii in atrio (ἐν αὐλῇ) collocare solent, in impluvium transtulit, ubi Penates stabant sub dio. — 516 *praecipites*; devolantes ad loca tuta. — 517 *sedebant*, ἱκετεύουσαι; sedebant tamen *nequidquam* vs. 515, nullum fructum salutis e loci sanctitate habiturae. — 519 *Mens dira*, quae dira, male ominata, abominanda consilia agitat. — 522 *tempus eget*, nunc iis locus non est. — 523 *haec ara tuebitur*, iure ἱκετείας. — 525 *Sacra sede*, ara. v. 513. altare 515.

526 Subiungitur Politae caedes, propter aetatem miserabilis. Is, Priami filius, pedum celeritate insignis fuit. vid. Homer. Iliad. β, 791. Vulnere iam accepto (*elapsus Pyrrhi de caede*) fugiebat ille; Neoptolemus, ut aliud inferret, eum insequebatur. — 528 *Porticibus longis*. Si Homerica et non

Saucius. Illum ardens infesto volnere Pyrrhus
Insequitur, iam iamque manu tenet, et premit hasta.
Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
Concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.
Hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur
Non tamen abstinuit, nec voci iraeque pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Di, si qua est coelo pietas, quae talia curet,
Persolvant grates dignas, et praemia reddant
Debita, qui nati coram me cernere letum
Fecisti, et patrios foedasti funere voltus.
At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
Talis in hoste fuit Priamo, sed iura fidemque
Supplicis erubuit, corpusque exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.
Sic fatus senior, telumque inbelle sine ictu

sua potius tempora secutus est, *αἰθουσαν* expressit, quae *αὐλὴν* ab utraque forium parte ornabat. (verba *Porticibus longis fugit* vid. apud Valer. Flacc. I, 728. *W.*) Mox *lustrat* h. l. discursu, et *vacua* cum dilectu, ut significet Troianos iam fuga dispersos, conf. Burm. ad Val. Fl. IV, 21. — *infesto vulnere insequitur*, infeste, hostili more, ut novum vulnus inferat; sed alterum: *vulnere infesto* multo magis poëticum. *Vulnus* de telo h. l. post alios accipit Burm., ut sane saepe vulnus reddi potest. cf. inf. VII, 533: X, 140: scil. quando de telo ita agitur, ut vulnus ab eo factum simul memoretur. — *premit hasta* exquisitius quam transfigit. cf. IX, 330. Proprie *premit hastam* is, qui ea transfigit aliquem, eam adigit, *ἐρειδόμενος*. — Mox 531. 532 puta Politen ex vulnere priore concidere. — 533 *Media morte*, praesenti mortis periculo. *abstinuit* exquisite, continuit se. — *pietas* h. l. respectus ac miseratio eius, qui indigna patitur. — *grates* h. l. poena: et sic *praemia* frequentius. — *patrios foedasti funere vultus*, gravissima, verba et atroci spectaculo accommodata. funebri pollui et contaminari l mines, religiosa erat opinio; adsperso eius, qui caeditur, cru foedatur, polluitur, aliquis: h ipsi *vultus* tantum non adsp et contaminati *funere*, caede, s guine. — 540 *At non ille* hoc criminationis genus illustr a Burm. ad Anthol. Poët. T. I. 338. — *in hoste* exquisi quam *in hostem*, v. Drakenb. Liv. XXVIII, 43, 8. Res autem redditum Priamo cad Hectoris Il. extr. — *iura fid que supplicis, τὸ ὅσιον τῆς ἱκε σίας*, sanctitatem supplicis; de *fide* proprie dicta et sup data h. l. agi nequit. Sed plex *in fidem alicuius*, h. e. telam, venit, committit se et religioni eius, cui supplex ctus est; debetur igitur ei i lumitas ex ea fide seu religi quam revereri tenetur is, cui supplex sit. Ita Achilles re tus est, *erubuit, ius supplici fidem*, religionem *τῆς ἱκετείας sepulcro*, ad sepulturam — *in regna*, in regiam. Secutus nostrum Seneca Troad. 1100 544 — 549 *Sine ictu*, quod vu non faceret, non penetraret;

oniecit, rauco quod protinus aere repulsum,
t summo clipei nequidquam umbone pependit.
ui Pyrrhus: Referes ergo haec, et nuntius ibis
elidae genitori; illi mea tristia facta
egeneremque Neoptolemum narrare memento.
unc morere. Hoc dicens, altaria ad ipsa trementem
raxit et in multo lapsantem sanguine nati,
plicuitque comam laeva, dextraque coruscum
xtulit ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
aec finis Priami fatorum; hic exitus illum
orte tulit, Troiam incensam et prolapsa videntem
ergama, tot quondam populis terrisque superbum
egnatorem Asiae. Iacet ingens litore truncus,
volsumque humeris caput, et sine nomine corpus.

b aere resiliret; κωφὸν βέλος ixit Homer. Il. λ, 390. — *rauco ere*, aereo clipeo, qui percussu aucum, surdum, sonitum edeat — et, *nequidquam*, sine effectu et vulnere, *pependit* in corio, uo clipeus erat obductus. (*repulum et pependit*. Ellipsis copulae st, de qua vid. Not. pag. 324. ausa fuit mutationum librariorum, neque admittenda est correctio e *summo*. *W*.) De ictu mbelli saepe talia apud Homerum, v. c. Il. γ, 347. sqq. — *ristia facta*, atrocia h. l. *II. narrare Neoptolemum. degenerem* et narrare, ut Neoptolemus sit degener. *narrare hominem* exquisita dicendi ratio pro exponere res vel mores hominis. Vell. Paterc. II, 29. *sed operis modus paucis eum* (Pompeium) *narrari iubet*. Non igitur necesse, ut ad *degenerem* copulam *esse* assumas. *W*. Mox de sarcasmo ex Homero ducto: *Referes ergo haec* etc., videndus Popius ad Il. XIII. Obs. 31. — 550. sqq. Seneca expressit Troad. 44. sqq. (ubi *Aeacidae* retinendum). — *implicuit comam*, igitur cum ceteris armis v. 509. sq. galeam non sumserat Priamus; *extulit ensem*, non, vagina extraxit, sed sustulit, intentavit. Versu 529. 530. *hasta* Pyrrhus eminus petierat Politen. — 554 — 559 Epiphonema ad commiserationis affectum praeclare compositum: simplex tamen et obvium. Placet non minus illud de Achille apud Ovid. Met. XII, 615. 619. *Iam cinis est, et de tam magno restat Achille Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.* — *sorte*, fatali necessitate abstulit. *Asiae*, magnae saltem partis Asiae minoris. v. Strab. XIII, pag. 875. A. — *regnatorem populis* pro populorum. (Similes compositiones vid. collectas ad Tibull. IV, 1, 115. *W*.) Dictum magnifice ad ipsam indignationem augendam. Sic *res Asiae* III, 1. — *iacet ingens litore truncus*. Scilicet insepultum proiectum fuit Priami corpus. Hoc alii simplicius narrarunt, nulla loci apposita notatione; vide praeter Quint. Calabr. XIII, 241. sqq. Senecam Troad. 54. sqq. Auson. Epitaph. 23., quod ex nostro adumbratum est. et Euripid. Troad. 1322. 23. Alii addunt locum, ubi proiectum iacuit *corpus*, quod ab Achivis: *ad litus tractum; et illic relictum sine capite memorant*; quae unice vera interpretatio Pompon. Sabin., obvia eadem in Servianis; unde etiam intelligitur, ad Pacuvii tragoediam poëtam respexisse; quamquam locus, qui ibidem adscriptus fuit, excidit.

At me tum primum saevus circumstetit horror:
Obstupui; subiit cari genitoris imago,
Ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi
Vitam exhalantem; subiit deserta Creüsa,
Et direpta domus, et parvi casus Iuli.
Respicio, et, quae sit me circum copia, lustro.
Deseruere omnes defessi; et corpora saltu
Ad terram misere aut ignibus aegra dedere.
[Iamque adeo super unus eram; quum limina Vestae
Servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida adspicio; dant clara incendia lucem
Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti.
Illa, sibi infestos eversa ob Pergama Teucros,
Et poenas Danaum et deserti coniugis iras

Sed imitationem huius loci notarunt viri docti ox Manil. IV, 64. 65. *Priamumque in litore truncum, Cui nec Troia rogus*, et e Seneca Troad. 140. *magnoque Iovi victima caesus Sigea plemis litora truncus. Litus* de Troia, utpote *litorali plaga*, accipere, durum arbitror. Quod Servius addit, Pompeii tangere historiam Virgilium, hoc eo dumtaxat pertinet, quod huius loci maior ac suavior aliquis sensus esse debuit Romanis, qui Pompeii simile fatum memoria tenerent. — *sine nomine corpus*, sine nota, qua agnosci possit; quatenus sine capite erat.

559 sqq. Hic artem poëtae agnosce. Priami casus patris Anchisae recordationem movet. Quis Aeneae in patrem, omninoque in suos, pietatem nunc eum rerum cardinem fore exspectabat, quo narratio ad id, quod rerum caput est, Aeneae discessum, converteretur? Et quam accommodata haec Aeneae personae! Et quam apta ad studia nostra animosque in virum tam eximiae pietatis convertendos! — (Similia vid. apud Valer. Flacc. I, 712. *Te quoque iam maesti forsan genitoris imago, Nate, ait, et luctus subeunt suspiria nostri. W.*) 563 *Direpta domus*, in prosa: direptio domus meae animo obiiciebatur, ut ita facta. *casus Iuli*, quid Iulo accidere posset. Mox. *copia* docte pro copiis, notant Grammatici. — 565 Aeneam e turri pugnantem meminisse necesse est, supra v. 458. 460. sqq. Incendio iam per regiam Priami sparso, desiliunt alii in terram, alii igni absumti pereunt. *corpora aegra*, quia *defessi* pugnando, exhausti viribus.

567 sqq. Sequuntur versus XXII, qui in codicibus omnibus antiquis et bonae fidei desunt, quosque narrant a Tucca et Varo resectos, seu quia turpe esset viro forti, manus mulieri iniicere, seu quia contraria his narrantur Aen. VI, 510. sqq. *Il.* Sed, his sublatis, et versus 589 — 601., quorum sententia ab illis pendet, immutandi erant. Accidere potuit Virgilio poëtae, quod historicis praeclarae fidei accidisse constat, ut in rebus, e diversis fontibus haustis, quas duobus vel pluribus locis attigerunt, sibi discreparent. *W. Super unus eram: οἶος ἔην* Homericum, ut Il λ, 401. (*super unus eram.* Tac. Histor. I, 20. *At illis vix decumae* super *portiones* erant. *W.*) *Erranti*; ergo Aeneas iam de turri vel tecto regiae desiluerat, et per regiam er-

Praemetuens, Troiae et patriae communis Erinnys,
Abdiderat sese, atque aris invisa sedebat.
Exarsere ignes animo; subit ira cadentem
Ulcisci patriam, et sceleratas sumere poenas:
Scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenas
Adspiciet, partoque ibit regina triumpho?
Coniugiumque, domumque, patres, natosque videbit,
Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris?
Occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?
Dardanium toties sudarit sanguine litus?
Non ita. Namque, etsi nullum memorabile nomen
Feminea in poena est, nec habet victoria laudem,
Exstinxisse nefas tamen et sumsisse merentis
Laudabor poenas, animumque explesse iuvabit
Ultricis flammae, et cineres satiasse meorum.
Talia iactabam, et furiata mente ferebar;]
Quum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam
Obtulit, et pura per noctem in luce refulsit
Alma parens, confessa deam, qualisque videri
Coelicolis, et quanta, solet; dextraque prehensum
Continuit, roseoque haec insuper addidit ore:

rabat vacuam. (*Erinnys*, pestis, exitium. *W.*) — 574 *invisa*, abdita. Sic melius, puto. Sedebat illa ἱκέτις, supplex, in ara. Sequentia ex Euripideis expressa in Oreste v. 1152. sqq. *Exarsere ignes animo* pro vulgari *animus ira exarsit. subit ira*, h. e. impetus ex ira ulciscendi excidium patriae — *sceleratas poenas*, paullo insolentius, pro poenas a scelerata sumtas. (Melius interpretaberis *poenas sceleris*. *W.*) 579 — 582 *coniugium*, coniugem pristinum — *patres*, parentes — *Phrygiis ministris*, Troianis captivis, illi in servitium addictis. — *sudarit sanguine*, madefactum, humectatum. Ex Enniano: *Terra sudat sanguine* ap. Nonium in *sonere*. (Indignantes rem futuram futuro utuntur et futuro exacto, ita ut indignationis, futuro significatae, causam afferat futurum exactum, vid. IV, 590. *Pro Iuppiter! ibit Hic, ait, et nostris inluserit advena regnis?* *W.*) — 583 — 587 *Non ita, οὐ δῆτα*. Vulgo *absit hoc*; *nèquaquam*. — *nullum m. nomen*, nulla gloria — *tamen laudabor*, quod exstinxerim *nefas*, nefariam feminam, Helenam. *poenas merentis* pro vulgari a merente sumsisse cf. 229. *merentem Laocoonta*. Heinsius *poenas merentis* pro p. merentes accipit, comparans 576. *poenas sceleratas* (quasi *merens* pro *meritus* dictum sit. *W.*) — Mox dure dictum videtur *animum explesse flammae ultricis* pro flamma sive ira ultrice, h. e. ultione. Dictum graece, ut *satiatus famae* apud Silium, et οἴνοτο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς ap. Homerum.

588 — 593 Aeneae Venus apparuit, non nube obducta, aut alia forma assumta; sed specie sua divina. Imitatio Homeri manifesta Il. α, 193. sqq., ubi Minerva Achilli soli in conspectum venit, eumque ab ira et impetu revocat. — Ad 592. 593. cf. ibid.

Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit?
Non prius adspicies, ubi fessum aetate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniunxne Creüsa,
Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae
Circum errant acies, et, ni mea cura resistat,
Iam flammae tulerint, inimicus et hauserit ensis.
Non tibi Tyndaridis facies invisa Lacaenae,
Culpatusve Paris; divom inclementia, divom,
Has evertit opes, sternitque a culmine Troiam.
Adspice: namque omnem, quae nunc obducta tuenti
Mortalis hebetat visus tibi, et humida circum
Caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis
Iussa time, neu praeceptis parere recusa.
Hic, ubi disiectas moles avolsaque saxis
Saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
Neptunus muros magnoque emota tridenti
Fundamenta quatit, totamque ab sedibus urbem
Eruit: Hic Iuno Scaeas saevissima portas

v. 361. — 595 — 600 *Nostri cura*, pietas esse videtur Veneri matri praestanda in eo, ut Anchisen, ab ipsa amatum, tueatur ac servet. *adspicies*, ut poëta, pro *circumspicies*, anquires. — 600 *quos hauserit ensis*, ut passim poëtae, v. Drakenb. ad Silium V, 524. pro transfixerit, transegerit; ἀφύσσειν Homer., ut Il. ξ, 517: hauritur sanguis ense; hinc ipse ensis haurit, penetrat, transigit latus. — 601 — 603 Sententia ex Priami verbis apud Homerum petita Iliad. γ, 164. 165: adde Od. α, 347. 348; et frequens apud veteres. *Tyndaridis facies invisa Lacaenae* ornate pro Helena. *Οὐ γάρ τοι Ἑλένη πόλει αἰτίη* etc., v. ap. Quint. Cal. XIII, 412. — *culpatus* Paris pro graviore voce, scelestus, nefarius. Sic *culpa* pro scelere; *culpa supplicio redditur* ap. Horat. — *a culmine*, v. sup. 490. — 604 sqq. Pulcherrimus totus, qui sequitur, locus dum occultae magni eventus causae a numine repetitae subiiciuntur oculis tamquam manifestae (v. 622. 3.) partim Homeri auspiciis Il. ε, 127. 128, ubi Minerva Diomedis visum acuit, et Il. μ, 15. sqq.: 27. sqq., ubi Neptunus et Apollo vallum Achivorum diruunt (conf. imitationem Quinti Cal. XIV, 631 — 651); partim aliorum poëtarum ductu elaboratus. Nam in Troiae excidio diis manifesta aliqua opera ab antiquioribus poëtis est tributa, ut ex imitatoribus patet; v. Quint. Smyrn. XIII, 415. sq. Tryphiod. 550 — 560. — *nubem* int. caliginem, ut Homer. νέφος l. l. et Il. ο, 668: υ, 341. 342. Imitationes sublimis huius loci passim in recentioribus observes: Miltono lib. XI, 411: Tasso (*Cant.* XVIII *Stanza* 93). — 606. 607 *Tu ne qua parentis Iussa time:* propter illa, quae v. 619. sqq. subiunget. Mox *undantem* pulchre, v. VIII, 257. — 610 Vid. Iliad. μ, 27. sqq., ubi Neptunus vallum Achivorum tridente diruit. at h. l. urbem solo aequat. Sunt autem ex infestis Troiae numinibus principes Iuno, Minerva, Neptunus. — 612 — 614 Iuno — *prima* quippe in urbis ingressu —

Prima tenet, sociumque furens a navibus agmen,
Ferro adcincta, vocat.
Iam summas arcis Tritonia, respice, Pallas
Insedit, nimbo effulgens et Gorgone saeva,
Ipse pater Danais animos viresque secundas
Sufficit; ipse deos in Dardana suscitat arma.
Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
Nusquam abero, et tutum patrio te limine sistam.
Dixerat, et spissis noctis se condidit umbris.
Adparent dirae facies, inimicaque Troiae
Numina magna deum.
Tum vero omne mihi visum considere in ignis
Ilium, et ex imo verti Neptunia Troia;
Ac, veluti summis antiquam in montibus ornum
Quum ferro adcisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolae certatim; illa usque minatur,
Et tremefacta comam concusso vertice nutat,
Volneribus donec paullatim evicta supremum
Congemuit, traxitque iugis avolsa ruinam.

socium agmen, Achivos, — *vocat*, ut apud Homerum Neptunus Il. *ν*, 83. sqq. et Apollo apud eundem Troianos de muris Troiae inclamat. Imitatur nostrum Statius de Venere, V. Theb. 281,

615. 616 Pallas insidet Pergamum arcem, ut ap. Homerum Apollo Il. *ε*, 460, sed ibi ad tuendum, h. l. ad evertendum. Si *effulgens* est simpliciter fulgens: et iungitur *effulgens nimbo* et *Gorgone saeva*, aegide, nimbus de candida et lucida nube accipiendus esse videtur; quod alibi non facile occurrit; nisi unum locum inf. IX, 110. 111. huc trahas: *Hic primum nova lux oculis effulsit, et ingens Visus ab aurora coelum transcurrere nimbus.* Verum *effulgens* est pro conspicua; aut *effulget illa aegide*, quia fulgentem aegidem tenet, a qua relucet *nimbus*, nubes obscura, qua illa cingitur; quod solemne, ubi de diis iratis agitur. (posterius mihi Latinitas pati non videtur. *W.*) De nimbo capita deorum ambiente in poëta nostro cogitare non licet. Si quis iungere velit *saeva*, saeviens, *Gorgone*, h. e. vibrans aegidem, hoc nimis argutum puto. *Gorgo* est per se *saeva*, truculento ore. — *vires secundas*; quae adiuvant, ut eventus inceptum consequatur optatus. — 618 *In Dardana arma*, adversus Troianos pugnantes. — 619 *Eripe* pro *fugam rape*, raptim capesse, accelera, ex his. Vulgare: *eripere fuga se* ex malis. Hic dicitur *eripere fugam*, qua fugimus ex malis, h. e. accelerare. *labori*, pugnae, discede ab armis. Ego te per hostes medios tutum reducam domum tuam. cf. 632. 634. — 622 — 5. Ubi Venus finierat, ab Aenea cernuntur dii in urbe evertenda occupati. Grande et mirabile phantasma!; *dirae facies*, non monstra, sed visa dira.

626 — 631 Similia ex Homero Iliad. *Δ*, 482. sqq. et Apollonio IV, 1682. loca laudant Macrob. V, 11. et alii, sed ad occisos, non ad urbis excidium, spectantia, verborumque ornatu cum h. l. neutiquam comparanda. Post verba *Ac, veluti — ruinam* deficit.

Descendo, ac ducente deo flammam inter et hostis
Expedior; dant tela locum, flammaeque recedunt.
Atque ubi iam patriae perventum ad limina sedis
Antiquasque domos, genitor, quem tollere in altos
Optabam primum montis, primumque petebam,
Abnegat excisa vitam producere Troia,
Exsiliumque pati. Vos o, quibus integer aevi
Sanguis, ait, solidaeque suo stant robore vires,
Vos agitate fugam.
Me si coelicolae voluissent ducere vitam,
Has mihi servassent sedes. Satis una superque
Vidimus excidia, et captae superavimus urbi.
Sic o, sic positum adfati discedite corpus.
Ipse manu mortem inveniam; miserebitur hostis,
Exuviasque petet. Facilis iactura sepulcri.
Iam pridem invisus divis, et inutilis, annos
Demoror, ex quo me divom pater atque hominum rex

altera comparationis pars sic supplenda: *Visa Troia everti, ac ruinam trahere, veluti* ornus — *traxit ruinam;* nisi praestat: *verti ex imo, ac* sic verti, *veluti*. Expende iam ornatum in verbis *vulneribus evicta congemuit* et *traxitque av. iug. ruinam* pro vulgari *proruit*. — 632. 633 *Descendo* de arce; non de turri; nam hoc iam factum v. 570. 588. — *expedior*, liberum iter habeo inter hostium tela et flammas, ut contra *impedimur*, obstante turba. Vulgari sermone *via* ipsa *expediri*, *expeditum iter*, dicitur. — *ducente deo*, ex gr. ἡ θεὸς, saepe exquisito pro *dea*; nisi malis esse absolute τὸ θεῖον, numen, ut saepe fit. — *dant tela locum*, progredior incolumis inter telorum iactus et flammas. conf. Aen. VI, 110. 111.

634 Nova obiicitur in summo discrimine difficultas ab ipso parente. — 638 — 640 *Exsilium pati*, praeclare de patria relinquenda. Recusat Anchises Troia discedere — *integer aevi sanguis*, h. e. integri aevi, iuventae, sanguis, adeoque pro iuvenilis vigor. Mox *agitare* animo *fugam* proprie est de fuga deliberare (tum moliri, capessere fugam. *W.*) — 643 *Satis superque una excidia vidimus;* exquisite: satis superque est, quod semel Troiam (ab Hercule propter Laomedontis perfidiam) expugnatam vidi, et urbi captae supervixi, ne bis idem experiar. — 644 *Sic*, ut sum, *positum corpus*, pro me, κείμενον, quasi iam funus, *adfati*, extremum illud Vale! Vale! conf. ad Tibull. III, 2, 15. — 645 *manu*, non ma-a, cum imbellis senex sit, sed hostis. *miserebitur hostis*, ut, vel miseratione motus, me supplicantem, ut vita liberet me, occidat; saltem propter exuvias occidet me. cf. inf. IX, 495: X, 676. — Cadaver insepultum abiici, quod aliis tam horrendum, mihi grave non est. — 647 — 649 Fundus fabulae in hymno in Venerem v. 287 — 289: afflatus fulmine et secundum alios excaecatus, iuxta nostrum tantum debilitatus membrisque captus Anchises, quod consuetudinem cum Venere evulgarat. — *annos*, vitam, *demoror*, labantes et decedentes dies, vi-

Fulminis, adflavit ventis, et contigit igni.
Talia perstabat memorans, fixusque manebat.
Nos contra effusi lacrimis, coniunxque Creüsa,
Ascaniusque, omnisque domus, ne vertere secum
Cuncta pater, fatoque urgenti incumbere vellet.
Abnegat, inceptoque et sedibus haeret in isdem.
Rursus in arma feror, mortemque miserrimus opto.
Nam quod consilium aut quae iam fortuna dabatur?
Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto
Sperasti? tantumque nefas patrio excidit ore?
Si nihil ex tanta superis placet urbe relinqui,
Et sedet hoc animo, perituraeque addere Troiae
Teque tuosque iuvat, patet isti ianua leto,
Iamque aderit multo Priami de sanguine Pyrrhus,
Natum ante ora patris, patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat, alma parens, quod me per tela, per ignis
Eripis, ut mediis hostem in penetralibus, utque

vendo detineo. Dictum alias *morari mortem, fata, Orcum, animam.* — *fulminis adflavit ventis*, fulmine; quandoquidem aer fulminis iactu impulsus et rarefactus interclndit spiritum, res ad sensum vulgi obvia; etsi subtilius de ea physici tradunt; alias: *aura fulminis*; unde ipsum *adflare* ductum. — 650 *fixus*, affixus loco; non discedens domo. cf. 699.

651 — 654 Lugubris sane et miseranda rerum facies, si singula cogitas. *Nos contra* orare non desistimus *effusi lacrimis*, exquisite pro *in lacrimas*, — *ne vertere secum*, evertere, perdere, *fatoque urgenti incumbere*, instantem perniciem accelerare vellet. Simile est *currentem incitare, praecipitantem impellere. H.* Commode verbum *haerere* iungitur notionibus *in incepto* et *in iisdem sedibus*, ut significetur, Anchisen nec loco suo motum et animo immoto fuisse. Eadem compositionis suavitas est apud Ciceronem in Cat. II, c. 5. f. *Si et in urbe et in eadem mente permanent, ea, quae merentur, exspectent.* Hae compositiones, apud Latinos frequentes, ut Teutonice bene semper reddantur, vereor; nec fieri potest. Ad verba *sedet hoc animo* conf. V, 418. *Idque pio sedet Aeneae. W.* — 657. sqq. Ad patrem Anchisen conversus haec dicit. Affectus impetum nota pulchre expressum abruptis etiam sententiis — *tantum nefas*, ut suaderet rem tam nefariam. — 661 *patet isti ianua leto*, ad talem mortem ab hoste accipiendam via patet; ea mors facile arcessi poterit; — at 662. 663 mors foeda, qualis obtigit Priamo, caeso in eius conspectu filio: 502. 530. Ita refellit ista v. 645. 646. *miserebitur hostis* etc. — *multo de sanguine*, cum dilectu positum epitheton: quem effudit sine ulla senis miseratione. — et 663 respicit v. 529. sqq. *H.* E Mediceo aliisque complurlbus libris recipienda scriptura *Gnatum*. In versibus 664 — 67. primum notes *eripis* pro eripuisti, quod ad auxilium Veneris 632. 633. referendum; tum in verbis *hoc, quod — eripuisti, erat, ut cernam* insolentiam consecutionis temporum; quae quidem tollitur, priore sententia ita mutata: *An me mater, ideo servasti, ut cernam?* Ita saepe levem sensus mutationem diffi-

Ascanium, patremque meum, iuxtaque Creüsam,
Alterum in alterius mactatos sanguine, cernam?
Arma, viri, ferte arma; vocat lux ultima victos.
Reddite me Danais; sinite instaurata revisam
Praelia. Numquam omnes hodie moriemur inulti. 670
Hinc ferro adcingor rursus; clipeoque sinistram
Insertabam aptans, meque extra tecta ferebam.
Ecce autem conplexa pedes in limine coniunx
Haerebat, parvumque patri tendebat Iulum:
Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum; 675
Sin aliquam expertus sumtis spem ponis in armis,
Hanc primum tutare domum. Cui parvus Iulus,
Cui pater, et coniunx quondam tua dicta relinquor?
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat;
Quum subitum dictuque oritur mirabile monstrum. 680
Namque manus inter maestorumque ora parentum
Ecce levis summo de vertice visus Iuli
Fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.

cultati consecutionis temporum mederi videas. *W.* — 668 *Arma, viri* — sc. quae ingressus domum deposuerat. *vocat lux ultima victos*, quanto potentius quam: manet nos mors; moriendum est! *Reddite me Danais* idem color inf. X, 61. Mox 670 *numquam* pro non, ut Ecl. III, 49. Sententiam gravius extulit Homer. Il. χ, 304. 305. *H.* Latini *numquam hodie* non raro composuerunt. Terent. Adelph. II, 1, 5. *non committet hodie umquam, iterum ut vapulet. W.*

671 sq. Ante oculos fuisse h. l. Homerum Iliad. ζ, 394. 399. sqq., ubi de discessu Hectoris ab Audromache agitur, notarunt iam viri docti: uti noster Val. Flacco in Aesone et Alcimede effingendis lib. I, 762. sqq. fuit. *manum insertabam clipeo*, loro clipei vel ansae. sup. 393. erat *indui clipeum* — *tendebat* doctius quam *ostendebat*, (malim, proprie dictum. Ge. IV, 534. *W.*) et *patri* quam *mihi. expertus*, ex pristinis virtutis experimentis et factis. — 678 *Coniux quondam tua dicta*, h. e. quae eram; non argutandum; notum illud: *καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν*, h. e. esse. *cui relinquor* inf. IV, 323. *cui me moribundam deseris, hospes!*

680 — 684 Mutat Anchises consilium, omine oblato. Flamma e capite micans ostentum et praesagium regiae dignitatis, vel ex narratione de Servio Tullio notum Liv. I, 39. Cf. inf. VII, 73. sqq. Doctus autem Anchises auguralis scientiae Veneris munere. Vide Ennii et Naevii loca apud Probum in Ecl. VI; conf. Fragm. Enn. p. 11. 12. — *apex*, flamma in apicem acuminata; is visus est *fundere lumen de vertice Iuli*, h. e. lucere; ut Ovid. Fast. VI, 636. — *inque coma flammeus arsit apex*. Hanc rationem damnare equidem nolim; sic *levis* bene de flamma. (Et convenit, quod alibi legitur *flamma agilis. W.*) Burmanno tamen cum Servio *apex* proprie dictus videtur, sc. de pileo Phrygio, quem, ut pueri, esse debuisse *levem*. — *flamma visa lambere*

s pavidi trepidare metu, crinemque flagrantem
.cutere, et sanctos restinguere fontibus ignis.
pater Anchises oculos ad sidera laetus
:tulit, et coelo palmas cum voce tetendit:
ɔpiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
spice nos; hoc tantum; et, si pietate meremur,
deinde auxilium, pater, atque haec omina firma.
Vix ea fatus erat senior; subitoque fragore
.onuit laevum, et de coelo lapsa per umbras
:lla facem ducens multa cum luce cucurrit.
am, summa super labentem culmina tecti,
rnimus Idaea claram se condere silva,
;nantemque vias; tum longo limite sulcus
t lucem, et late circum loca sulfure fumant.
: vero victus genitor se tollit ad auras,
faturque deos, et sanctum sidus adorat:
u iam nulla mora est; sequor, et, qua ducitis, adsum.

tu, contactu; nam ea lectio
ɔstat alteri: *tractu. tractus*
ımae, per longum spatium du-
:, alienum ab h. l. est. (Si
l video, Virgilius iunxit *flam-*
innoxia tactu, utpote quae
il consumeret. Si analogiam
structionis desideres, confe-
Ge. III, 416. *mala tactu vi-*
a. W.) *molles lamb. com. et —*
ci ornate pro *ardere* dictum,
ignis natura. Conf. imitatio-
ı Val. Flacc. I, 512. sqq. *fon-*
ıs, docte pro fonte; et hoc
aqua. — 690 *Adspice nos*,
vulgari *respice. II.* Adspice
ιβλέπε) convenire magis vide-
alloquenti. Nam *respicere* si-
ıcat curam habere, iuvare, at
bo *adspicere* per se non inest
io prospiciendi; cf. IV, 372;
Anchises id praesertim expe-
ut Iupiter in se suosque ocu-
convertat, tum alterum ro-
: *da auxilium. W. hoc tan-*
:, sc. plura a te non peto.
. IX, 636. (Add. Aen. I, 79.
: *primum. W.*) — *haec omi-*
firma secundum auguralem
:iplinam; docet h. l. Serv.
: statim fit, dum laevum to-
, conf. Odyss. *v*, 97. sqq.

693 — 698 *Stella cadens*, meteori genus, cf. Spanh. ad Callim. in Del. 38. p. 410., sup. Georg. I, 365, sqq. erat inter prognostica, at nunc auspicium, et quidem fugae suscipiendae. Respexisse videtur poëta Homerum Il. δ, 75. sqq. et Apoll. IV, 294. sqq. Mirum tamen, quod ignis fatuus h. l. cum tonitru coniunctus est et cum sulfureo halitu. Nec tamen, nisi admodum improprie, de fulmine accipi *stella* potest, nec bene ad Luciferum, Veneris stellam, Aeneae conspectam, traxerunt alii. v. sup. ad I, 382. Totam augurii rationem per partes explicat Servius; malim rem ad physicas rationes revocatam. Iungenda: *stella ducens facem multa cum luce*, habens speciem facis longae; hinc 697 *longo limite sulcus dat lucem.* (Apud Valerium Fl. I, 568. Iupiter *ingenti flammantem* (*collustrantem*) *nubila sulco direxit per inane facem. W.*) — 699 — 704 *victus* expugnata tandem voluntate. (cf. Not. ad Ge. IV, 491. *W.*) — *se tollit ad auras* pro simplici: e strato se attollit, surgit. — *affatur deos*, preca-

Di patrii, servate domum, servate nepotem.
Vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est.
Cedo equidem, nec, nate, tibi comes ire recuso.
Dixerat ille; et iam per moenia clarior ignis
Auditur, propiusque aestus incendia volvunt.
Ergo age, care pater, cervici inponere nostrae;
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit;
Quo res cumque cadent, unum et commune periclum;
Una salus ambobus erit. Mihi parvus Iulus
Sit comes, et longe servet vestigia coniunx.
Vos, famuli, quae dicam, animis advertite vestris.
Est urbe egressis tumulus templumque vetustum
Desertae Cereris, iuxtaque antiqua cupressus,
Religione patrum multos servata per annos;
Hanc ex diverso sedem veniemus in unam.
Tu, genitor, cape sacra manu patriosque Penates;

tur — verba *vestroque in numine Troia est* dubiam admodum interpretationem habent, ut solet in acute dictis fieri; et insolens est: *in numine esse.* Cum haec verba coniuncta sint cum illis: *Vestrum hoc augurium*, poëta declarasse videtur, *numen* ipsi simili significatu esse dictum, h. e. pro *augurio, omine;* ut inf. VII, 119. In hoc omine est *Troia*, h. e. fatum Troiae, et, quod ex ceteris elicias, iudicium Anchisae de hoc fato: Troiae excidium instare, et urbem sibi esse deserendam. Simplissima itaque ratio fortasse haec est: Troia haec, quam ego deserere, cui ego superstes esse nolui, (sup. 637) vestro hoc augurio declaratur mihi deserenda esse. *Troia est*, Troia mihi erit, non haec, quae nunc incensa est, sed quocunque vestrum augurium, dii, nos ducet. Nam, ut novum Troiae ortum ostendi sibi Anchises putet, multo argutius esse videtur, quasi sit; *Troia est in vestro numine*, h. e. Troia altera promittitur hoc omine, ut III, 86. *Serva altera Troiae Pergama. H.* Anchises, artis auguralis peritus, ex omine flammae 682., Iulum magnum rebus Troianorum lumen, regemque imperio in alia terra restituto futurum mente erat augurat[illegible]. Quo omine nunc per' ostentum firmato — *vestrum hoc augurium est* — de Troianorum fortuna instauranda iam certe sperans — *vestro in numine Troia est*, h. e. vobis Troianorum fortuna cedit est — eorum, qui Troiam profugi relicturi sunt, sententiae et parti accedit — *cedo equidem.* — 705 *Clarior ignis* h. l. clarior strepitus ignis, *propiusque incendia volvunt aestus*, h. e. calorem, ornatissime, pro flamma, incendium, propius serpit. — 707 *Inponere*, impone te, ἐπίθεσο. — 711 *Servet vestigia*, h. e. observet gressus meos, *longe*; e longinquo; id adiectum, ne, si mihi una exirent, deprehenderentur ab hostibus. Itaque et famulos per diversas vias dimisit. — 712 Vulgare: animos advertite ad ea, quae dicam. — 714 *Deserta Ceres* exquisite dicta, cuius templum erat desertum vetustate vel belli decennalis tempore. (Propert. II, 6, 36. eodem sensu dixit *desertos deos. W.*) — *ex diverso*, ex diversis partibus. — 717 ex umbrae Hectoris iusso; sup. II, 2[illegible]

bello e tanto digressum et caede recenti,
rectare nefas, donec me flumine vivo
uero.
c fatus, latos humeros subiectaque colla
te super fulvique insternor pelle leonis;
cedoque oneri. Dextrae se parvus Iulus
licuit, sequiturque patrem non passibus aequis;
e subit coniunx. Ferimur per opaca locorum.
ne, quem dudum non ulla iniecta movebant
a, neque adverso glomerati ex agmine Graii,
ic omnes terrent aurae, sonus excitat omnis,
pensum et pariter comitique onerique timentem.
que propinquabam portis, omnemque videbar
sisse vicem; subito quum creber ad auris
is adesse pedum sonitus, genitorque per umbram
spiciens: Nate, exclamat, fuge, nate; propinquant;
entis clipeos atque aera micantia cerno.
mihi nescio quod trepido male numen amicum

18. *Me bello.* ingeniose in-
m hoc a poëta, ut caussa
cur sacra Anchises efferat,
mmuni narratione. *H.* Hanc
n expositionem postulabat
o veterum. vid. supr. 167.
- 721 — 723 Insternit Aeneas
ris vestis laciniam, vestique
n. Superinsternor veste et
leonis (ante oculos habuit
, 21 — 24. ubi Agamemnon
habitu inducitur) humeros
lla subiecta, h. e. collum,
subiicio, submitto oneri im-
). — 726 — 729 Suaviter et
fectus veritate. Comparant
on. III, 953 — 955. *glome-*
x agmine (v. sup. 414) do-
ratio; quamvis et ipsi in
n colligebant se, ex hostili-
tamen copiis erant collecti.
ngo *glomerati*, densi, *Graii*
gmine adverso, stantes in
adversa, uti praepositio ἐξ
Graecos usurpatur. De con-
ione *glomerari* ex aliqua re
tionem verbi *colligere* equi-
dubito. *W.* — 730 — 734
. Est porta ab hoste aver-
Idam ducens et partes au-
strales, unde litus peti poterat,
et in eo Antandrus, III, 6. *om-
nem vicem*, fortunae casum, peri-
culum. *H.* Omnes libri in lo-
ctione *viam* consentiunt. *Evasi
viam* est ad finem eius perveni, et
locum evasi eum reliqui. Ovid.
Met. III, 19. *Panopesque evase-
rat arva.* Aen. IV, 685 *gradus
evaserat omnes.* cf. III, 282. Si
quis viam evasisse putat, ubi pe-
ricula minabantur, ille et peri-
cula viae se effugisse credit. Mar-
klandi coniectura *vicem*, qua sen-
sus sine dubio melior fit, (Tacit.
Ann. XIV, 6. *evasisse gravem
casum*) ex iis esse videtur, qui-
bus autorum ipsorum scriptura
vere emendatur. *W.* — *adesse ad
aures* dictum potest videri pro
accedere vel *accidere* ad aures.
Poëticae tamen dictioni conve-
nientius iungere: *creber ad aures*
sonitus, qui crebro, clarius cla-
riusque auditur. (Prior ratio vera.
W.) — *prospiciens*, quippe in
humeros filii sublatus; no ad
metum referas. — *ardentes cli-
peos*, relucente flamma, quippe
aereos. — 735 - 740 *numen ami-*

Confusam eripuit mentem. Namque avia cursu
Dum sequor, et nota excedo regione viarum,
Heu! misero coniunx fatone erepta Creüsa
Substitit, erravitne via, seu lassa resedit,
Incertum; nec post oculis est reddita nostris.
Nec prius amissam respexi, animumve reflexi,
Quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam
Venimus. Hic demum, collectis omnibus, una
Defuit; et comites, natumque, virumque fefellit.
Quem non incusavi amens hominumque deorumque?
Aut quid in eversa vidi crudelius urbe?
Ascanium, Anchisenque patrem, Teucrosque Penates
Commendo sociis, et curva valle recondo;
Ipse urbem repeto, et cingor fulgentibus armis.
Stat casus renovare omnis, omnemque reverti
Per Troiam, et rursus caput obiectare periclis.
Principio muros obscuraque limina portae,
Qua gressum extuleram, repeto; et vestigia retro
Observata sequor per noctem, et lumine lustro.
Horror ubique animos, simul ipsa silentia terrent.
Inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
Me refero. Inruerant Danai, et tectum omne tenebant.
Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
Volvitur; exsuperant flammae; furit aestus ad auras.

le amicum, inimicum, infestum, *δαίμων τις κακός. mentem confusam eripuit*; duo iunxit, quae fere sigillatim poni solent: *eripere mentem*: *ἐξελέσθαι φρένας*, et *mens confusa*, perturbata: *σὺν δὲ γέροντι νόος χύτο*; utrumque Homericum. — *nota regione viarum* pro excedo, deflecto, de viis notis, frequentibus. Tum pro *via* poni possunt *loca*, *partes*, *regiones*, per quas viae patent; hinc *regio viarum* poëtis ducta. — 738 *fato erepta*, *substititne*, *erravitne via*, *an resedit*. Non enim dubitat, fato esse sublatam; cf. inf. 777. Ita Servius, non male puto. Melius tamen: *coniunx mihi misero erepta fatone substitit*, *an erravit de via*, *an lassa resedit*. *H.* Hanc structuram postulat Latinitas, ita ut indicativi *substitit*, *erravit*, *resedit*, ex Graecorum more pro coniunctivis usurpati a verbis *incertum est* pendeant. *H.* — 742 *tumulum antiquae Cereris*, *sedem*, collem, in quo antiqua Cereris erat aedes, sup. 713. *H. Hic demum* — *defuit*, h. e. deesse animadverto — *et fefellit*, illam nemini visam esse comperio. — Ad V, 745. notes, verba *incusare deos hominesque* esse formulam fere legitimam de iis, qui de fortuna sua graviter conqueruntur. cf. Tacit. Histor. II, 47. f. *H.* — 746 *crudelius*, quod magis doleret. — 750 — 755 *Stat*, decretum est apud me, ut saepe. — *obscura limina portae*, porta per noctem obscuram oculos fallens. sup. v. 725. *per opaca locorum*. — *lumine lustro* simpl. circum-

Procedo, et Priami sedes arcemque reviso.
Et iam porticibus vacuis Iunonis asylo
Custodes lecti, Phoenix et dirus Ulixes,
Praedam adservabant. Huc undique Troïa gaza,
Incensis erepta adytis, mensaeque deorum,
Crateresque auro solidi, captivaque vestis,
Congeritur. Pueri et pavidae longo ordine matres
Stant circum.
Ausus quin etiam voces iactare per umbram,
Inplevi clamore vias, maestusque Creüsam
Nequidquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.
Quaerenti, et tectis urbis sine fine furenti,
Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creüsae
Visa mihi ante oculos, et nota maior imago.
Obstupui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit.
Tum sic adfari, et curas his demere dictis:
Quid tantum insano iuvat indulgere dolori,
O dulcis coniunx? non haec sine numine divom
Eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creüsam
Fas, aut ille sinit superi regnator Olympi.
Longa tibi exsilia, et vastum maris aequor arandum.
Et terram Hesperiam venies, ubi Lydius arva
Inter opima virum leni fluit agmine Thybris.

spicio. — 755 horror noctis ubique terret me. — 760 — 766 A domo sua, quam expilatam et incensam ardere videt, ad arcem et regiam tendit; hic vero praedam et captivos ab Achivis asservari videt; Creüsa nec ibi reperta, discedit. *Porticibus vacuis.* cf. sup. 528. *Iunonis asylo*, pro templo, quod in arce fuit. cf. sup. ad 567. Eurip. Troad. 32 simpl. ὑπὸ στέγαις ταῖσδ'. — *pueri et matres* captivae, quas Graeci abducturi erant. Expressum miserabile hoc captivorum agmen in Tabula Iliaca n. III., et in Polygnoti pictura ap. Pausan. X, 25. 25. cf. inf. III, 323: Ovid. Met. XIII, 412. sqq. — 771. 772. *tectis urbis*, intra urbis moenia. — *simulacrum*, εἴδωλον, *infelix*, infeliciter amissae Creüsae. — *nota maior i.*, h. e. pristina; igitur iam dea facta. Nota veterum opinio. Imitatione nostri Hylas Herculi per somnum obiectus ap. Val. Fl. IV, 18. sqq. — 43 — 774 Ex Il. ω, 358 — 360. — *Il. adfari*, repete *visa est*, ut loco simillimo III, 148 — 153. *IV.* 777 | Il. ε, 185. *Οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται.* Et similia alibi. Tota Creusae oratio affectus plena. — 779 *Fas*, fatum, seu voluntas deorum. — 780 — 784 *exsilia* pro *exsilium*, et hoc pulchre pro longo itinere vel errore, adiuncta notione, quod extra patriam fit, et ex *arandum* adsumendum verbum latius: *obeunda*, ut iam Serv. — *Lydius Thybris* pro Etruscus, ex vetere opinione originis Etruscorum a Lydis ductae. — *arva virum* signate exemplo Graeci ἀνδρῶν. — *leni fluit agmine* Su-

Illic res laetae, regnumque, et regia coniunx
Parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creüsae.
Non ego Myrmidonum sedes Dolopumve superbas
Adspiciam, aut Graiis servitum matribus ibo,
Dardanis, et divae Veneris nurus;
Sed me magna deum genetrix his detinet oris.
Iamque vale, et nati serva communis amorem.
Haec ubi dicta dedit, lacrimantem, et multa volentem
Dicere, deseruit, tennisque recessit in auras.
Ter conatus ibi collo dare brachia circum;
Ter frustra comprensa manus effugit imago,
Par levibus ventis, volucrique simillima somno.
Sic demum socios, consumta nocte, reviso.
Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum
Invenio admirans numerum, matresque, virosque,
Collectam exsilio pubem, miserabile volgus.
Undique convenere, animis opibusque parati,
In quascumque velim pelago deducere terras.
Iamque iugis summae surgebat Lucifer Idae,
Ducebatque diem; Danaique obsessa tenebant

pra Georg. I, 522. *agmen aquarum* dixerat; at h. l. absolute Ennii exemplo Annal. V. *Quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen*, apud Macrob. VI, 4. Adde Lucret. V, 272., et nostri imitatorem Stat. I Theb. 356. Vides novum vaticinium a Creüsae umbra acceptum de sedibus in Italia et in tractu Tiberino quaerendis. — *parta tibi*, fato destinata. *lacrimis Creüsae*, propter Creüsam; ut alia. (cf. I. 462. *W.*) — 785—789 Praeclari versus; metuendum autem Aeneae, ne illa in hostium manus incidisset et captiva abduceretur. cf. III, 321. sq. *sedes superbas*, regiam superborum dominorum, et quidem sigillatim Neoptolemi. — 788 Magna deum mater, Cybele. Ingeniose innuit Creüsam a Cybele in consortium esse assumtam, et Nympham in solo patrio fatam. — 789 plenus affectus versus. Compara praeclarum locum Propertii IV. extr. 75. 74. et Eurip. Alcest. 378. — 792—794 Iidem versus redeunt infra VI, 700—703, ducti ex Homero Od. λ, 206—208; unde petierunt et alii. cf. sup Ge. IV, 500. — *somno* vel proprie, quatenus is celeriter diffluit, aufugit, vel pro somnio — *ὀνείρῳ* — dictum. 789 *Collectam exsilio*, ad fugam, *pubem*, iuventutem. In voce *opes* fortunas int. ad naves faciendas, instruendas, et sic porro. *H. parati opibus* qui opibus instructi, quibus opes praesto sunt ad aliquid agendum; *parati animis*, quibus est voluntas ad rem moliendam. Ex sequentibus assumendum *deduci*. *W.* — 801 Ut poëtae rem fingunt, sidera de montibus proximis oriuntur et pone montes occidunt; res ab oculorum sensu petita. *Ida* autem mons Troiae imminens. *Lucifer*. Veneris stella, accommodate. *H. ducebatque d.* vid. Ecl. VIII, 17.

Limina portarum, nec spes opis ulla dabatur:
Cessi, et sublato montem genitore petivi.

W. — 802 —804 *Limina portarum*, portas. *Spes opis*, auxilii patriae ferendi, ut Serv. aut simpliciter salutis. Igitur discessi. — *montem*, int. Idaei iugi partem, quae ad Antandrum ferebat. cf. IX, 80. *H. montes*, quod Mediceus cum aliis libris praebet, haud scio an it praeferendum. cf. III, 6. *W.*

P. VIRGILII MARONIS
AENEIDOS
LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Eversa Troia, Aeneas, collectis suorum reliquiis, quae caedi flammisque supererant, paratoque apud Antandrum viginti navium classe, primum in Thraciam defertur. Ubi cum urbis fundamenta poneret, territus Polydori a Polymnestore caesi prodigiis, Delum petit 1 —77; *consultoque ibi Apollinis oraculo, cum antiquam gentis suae matrem, hoc est, primam originis suae terram repetendam didicisset, falsa Anchisae patris interpretatione adductus, in Cretam contendit* — 124. *Verum cum ibi, positis iam moenibus, gravissima peste exagitaretur, in somnis monitus a diis penatibus, relicta Creta, Italiam petit* — 192. *In hac navigatione subito exorta tempestate, primum ad Strophades insulas appulsus, ab Harpyiis infestatur* — 268. *Mox Actium delatus, in honorem Apollinis ludos celebrat* — 290. *Inde Corcyram praetervectus, Epirum tenet, quae id temporis Heleno, Priami filio, parebat, cui post Pyrrhi caedem Andromache in coniugium cesserat. Helenus Aeneam hospitio excipit, omnique humanitatis genere complectitur, imminentiumque terra marique periculorum certiorem facit* — 505. *Aeneas, relicta*

Epiro, Tantumtum primamque Italiae oram praetervectus, ad eam Siciliae partem, quae Aetnae monti adiacet, appellitur. Ibi Achemenidem, ab Ulysse in Cyclopis antro desertum, supplicem recipit, edoctusque ab eo de Cyclopum feritate, quibus solvit — 683: memorque praeceptorum Heleni, vitatis Charybdis et Scyllae periculis, Siciliae litora longo circuitu circumvectus, tandem Drepanum advehitur, ubi Anchises, tum senio tum longae navigationis iactatione fatigatus, fatis concedit — 715. Inde Italiam petens, immissus ab Aeolo subita tempestate, in Africam eiicitur, quam partem libro primo exequutus est poëta.

Postquam res Asiae Priamique evertere gentem
Immeritam visum superis, ceciditque superbum
Ilium, et omnis humo fumat Neptunia Troia;
Diversa exsilia et desertas quaerere terras
Auguriis agimur divom, classemque sub ipsa
Antandro et Phrygiae molimur montibus Idae,
Incerti, quo fata ferant, ubi sistere detur;
Contrahimusque viros. Vix prima inceperat aestas,

Rerum varietate et doctrinae copia hic liber ceteris facile praestat, totus ille ad Odysseae exemplum conscriptus. conf. in primis Cluver. Sicil. ant. p. 252. sqq. Quod tamen lectores suavitate sua minus vulgo detinet, non tam id facit, quod liber secundus gravissimi argumenti — nam de Troiae excidio agit — antecedit, et Didonis amores suavissime narrati sequuntur, quam hoc, quod multarum rerum, in primis quae ad mythos veteres et geographiam antiquam spectant, notitiam habere debet is, qui omnia, quae poëta leviter tantum attigit et perstrinxit, intelligere velit.

1 — 3 Splendidum exordium pro: Postquam Troia in hunc modum erat eversa. — *res Asiae*, regnum Asiae, v. sup. ad II, 556. — (*humo* intelige *solum*, ἔδαφος, in quo urbs aedificata; *hac humo fumat Troia*, incendio conflagrata (*cecidit*) et in cineres dilapsa. *W.*) 4 — 8 *Diversa exsilia, desertae terrae*, ad miserationem satis graviter, pro tetra novis ac *diversis*, longinquis, inhabitandis. — *Auguriis divum* sup. I, 382. sq., nisi addere malis prodigium flammae II. v. 682, et Creüsae monitum v. 780. In *Antandro* argutantur grammatici, et in adiecto *ipsa* Corda. Sufficit ex Strab. XIII, p. 606. D. tenere, versus meridiem et haud procul ab Ilio, ad sinum Adramyttenum, fuisse, saltem serioribus temporibus, urbem Antandrum, navale, ad Idaei montis radices. Nihil igitur mirum, si poëta naves Aeneae in tam nobili et commodo loco aedificatas tradit. Materies classi aedificandae in Ida, et quidem in iugis ad mare procurrentibus, *Gargaris*, suppetebat. cf. Wood Essay on Homer, p. 323. — 8 *Vix prima inceperat aestas* s. aestatis prima

Et pater Anchises dare fatis vela iubebat;
Litora quum patriae lacrimans portusque relinquo
Et campos, ubi Troia fuit. Feror exsul in altum
Cum sociis natoque Penatibus et magnis dis.
Terra procul vastis colitur Mavortia campis,
Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo,
Hospitium antiquum Troiae, sociique Penates,
Dum fortuna fuit. Feror huc, et litore curvo
Moenia prima loco, fatis ingressus iniquis,

pars, h. e. ver. Nam Troia eversa fertur sub initium veris. — 9 *Fatis*, propter deorum iussa et monita, de quibus ad v. 5 dictum. — 10 — 12 Notabilis est Servii nota: „ *Amat poëta, quae legit, immutata aliqua parte, vel personis, ipsis verbis, proferre. Naevius enim inducit uxores Aeneae et Anchisae, cum lacrimis Ilium relinquentes, his verbis:* Amborum uxores noctu Troia exibant, Capitibus opertis, flentes ambae, abeuntes Lacrimis cum multis. *Hoc iste Aeneam eodem in tempore eiusdem rei caussa inducit fecisse, cum dicit:* Litora cum p. relinquo.“ cf. Vossius in not. ad Naevii fragm. p. 76. sq. — *Et campos, ubi Troia fuit*, pathos in brevitate iam Macrob. miratus est V, 1. *cum sociis* v. sup. II. 796. — *Penatibus et magnis dis:* hi inter se discernendi quomodo sint, vix dicere habeo, cum et perpetuo pro iisdem habeantur, neque alios Aeneas secum Troia abstulisse memoretur. Explicative igitur alterum adiectum; aut *cum Penatibus, magnis diis*, aut, *cum magnis diis, Penatibus*, qui nostri Penates sunt; creditum autem est, deos magnos Samothracicos, Cabiros, hos ipsos Penates fuisse. Inf. v. 148. *Effigies sacrae divum Phrygiique* Penates.

13 — 18 Primum Thraciam universe designat, *Terra Mavortia* (nam Thraciam Marti sedem tribui iam ab Homero, notum est, et cf. inf. 35) *vastis campis* — *Thraces arant* natum fortasse ex primis Hecubae Euripideae versu. 8. 9. — *acri*, saevo, *quondam regnata Lycurgo*, noto e fabulis de Baccho, v. Homer. Iliad. ζ, 130. sqq.; *regnata* passive, ut et alibi. *Hospitium antiquum Troiae* memorans, regem Thracum hospitii iure cum Priamo iunctum indicat; neque *socios Penates* aliud, quam declarationem eius hospitii, esse puto. Videntur enim hospites eosdem deos tutelares, saltem Iovem hospitii praesidem, habuisse. *H. socii Penates* sunt sedes sociae, h. e. foedere cum Troianis iunctae. vid. de Thracibus Troianorum sociis Hom. Iliad. β, 844 — 851. *IV.* Regem Thraciae sequentia v. 49. declarant tum fuisse Polymnestorem. Iam hunc Chersonesum Thracicam tenuisse, vulgo narrabatur; quod in primis Euripidis auctoritate constat, in Hecuba v. 8. et al. Virgilius, dum ad Hebri ostia urbem ab Aenea conditam memorabat, narrationem, fabula a vicina regione petita, ornare facile potuit. Quid? quod Polymnestoris ditio ad Hebrum usque extenta videtur. Certe Plinius IV, 11. *Oppidum Aenos liberum cum Polydori tumulo, Ciconum quondam regio.* — 17 *fatis iniquis* sive propter ea, quae sequuntur, satis sinistra, sive quod omnino iniqua fortuna decedere patria et alienis terris sedem quaerere coegerat. Ammianus XXII, 8. pr. priorem

Aeneadasque meo nomen de nomine fingo.
Sacra Dionaeae matri divisque ferebam
Auspicibus coeptorum operum; superoque nitentem
Coelicolum regi mactabam in litore taurum.
Forte fuit iuxta tumulus, quo cornea summo
Virgulta, et densis hastilibus horrida myrtus.
Adcessi; viridemque ab humo convellere silvam
Conatus, ramis tegerem ut frondentibus aras,
Horrendum et dictu video mirabile monstrum.
Nam, quae prima solo, ruptis radicibus, arbor
Vellitur, huic atro liquuntur sanguine guttae,
Et terram tabo maculant. Mihi frigidus horror

sententiam firmare videtur; respicit enim h. l. *Aenus*, inquit, *qua diris auspiciis coepta, moxque relicta, ad Ausoniam veterem ductu numinum properavit Aeneas. II.* Eamquo unice veram esse, oratio monstrat. *ingressus* est ingressus Thraciam; *fatis iniquis*, nolentibus, non faventibus. *W.*

19 Portentum sanguinis e cornis et myrtis in Polydori tumulo manantis. Nam sacrum parans Aeneas diis, inprimis Veneri et Iovi, dum frondes, quibus aram ornet, petit, ecce offertur prodigium: surculi, quos solo evellit, cruore stillant. Parat autem sacrum Aeneas in *novae urbis primordiis et auspiciis*: quorum religio ad Apollinem potissimum spectat *II. dii auspices operum* sunt qui opera iuvant et secundant. De vocabulo *auspex*, deorum proprio, egit Bentl. ad Horat. Od. I, 7, 27. *W. nitentem* candidum potius quam pinguom intelligo; candor enim spectatur in victima Iovi ferenda. — 22 — 25 Ornata oratio; sontis, si in vulgarem transfers: *in cuius vertice cornus et myrtus stabant. Cum inde frondes coronandae aras peterem.* — Porro *tumulus* h. l. simpl. collis; nam insepultus fuerat proiectus, ut ex v. 62. sqq. apparet. et cf. 45. 46. In mare proiectum corpus in litus fluctu eiicitur apud Eurip. Hecuba v. 26. 697. sqq., quem sequi maluit Ovid. Met. XIII, 437. sqq., ubi pleraque ex Euripide expressa. — *horrida* noli aliter accipere, quam myrtetum horrere densis virgultis; et omnia prominentia *horrere* dicuntur. — *hastilia* pro virgis myrti, unde hastas et iacula faciebant veteres; quod iam vidimus Ge. II, 447. *At myrtus validis hastilibus, et bona bello Cornus.* Iaculis autem confixus Polydorus inf. v. 45. 46. quae terrae infixa radices egisse significat poëta. — Myrtus autem bene in litorali plaga. Ge. II, 112. *Litora myrtetis laetissima.* — *tegerem*: tegere, velare, proprium in re sacra de coronis ac sertis; conf. sup. II, 248. 249: *myrtea* serta h. l. in sacris Veneris. — *II.* 27 Scripturam *arbos* dat Mediceus; neque erat, cur sibilus offenderet. III, 136. *connubiis arvisque novis*: ne alia commemorem. *W.* 28 *Huic atro liquuntur sanguine guttae* ornate, pro et ea manant guttae sanguineae, pro succo scilicet. Proprie *sanguis liquitur*, τήκεται, dissolvitur in guttas. Ge. II, 187. *liquuntur amnes*, h. e. rupibus fluunt — *terram tabo maculant*, quanto ornatius, quam, cadunt in terram! sic cetera. Mox vs. 32 *tentare* est explorare. Ceterum fabula

embra quatit, gelidusque coit formidine sanguis.
rursus et alterius lentum convellere vimen
sequor, et caussas penitus tentare latentis;
ter et alterius sequitur de cortice sanguis.
ulta movens animo, Nymphas venerabar agrestis,
radivumque patrem, Geticis qui praesidet arvis,
ite secundarent visus, omenque levarent.
ertia sed postquam maiore hastilia nisu
dgredior, genibusque adversae obluctor arenae;
loquar, an sileam?) gemitus lacrimabilis imo
uditur tumulo, et vox reddita fertur ad auris:
uid miserum, Aenea, laceras? iam parce sepulto;
arce pias scelerare manus. Non me tibi Troia
xternum tulit, aut cruor hic de stipite manat.
eu! fuge crudelis terras, fuge litus avarum.
am Polydorus ego. Hic confixum ferrea texit
elorum seges, et iaculis increvit acutis.
um vero ancipiti mentem formidine pressus
bstupui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit.
Hunc Polydorum auri quondam cum pondere magno
nfelix Priamus furtim mandarat alendum
hreïcio regi, quum iam diffideret armis

nam Virgilius, ut tot alia, a oëtis cyclicis accepisse videtur, atis probabilis olim iis fuisse videtur, qui in arbores mutari puellas, Nymphas Hamadryades cum rboribus nasci, sacris arboribus uccisis guttas sanguinis manare egissent. Exempla sunt apud Callimachum in Cer. et Apollon. rg. II, 479. sqq. tum in Metamorphos. Ovidii plura. Si quid mirum videri potest, sit fortasse hoc, quod nostris etiam temporibus Tassus Ariostusque cum Spencero eadem fabula feliciter usi sunt. — 34 — 38 Valde animo aestuans et anxius super profigii caussis, adoro Nymphas Hamadryades et Martem Indigetem, ut malum omen avertant. *visus* pro visum, h. e. ostentum, portentum, quod *secundum*, felix, esse, et *levari*, in bonum converti, vult. — Mox 38 *obluctor*, ἐγτιβαίνω, aut ἀντερείδω. — 41 — 43 *Iam* tandem *parce sepulto*: h. l. fortuita obruto terra, cf. ad v. 22. *parce scelerare*, h. e. noli, (ut sp. Horat. et al.) polluere scelere manus, *me*, *tibi non externum*, *Troia tulit*, protulit, genuit, h. e. Troianus sum; non de trunco sanguis manat, sed de meo corpore. — 45. 46 *Seges telorum increvit iaculis acutis*, h. e. tela, ut emissa erant in me, in hoc tumulo excreverunt in arbores, pro quibus dixit, *iacula*, quia inde iacula petuntur. Haud scio an *iaculis* sit casus tertius pro in iacula. (Igitur telis fuit confossus; conf. Auson. Epitaph. XIX; aliter atque apud Euripidem, qui eum ferro concisum dixit). — 47 *Pressus formidine*, puta positum pro vulgari *oppressus*. *H. pressus mente formidine* is dicitur, cuius animum formido et curae angunt, vexant. *W.*

49 conf. Eurip. Hecubam pr., quam sequitur Virgilius. Rex

Dardaniae, cingique urbem obsidione videret.
Ille, ut opes fractae Teucrum, et Fortuna recessit,
Res Agamemnonias victricisque arma secutus,
Fas omne abrumpit, Polydorum obtruncat, et auro
Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis,
Auri sacra fames! Postquam pavor ossa reliquit,
Delectos populi ad proceres, primumque parentem,
Monstra deum refero, et, quae sit sententia, posco.
Omnibus idem animus scelerata excedere terra,
Linqui pollutum hospitium, et dare classibus austros.
Ergo instauramus Polydoro funus, et ingens
Adgeritur tumulo tellus; stant Manibus arae,
Caeruleis maestae vittis atraque cupresso,
Et circum Iliades, crinem de more solutae.
Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis et sacri pateras; animamque sepulcro
Condimus, et magna supremum voce ciemus.

erat *Polymnestor*. — 54 Rem et censam Agamemnonis potiorem faciam, partes Agamemnonis. (Proprie *res Agamemnoniae* sunt opes Agamemnonis. *W.*) — 55 *Fas omne abrumpit*, rumpit, paullo audacius dictum videtur, divina humanaque iura infringit, violat. Mox *quid non — cogis* pro *ad quid*. Sed praepositio eleganter omittitur, ut τί pro πρὸς τί. (Sic IV, 412. *Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis!* Ad rationem Graecae constructionis ἀναγκάζειν τι a Latinis *cogere* cum accusativo pronominis compositum vides. Accedit analogiae praesidium. Tacitus Hist. II, 62. dixit: *Priores id perpulerant*, et Cic. in Cat. I, 5, 2. *quod te iamdudum hortor. W.*) 59. refero prodigium ad principes, et primo loco ad Anchisen, auspiciorum peritum. — *II.* 60 *idem an.*, pariter placuit. *W.* 61 *Dare classibus austros* non est hypallage, sed, ut vulgo *navis vento tradi* dicitur, sic exquisitiore ratione *navi ventus*, ut vela ventis pandantur. — 62 sqq. Locus de inferiis classicus. Nota rerum ac verborum proprietatem. *instauramus funus*, religiose vocabulo, pro facimus, *W.* Not. ad IV, 63. *tumulo*, ut tumulus, et quidem altus, fieret. Ante erat humus temere aggesta v. 22. — *stant Manibus arae*, doctius quam: ara statuitur. (Nisi duas exstructas esse pones, vid. 305., *arae* pro ara, ut II, 202., accipies. *W.*) *caeruleae* vittae sunt nigrae. *maestae vittis*, moestitiam declarantes, exquisite pro *ornatae*, *velatae*. — *cupressinis* frondibus coronatur h. l. ara. *atra cupressus*, non nativo colore, sed quia arbor funebris est, Diti sacra. (Hinc *funebris* illa dicta. *W.*) Matronae Troianae *Iliades*, solutis crinibus circumstantes tumulum, plangunt et lamentantur. conf. XI, 35. — *inferimus*, ἐπιφέρομεν χοάς. *cymbia lactis*, cf. Ecl. V, 67. *sanguinis*, victimae caesa, conf. inf. V, 77. sq. — *animamque seq. condimus*, Manes placamus, ut quieti suae reddantur; et 5. *voce ciemus*, h. e. vocamus, ut ἀμ. Homer. v. c. Odyss. t, 65. 66. inf. VI, 506. conf. ad Tibull. III, 2, 15. Ter acclamatum: Vale, Have.

Inde, ubi prima fides pelago, placataque venti
Dant maria, et lenis crepitans vocat auster in altum,
Deducunt socii navis, et litora complent.
Provehimur portu, terraeque urbesque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereïdum matri et Neptuno Aegaeo,
Quam pius Arcitenens, oras et litora circum
Errantem, Gyaro celsa Myconoque revinxit,
Immotamque coli dedit, et contemnere ventos.
Huc feror; haec fessos tuto placidissima portu
Accipit. Egressi veneramur Apollinis urbem.

69 — 72 Ornati versus. Cum primum ineunte vere mare navigari potest, iterum naves conscendimus. *venti dant mare placatum*, quatenus placidi sunt. (cf. not. ad Ecl. II, 26. *W.*) *auster* non proprie; nam ex Thracia evectis, is non potest esse secundus ventus (etiam ap. Homerum ἄνεμον Βορέην Ulyssi ex Thracia solventi mittit Iupiter Od. ε, 67), sed h. l. pro vento. — *lenis crepitans*, duplici epitheto: ut ἀκραὴ Ζέφυρον, κελάδοντ' ἐπὶ οἶνοπα πόντον, Od. β, 421. et sic in Epigr. πρηῢς ἐπιπνείων ἀμφιδονεῖ Ζέφυρος. Probabile tamen videtur, fuisse, *lene crepitans*. *H.* Equidem non assentior. Non sunt duo epitheta hoc loco uni vocabulo adiecta, sed cum Iortino (Tracts T. I. p. 470.) iunges *lenis auster vocat crepitans*, Ge. I, 449. *Tum multa in tectis crepitans salit horrida grando*. *W.* — *terrae recedunt*, cf. inf. 411. — 73 — 77 Delus olim mari vaga tandem inter Gyarum Myconumque, Cyclades, consedit, ἐστήρικται, fixa est, nihil amplius. *mari medio* seu quia Cycladum media habita dictaque Strabonі, Plinio et Solino; adde Callim. in D. 300. Steph. Byz. in Δῆλος ibique Intpp.: seu simpliciter, in alto; qui modus loquendi Homericus Odyss. δ, 844, ut mox de Creta v. 104. — *Nereïdum matri*, Doridi, et *Neptuno*, *Aegaeo* dicto, quod eius sedem in Aegaeo mari poëtarum narratio consecravit, ut vel ex Homero notum. (De compositione versus vid. not. ad Ecl. II, 26. *W.*) Iis *gratissima* Delus, quippe ex antiquissimorum poëtarum fide iis ab initio sacra; mox Latonae. *pius*, gratus ergo insulam, φίλην τιθήνην, in qua erat natus. Res vel ex Callimachi hymno in Delum nota. *Arcitenens*, vox iam Naevio aliisque poëtis ante Virgilium frequentata, v. loca ap. Macrob. VI, 5. — *oras et litora circum errantem* illustrant illa ap. Callimach. l. c. v. 41. sqq. Myconus *celsa*, ut omnis insula; mari enim eminet. *H.* Ex descriptione accurata 73 — 77 satis apparet, quae intelligenda sit insula, ita ut facile careas Burmanni coniectura, aliis probata, *gratissima Delus*, vid. Var. Lect. Heynii. Ceterum miram dicendi rationem: *revinxit Apollo Delum Gyaro Myconoque* pro mediam inter eas fixit, imitatus est hendecasyllaborum auctor, quem Petronium ferunt, apud Burm. Anth. Lat. T. I, p. 460. 61. sedes stirpis, a qua nova *Mox illam geminis deus catenis Hac alta Gyaro ligavit, illac Constanti Myconо dedit tenendam*. *W.* *veneramur urbem* dictum, ut *salutare*, pro adire, ut salutamus eos, quos adimus. —

Rex Anius, rex idem hominum Phoebique sacerdos,
Vittis et sacra redimitus tempora lauro
Occurrit; veterem Anchisen agnoscit amicum.
Iungimus hospitio dextras, et tecta subimus.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto:
Da propriam, Thymbraee, domum; da moenia fessis,
Et genus, et mansuram urbem. Serva altera Troiae
Pergama, reliquias Danaum atque immitis Achilli.
Quem sequimur? quove ire iubes? ubi ponere sedes?
Da, pater, augurium, atque animis illabere nostris.
Vix ea fatus eram, tremere omnia visa repente,
Liminaque, laurusque dei, totusque moveri
Mons circum, et mugire adytis cortina reclusis.

80 De *Anio* conf. saltem Ovid. Met. XIII, 640 sq. — 82 Ex antiqua fabula repetendum, cuius vestigia servavit Servius: *Ad Anium Anchises ante Troicum bellum consultum venerat, an Salamina peteret, comes Priamo; unde et agnoscitur*, sc. nunc ab Anio. Eadem sequitur Ovid. l. l. — 83 *Iungimus hospitio dextras*, hospitii pristini iure, propter hospitium, quod inter Anchisen et Anium fuerat.

84 — 89 Notabili cum brevitate significat poëta, Aeneam esse ingressum templum, adorasse deum et preces fecisse. Latius evolvere Virgilii narrationem videtur Ovid. Met. XIII, 635 — 637. 79. *venerabar*, adibam, *templa saxo structa vetusto*; quis dubitet esse *vetustum templum!* Argutatur tamen in hoc Macrob. III. Sat. 6 — *Da*, indica. *data fata*, sup. I, 382. (Sed vid. Not. ad VI, 66. *H.*) — *propriam*, perpetuam, stabilem, firmam, Servius exponit. conf. Not. ad Ecl. VII, 31. — *Thymbraeum* h. l. appellat, quia patrius erat deus; nulla alia quam poëtica ratione, etsi aliter Grammatici. *Thymbra* erat Troadis vicus cum Apollinis luco ac templo. Ge. IV, 323. v. Strab. XIII, p. 598 A. B. — Et *genus* inter cetera: *domum, moenia, urbem*, aliud esse nequit, quam locus generi futuro, posteritati originem ducat. Respondet igitur voci *domus*, quae sine tecta sede esse potest nulla. Eadem stirps cum sede habenda pro altera Troia. — *reliquias Danaum*, qui Achivorum vim effugerunt. cf. sup. I, 30. — 89 *Da pater augurium. Pater* h. l. Apollo, ut omnino maiores dii. *augurium*, pro oraculo, ut alibi. Oraculi autem, veterum more, suus locus erat in novis sedibus quaerendis. cf. quae de Batto tradita apud Herodotum, et Callim. hym. in Apoll. 65 sqq. — *animis illabere nostris.* Proprie Phoebus descendit in mentem vatis sui; insinuat se, vim suam, eius animo; h. l. etiam illis, quibus sorte data res obscuram explicat et illustrat, φράζει.

90 — 95 Solemne est poëtis numinis, sortem edituri, praesentiam ita declarare, ut totam rerum naturam numen sentire moverique fingant. Commune id ἐπιφανείας deorum in festis et sacris, quae in eorum honorem celebrabantur. Notum vel ex Callimachi H. in Apoll. pr. cf. Spanh. ad e. l. — *omnia* per singula reddantur: *liminaque laurusque.* — *Mons circum*, Cynthus. Nam templum sub monte situm. *cortina*, θόλος, operca-

Submissi petimus terram, et vox fertur ad auris:
Dardanidae duri, quae vos a stirpe parentum
Prima tulit tellus, eadem vos ubere laeto
Adcipiet reduces. Antiquam exquirite matrem.
Hic domus Aeneae cunctis dominabitur oris,
Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.
Haec Phoebus; mixtoque ingens exorta tumultu
Laetitia, et cuncti, quae sint ea moenia, quaerunt,
Quo Phoebus vocet errantis, iubeatque reverti.
Tum genitor, veterum volvens monumenta virorum,
Audite, o proceres, ait, et spes discite vestras:
Creta Iovis magni medio iacet insula ponto,
Mons Idaeus ubi et gentis cunabula nostrae;
Centum urbes habitant magnas, uberrima regna;
Maximus unde pater, si rite audita recordor,
Teucrus Rhoeteas primum est advectus ad oras,
Optavitque locum regno. Nondum Ilium et arces
Pergameae steterant; habitabant vallibus imis,

lum tripodis, *mugit*, vento subterraneo e specu, cui imposita erat, surgente; si quidem credere licet, ad Delphici tripodis instar haec fuisse adumbrata. cf. Spanhem. ad H. in D. v. 90. *adytis reclusis*, ipso templi penetrali per motum terrae patefacto. (cf. Not. ad VI, 81. *W.*) — *Submissi petimus terram*, exquisite, provolvimur; Lucretiano loquendi more. — 94 — 98 Oraculum, ambiguis obscurisque verbis magna cum arte conceptum, Italiam, unde Dardanus originem habere ferebatur, respicit. v. inf. 163 sqq. Unde nomen *Dardanidae* commode hoc loco usurpatum visum est Macrobio 1. in Somn. Scip. 7. — *duri*, tot labores experti, πολυτλήμονες. *uber* pro ubertate, ex οὖθαρ ἀρούρης, ut I, 531, h. l. pro ipso solo. Versus 97. 98 nobilissimi illi Homerici sunt Il. υ, 307. 308 *Νῦν δὲ δὴ Αἰνείαο βίη Τρώεσσιν ἀνάξει, καὶ παίδων παῖδες, τοί κεν μετόπισθε γένωνται*, quae sunt verba Neptuni. Pro *Τρώεσσιν* Maro exprimit lectum *πάντεσσιν* (vid. Procem. in Aen. p. 309. et 512. *W.*) Memorabile est, quod h. l. Servius habet: „*Orpheo* hunc Homeri versum alterum *esse sublatum*. *Item Orpheus de oraculo Apollinis Hyperborei* sc. sumsit. Probabile est, poëtam aliquem, fortasse Euphorionem in Chiliade, hanc sortem ab Orpheo repetiisse. — Ad Anchisen referri scientiam auguralem iam ad 679 vidimus. Is male quidem, satis tamen probabiliter sortem acceptam interpretatur. Nam Teucri origo ex Creta fuerat a nonnullis tradita. — *Volvens*, revolvens animo veteres historias. — 103 Comparant illud Odyss. β, 229 *Κέκλυτε δὴ νῦν μεν, Ἰθακήσιοι, ὅττι κεν εἴπω.* — 104 Expressus locus ex Od. τ, 172 sqq. *cunabula*, origines vulgo, quae communes fuere Cretae et Troiae. — 106 *Centum urbes*, ἑκατόμπολις Il. β, 649. Res nota. vid. Meurs. de Creta I. 5. — 108 Ad promontorium igitur Rhoeteum escendit Teucer, sive ex antiqua narratione, sive ut poëtice pro toto Troiano litore sit dictum. — 109. 110. Ex Il. υ,

Hinc mater cultrix Cybelae, Corybantiaque aera,
Idaeumque nemus; hinc fida silentia sacris,
Et iuncti currum dominae subiere leones.
Ergo agite, et, divom ducunt qua iussa, sequamur;
Placemus ventos, et Gnosia regna petamus.
Nec longo distant cursu; modo Iuppiter adsit,
Tertia lux classem Cretaeis sistet in oris.
Sic fatus, meritos aris mactavit honores,
Taurum Neptuno, taurum tibi, pulcer Apollo,
Nigram Hiemi pecudem, Zephyris felicibus albam.
Fama volat, pulsum regnis cessisse paternis
Idomenea ducem, desertaque litora Cretae;
Hoste vacare domos, sedesque adstare relictas.
Linquimus Ortygiae portus, pelagoque volamus,

216 — 218 Dardanus *Κεῖσσε δὲ Δαρδανίην· ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων· Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ναῖον πολυπιδάκος Ἴδης* (hoc est, *habitabant vallibus imis*, ad Idae radices). conf. Strabonem XIII, p. 592 (885) de illo loco Homerico disputantem. *optavit* cf. I, 425. — 111 — 113 Ex Creta traducta in Troadem sacra Cybeles; declarata ea per partes: *Mater* deum, quae *colit*, inhabitat, *montem* Phrygiae, *Cybelen* dictum, vel *Cybelon* vel *Cybelum*. fuit enim mons varie appellatus: *τὸ Κύβελον* vel *Κύβελλον*, *τὰ Κύβελα*, *ἡ Κυβέλλη* vel *Κυβέλη*. — *Corybantum saltationes*, cum *cymbalis*; *nemus montis Idae*, h. e. nomen Idae in Troade ductum a monte Cretae, in quo illa sacra habebantur, ipsa *mysteria* Idaea; haec sunt *fida silentia sacris*, in sacris, h. est sacrorum — et in iis *Cybeles leonibus vectae* repraesentatio. — 115 *Placemus ventos*, sacra diis maris praesidibus faciamus, conf. v. 119; et petamus Cretam. — 118 *Honores*, docte pro victimis, quae in deorum honorem mactantur. *aris*, ad aras. (Ge. II, 380. *caper omnibus aris cecidit* W.) — 119 Sunt dii, in quorum tutela Troia fuerat. cf. ad II, 201. — 120 *Tempestatibus* sacrum fieri *agna*, tamquam miseribus diis, videbimus V, 772; *nigra* autem, respectu procellarum exitium minantium. Sed et Neptuno *καμπύλανας ταύρους* mactant Pylii Od. γ, 6. De sacris Vento Ventisque factis loca congesta v. a Cerda et aliis; sufficit Herodot. VIII, 189. c. n. Valk. Verba versus 120 fere eadem, quae Iliad. γ, 103 et ν. 119 ex λ, 727.

121 — 123 Idomeneus, in Cretam redux factus (vid. Od. γ, 191. 192), a suis fuit exactus, tandemque, ut inf. v. 400 videbimus, in agro Sallentino extremae Italiae consedit. Res et caussa varie in *Νόστοις* tradita esse videtur; si quidem diversae narrationes sunt Servii ad h. l.: Strabonis X. p. 480: Schol. Odyss. ν, 259. cf. inf. XI, 264. Alios vide ap. Meurs. Creta III, 4. — *adstare* pleniore ore quam *esse*. Nec vero sine consilio et caussa haec de Idomeneo expulso interposita sunt; nam, si ille in insula fuisset, Troianis eam adire haud licuisset. — 124 *Ortygia* unum ex vetustis nominibus Deli. Caeterum discessum Aeneae ornatius exhibet Ov. Met. XIII, 679

tamque iugis Naxon, viridemque Donusam,
n, niveamque Paron, sparsasque per aequor
as, et crebris legimus freta concita terris.
us exoritur vario certamine clamor,
tur socii, Cretam proavosque petamus.
uitur surgens a puppi ventus euntis,
lem antiquis Curetum adlabimur oris.
vidus muros optatae molior urbis,
ieamque voco, et laetam cognomine gentem
amare focos, arcemque adtollere tectis.
fere sicco subductae litore puppes;

ii in ceteris Maronem los habuit, et totum Aesum ex eo mutuatus est. *Naxon*, insulam, in qua, requentari solita, Bacba *bacchari* solet, h. e. cchica celebrare, in *iu*lae; inde et ipse locus poëtis *bacchari*, *βακ*; passive, ut Ge. II, 487 *s bacchata Lacaenis* Imitatur Claudian. , lib. I. de R. Pros. 205. *s Ide Bacchatur*, et III, 20 *Dindyma sanamulum bacchata lacer*cta autem forma vocis e v. Longin. 15 §. 6. — insulam a colore mar*ridem* appellari, Servius et Petronii 133 *viridem* comparat Cerda. Malim lvosam vel herbosam in, qua specie praeternas illa occurrisse videtur. *m Paron* a candidis marquae passim in monis longe conspici possunt atuo; eademque de cau*des* omnino *n tentes* et Horatio III. Carm. 28, 14. 19. Adde in primis Perieg. 530. — 127 *Crea consita terris*, Sporapossunt; omnino tamen is Aegaei crebris insulis Sed *concita* — quae lorum plurimorum et opei atque Grammaticorum te firmata est — *freta* referendum ad angusta inter insulas (*crebras terras*) spatia, in quibus mare saevius assurgit. (Periculosa illa pars maris Aegaei navigantibus. vid. Val. Flacc. II, 622. *Parium infame fragosis vadis W.*) — 130 Est ventus secundus, *οὖρος φέρων*, *ἱμερος* Odyss. λ, 7. Il. α, 479. *surgens*, oriens, cf. 481. v. h. l. Serv. Mox *Curetum orae*, terra, Creta, quae origines et mythos suos repetebat a Curetibus, qui Iovis natalibus interfuerant; ut adeo Cretenses religiones haberent et sacra antiquissima. *antiquis oris*: ut solent poëtae loca antiqua fama celebrata appellare *antiqua*.— *adlabimur*, simpliciter, adnavigamus, accedimus.

132 — 134 Locum designat novae urbi, *Pergamo* dictae. *gentem*, socios a Troia profectos, *laetam cognomine*, nomine urbis a pristina sua patria petito, *hortor amare focos*, domicilium sibi parare et privata tecta; sed maior vis inest verbo *amare*, usurpato de iis, qui libenter incolunt, sedem ut perpetuam futuram. *arcemque attollere tectis*, acropolim condere, more antiquiorum urbium, ut Thebarum, Athenarum. Proprium *attolli* de aedificiis in altum eductis, cf. sup. II, 185.; attolluntur *tecta arcis*; denique *arx ipsa tectis*. — 135 — 137 *puppes*. Cum a parte aliqua declarandae essent naves, proprie *puppis* dicta, cum sub-

Connubiis arvisque novis operata iuventus;
Iura domosque dabam, subito quum tabida membris,
Conrupto coeli tractu, miserandaque venit,
Arboribusque satisque lues, et letifer annus.
Linquebant dulcis animas, aut aegra trahebant
Corpora; tum sterilis exurere Sirius agros;
Arebant herbae, et victum seges aegra negabat.
Rursus ad oraclum Ortygiae Phoebumque remenso
Hortatur pater ire mari, veniamque precari:
Quam fessis finem rebus ferat, unde laborum
Tentare auxilium iubeat, quo vertere cursus.
Nox erat, et terris animalia somnus habebat.
Effigies sacrae divom Phrygiique Penates,
Quos mecum a Troia mediisque ex ignibus urbis
Extuleram, visi ante oculos adstare iacentis
In somnis, multo manifesti lumine, qua se

ductarum *in siccum* navium prorae spectarent in altum. — *operari* est operam dare. — *iura domosque dabam*: domos, h. e. locum domiciliis statuendis, agrosque assignabam; et *dabam iura*, leges et instituta condebam, utpote in nova colonia. — 137 — 142 ornati versus, in primis v. 140. qui tamen ex Lucretio V, 987 et Ennio (v. Column. ad eius fragm. p. 53) est adumbratus. Porro totum locum ante oculos habuit Statius Theb. I, 632 sqq. *H. plasma* fuit illa pestilentia, utpote ab aëre corrupto (138) orta et propagata. W. *Venit*, quod fere de malis calamitatibusque ingruentibus ponitur (Aeschyl. Pers. 437 συμφορὰν στρατῷ ἐλθεῖν W.) *membris arboribusque satisque lues* (quod eleganter, ut mox *seges aegra*, ab aëris miasmate ad arbores segetesque, tetro solis aestu exustas, tractum) — *corrupto coeli tractu*, aëris plaga, regione, ut alibi, h. e. aëre, cuius corruptela, v. c. ex humido calore, lues oriri solet. Alia est Burmanni interpretatio, *tractum* ductum, haustum aëris esse. Laudat egregie ad rem Lucret. VI, 1126; Lucan. VII, 412. — *anima* dicitur *relinquere nos*, et nos *animam*; utrumque recte, sed exquisitius hoc, adeoque poëticae dictioni adcommodatius. Canicula autem et h. l. pro aestu coeli, qui cum eius ortu ingruit (cf. Serv. et v. sup. ad Ge. IV, 425), atque pro pestilentiae causa; quod passim apud veteres occurrit. cf. Apollon. II, 516. — 143 — 147 Agendi ratio est similis Iliad. α, 62 sq. — *veniam precari*, placare deum, conf. ad I, 519, ut ille vere edicat, quam *finem fessis rebus*, calamitatibus, (*fessae res* sunt proprie res afflictae. Plin. H. N. II, 7. *Vespasianus Augustus fessis rebus subveniens W.*) *ferat*, oraculo monstret, *unde liceat tentare auxilium laborum*, qua ex re petere remedium malorum, sciliet pestilentiae.

147 Novum visum Aeneae per quietem obiectum; quo edocetur, non Cretam, sed Italiam ipsi esse destinatam sedem. De Penatibus conf. sup. ad Aen. II, 293. Sunt illi *divi*, et quatenus eorum species est oblata, sunt *effigies sacrae divorum*, h. simulacra. *ante oculos iacentis* pro ante oculos meos. *In somnis*, per somnum, per quietem. (Et in pedestribus

Iena per insertas fundebat luna fenestras;
'um sic adfari, et curas his demere dictis:
Quod tibi delato Ortygiam dicturus Apollo est,
ic canit, et tua nos en ultro ad limina mittit.
os te, Dardania incensa, tuaque arma secuti,
os tumidum sub te permensi classibus aequor,
Iem venturos tollemus in astra nepotes,
mperiumque urbi dabimus. Tu moenia magnis
Iagna para, longumque fugae ne linque laborem.
Iutandae sedes. Non haec tibi litora suasit
elius, aut Cretae iussit considere, Apollo.
st locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt:
'erra antiqua, potens armis, atque ubere glebae;
enotri coluere viri; nunc fama, minores
aliam dixisse ducis de nomine gentem.
ae nobis propriae sedes; hinc Dardanus ortus,

riptoribus frequens est *videri somnis* de *somniantibus*, qui asi vigilantes aliquid vident. c. de Divinat. II, c. 70. *visus in somnis curru vehi.* Heyus in recentissimam editionem tulit *Insomnis*, ut Virgilius dit, vigilanti Aeneae species deom apparuisse; hoc postulare et *ates multo manifestos lumine* ae, quae se per fenestram imserit, et verba 173. *Nec so- illud erat.* Si hoc, mutabis t. Heynii ad. 172. *W.*) — *insertas fenestras* h. e. aperas, *insertas* parietibus; ut II, in foribus lato *dedit ore fenem.* Simili modo πύλαι, fores, ta, sunt intervalla inter duo stes, quibus valvae obducun- Nec de fenestris nostro re ac sensu est cogitandum. — 5 *tua ad limina.* Atqui serbantur iam in Aeneae domo? licet de ipso cubiculo *limina* ipienda. — 156 — 158 *Nos — em tollemus* etc. — *tua arma*, n proprie, sed imperium, dum; mox *sub te*, h. e. te duce. — *lemus in astra*, non ad Caesa- apotheosin, ut iam Servius, ox alii, sed ad summum potenae fastigium refero, quod fere m gloriae ac famae summo fastigio coniunctum esse solet, de quo proprie illa dicuntur, et adiungitur 159 *imperiumque urbi dabimus.* — *moenia* non male referas ad Lavinium, ab Aenea conditum. *Magna* enim sunt propter magnarum rerum seriem, ex huius urbis primordiis ortarum, cf. II, 294. *his* (Penatibus) *moenia quaere, Magna pererrato statues quae denique ponto.* Si tamen, quia *urbi*, quod modo antecedit, ad Romam spectat, etiam *moenia magna* de Roma sunt accipienda; nam, etsi haec Aeneas non condidit, potest tamen *parare* ea a poëta dici, quatenus ea omnia exsequitur, quae condendam urbem eventu antecedere fatale erat. *magnis*, h. e. nepotibus, ad tantam imperii opumque magnitudinem perventuris: — neve propter molestias detrecta navigationem ad ulteriora loca. — Mox v. 162 *Cretae considere* pro in Creta, docte. (Sed eam pedestres etiam scriptores frequentant constructionem, Liv. 31, 22. *Corcyrae classis subducta* est. Add. 31, 15. Tacit. Ann. I, 4. *W.*) — 163 — 166 Iidem versus intexti erant supra lib. I, 530 — 533. — 167 *Hae nobis propriae sedes.* Supra ad Apol-

Iasiusque pater, genus a quo principe nostrum.
Surge age, et haec laetus longaevo dicta parenti
Haud dubitanda refer: Corythum terrasque requirat
Ausonias. Dictaea negat tibi Iuppiter arva.
Talibus adtonitus visis ac voce deorum,
(Nec sopor illud erat, sed coram adgnoscere vultus,
Velatasque comas, praesentiaque ora videbar;
Tum gelidas toto manabat corpore sudor)
Conripio e stratis corpus, tendoque supinas
Ad coelum cum voce manus, et munera libo
Intemerata focis. Perfecto laetus honore
Anchisen facio certum, remque ordine pando.
Adgnovit prolem ambiguam geminosque parentis,
Seque novo veterum deceptum errore locorum.

linem v. 85 *Da propriam, Thymbraee, domum.* Dardani origo ex Italia secundum veterem mythum petita, et quidem ex Etruria a Corytho s. Cortona urbe. *Iasius pater*, si do Dardani patre accipias, habent verba *a quo* expeditam interpretationem. Sed magno cum consensu Italici et Graeci mythi Iasium Dardani fratrem tradidere, cum quo in Samothraciam abiit, ut adeo *pater* respectu posteritatis dictus sit. Iam cum proprie a Dardano ducti sint Troiani, tamen, ut poëta, quamquam minus accurate, rem cum utroque communicare poterat. Doctius autem erat pro *a quibus* dicere, modo minus usitato, *a quo;* ut saepe poëtae, Horatius perpetuo, duobus subiectis singulare verbum adiiciunt. *princeps* h. l. auctor stirpis vel generis. *Corythum* de ipso rege ac conditore Cortonae accipit Cluver. Ital. ant. p. 592. Ita conditor dictus pro urbe, et h. l. pro tota Italia, saltem pro Etruria et finitimo Latio, positum. inf. IX, 10 *extremus Corythi penetravit ad urbes.* Iam *Dictaea arva* v. IV. Georg. 152. — 172 — 189. Aeneas expergefactus visum religiose expiat, mox patri exponit, qui, ellati Cassandrae recordatus, parere viso iubet. Ita Creta discreditur. (Vide an σπορ, ὄναρ, sit somnium vanum. Ceterum post somnia visa precibus et muneribus deos placare solebant Graeci — cf. Soph. Electr. 634 sqq. Aeschyl. Pers. 215 — et Romani, vid. Tibull. 1, 5, 13 *W.*) — 175 *Velatae comae.* Erat igitur Penatium caput vitta redimitum. — 175 Ad Ennii ductum ap. Macrob. VI, 1. — 177 *munera intemerata*, vinum purum, (*munera intemerata* sunt integra et pura, sine vitio et labe. Recordaberis verborum *egregius, eximius, lectus* in sacris usurpatorum *W.*) rite libatum. Quod *munus*, idem *honos*. — 180. 181 Agnovit duplicem Troianorum ortum ac stirpem, alteram a Dardano, alteram ductam a Teucro: adeoque *ambigua proles* ipsi sunt Troiani, qui et Dardani et Teucri (hi sunt *gemini parentes*) genus erant. Agnovit porro Anchises in interpretando Apollinis Delii oraculo, cum *antiqua mater* et *prima tellus* esset exquirenda, se *deceptum* esse *novo errore veterum locorum*, h. e. errore circa interpretationem locorum veterum; quod duas terras, a quibus stirpis Troianae auctores olim originem traxisse ve-

m memorat: Nate, Iliacis exercite fatis,
a mihi talis casus Cassandra canebat.
nc repeto haec generi portendere debita nostro,
saepe Hesperiam, saepe Itala regna vocare.
l quis ad Hesperiae venturos litora Teucros
·deret? aut quem tum vates Cassandra moveret?
lamus Phoebo, et moniti meliora sequamur.
ait; et cuncti dicto paremus ovantes.
ıc quoque deserimus sedem, paucisque relictis
a damus, vastumque cava trabe currimus aequor.
'ostquam altum tenuere rates, nec iam amplius ullae
›arent terrae, coelum undique, et undique pontus;
n mihi caeruleus supra caput adstitit imber,
:tem hiememque ferens; et inhorruit unda tenebris.
tinuo venti volvunt mare, magnaque surgunt
uora; dispersi iactamur gurgite vasto.

'ama erat, nunc non distinct, sed, alterius adventus, ani scilicet, ex Italia immein altera terra, unde Teuenit, tantum haesisset. Igi*etera loca*, terrae vetere alifama celebratae, utpote eae, Troiani originem haberent; *vus error*, ornate, quatenus o seriore aevo erratum est haec loca interpretanda. Sapeditus videtur locus, vexa- Servio aliisque.. — 183 — cf. inf. X, 67. 68, Cassanvaticiniis nunquam creditis io utitur poëta. *tales casus*, nostri generis fortunam, ut Hesperiam, unde Dardanus is auctor fuit oriundus, not revertendum. — 184. 185 bene *repeto* memoria, eam *ndere*, praedicere, hoc esse *um*, fato, *generi* nostro, et m eam memorare Hesperi- novum regnum in Italia. — Comparant, sed duntaxat ad m, Iliad. α, 216. — 190 *is relictis*. recte. Nam fuit Cretae, Pergamum. — 191 ἔθεε κατὰ κῦμα aliquoties erus. v. ad Il. α, 483.
— 195 Versus paucis variati — 11. iterum leguntur. Non tam tautologia in his, sed copia poëtae et ornatus. Sane illa: *et inhorruit unda tenebris* de mari nigrescente, iam in illo: *Noctem ferens*, h. e. tenebris coelum obducens, continentur. Sed quis, nisi omni carminis suavitate sublata, poëtam rem sensibus feriendis idoneam primum simpliciter exponere, mox eandem ornatius, gravius, copiosius, declarare posse, neget? — *Inhorruit unda tenebris*. mare *horret*, exasperatur, fluctibus motis *nigricantibus*. (cf. Not. ad Ge. I, 314. *IV.*) Tempestatem autem ortam puta flectentibus Peloponnesi promontoria, quod Ulyssi accidisse fertur Odyss. ι, 80: nam ibi mare undosum, aestus et procella, ex Aegaeo Ionium mare petentibus etiam nunc sollicitudinem faciunt. — *caeruleus*, niger, *supra caput adstitit imber*, ex Hom. Odyss. μ, 405 sq.: item ξ, 301 sqq. explicandum, unde totus locus hic et inf. V, 8 sqq. expressus, Δὴ τότε κυανέην νεφέλην ἔστησε Κρονίων Νηὸς ὕπερ γλαφυρῆς. Etiam alias κατ' ἄκρης, *a vertice*, ἐνέπεσεν ἅλλα, vel τὸ κῦμα. v. sup. ad I, 114. Mox *magna aequora*, grande voc., h. e. magni

Involvere diem nimbi, et nox humida coelum
Abstulit; ingeminant abruptis nubibus ignes.
Excutimur cursu, et caecis erramus in undis.
Ipse diem noctemque negat discernere coelo,
Nec meminisse viae media Palinurus in unda.
Tris adeo incertos caeca caligine soles
Erramus pelago, totidem sine sidere noctes.
Quarto terra die primum se adtollere tandem
Visa, aperire procul montis, ac volvere fumum.
Vela cadunt; remis insurgimus; haud mora, nautae
Adnixi torquent spumas, et caerula verrunt.
Servatum ex undis Strophadum me litora primum
Adcipiunt. Strophades Graio stant nomine dictae
Insulae Ionio in magno, quas dira Celaeno,
Harpyiaeque colunt aliae, Phineïa postquam
Clausa domus, mensasque metu liquere priores.
Tristius haud illis monstrum, nec saevior ulla

fluctus; et *gurges* sup. I, 118. — 198 — 202 *Involvere diem nimbi*, procellae adspectum coeli lucemque ac solem eripiunt. *nox humida*, tenebrae ex pluvia; cf. sup. I, 88. 89. Fulmina ingeminant se *abruptis nubibus*, cf. sup. Ge. III, 259. Fulmine *nubes*, *coelum*, *rumpi*, *abrumpi*, *scindi*, *findi*, dicitur. Alias ipsum *fulmen rumpit*, sc. se, erumpit. Haec tenenda in poëtis. — *caecis in undis*, ignoto in mari, incerto. — *meminisse*, cursum navis noscere, ut antea solebat. (*nec meminisse* dicit, quasi praecedat *fatetur*. Sed si duo membra a verbo *negare* pendent, illud in altero *non negare* haud rarum. Terent. Phorm. II, 3, 5 – 7. *Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?* Neque *eius patrem se scire, qui fuerit? W*) — 203 *incertos dies*, per quos fit navigatio incerta, propter caliginem. Servius bene, obscuros, ut Aen. VI, 270 *incerta luna*. Ante oculos autem locus Odyss. ε, 388 sqq. cf. ι. 74. sqq. et multo magis Apollon. IV, 1694 sqq.

205 — 208 Pulchri versus ad veritatem sensus in prospectu te rae ex alto. Terra *aperit* mo tes, dum in conspectum illi v niunt. *volvere fumum*, cf. Ody κ, 99 et al. incensis passim ig bus in habitationibus agrest et pastorum. — *Vela cadunt*, d mittuntur, ut, quemadmodum in locis vadosis, remis ad terr agatur navis. *remis insurgim* dum elevatur corpus ad magn nisum, exquisitum, sed divers a locutione *incumbimus rem* conf. inf. 560. V, 189. — *sp mas*, *caerula*, pro mari. Adu brati versus ex Ennii Annal. XI vide Fragm. Enn. p. 103. 1 — 210 — 215 *Strophades* insul duae in mari Ionio, ex adve Peloponnesi ante Zacynthum tae; olim *Plotae* dictae. S propulsis ex Phinei domo ad usque insulas Harpyiis, Bor filii ὑπέστρεφον ἄψ ἐπὶ νη unde Στροφάδες dici coeperu vid. Apollon. II, 285 — 296 Apollod. I, 9, 21 ibique Ob p. 77. sqq. Mox in *magno* n argutandum. Dictum ut omni *mare magnum*, *terra magna*. 213 *clausa domus*, h. e. ex do Phinei expulsae a Zetho et Cal

estis et ira deum Stygiis sese extulit undis.
irginei volucrum voltus, foedissima ventris
roluvies, uncaeque manus, et pallida semper
ra fame.
uc ubi delati portus intravimus, ecce
aeta boum passim campis armenta videmus,
aprigenumque pecus, nullo custode, per herbas.
ruimus ferro, et divos ipsumque vocamus
partem praedamque Iovem. Tum litore curvo
struimusque toros, dapibusque epulamur opimis.
: subitae horrifico lapsu de montibus adsunt
rpyiae, et magnis quatiunt clangoribus alas,
ripiuntque dapes, contactuque omnia foedant
mundo; tum vox tetrum dira inter odorem.
rsum in secessu longo sub rupe cavata,
boribus clausi circum atque horrentibus umbris,
struimus mensas, arisque reponimus ignem.
rsum ex diverso coeli caecisque latebris
rba sonans praedam pedibus circumvolat uncis,
lluit ore dapes. Sociis tunc, arma capessant,
ico, et dira bellum cum gente gerendum:
ud secus ac iussi faciunt; tectosque per herbam
ponunt ensis, et scuta latentia condunt.

215 *ira deum* h. e. res, quae ira deum venit, a diis iratis inittitur. — 216—218 Occurrt similes Harpyiarum effigies anaglyphis et gemmis. *ventris luvies*, sic satis honeste pro dibus effusis. *uncae manus*, ues: *γαμψώνυχες* enim Harie. inf. 233 *pedibus uncis*. — sq. Habuit poëta ante ocuepisodium Odyss. *μ*, 262 ., de armentis in insula Solis; locus conferendus. — *laeta enta*, pinguia iam Serv. exuit; scilicet eadem adspectu *a*, *καλά*, ut *segea* et alia. — *rigenumque pecus*, ex Pacuvio Attio ductum, pro capris — *o custode*, scil. erant armenta secrata alicui numini, *ἀνειμένα*, *ἀφιερωμένα*, nunc Harrs: quapropter illae de iniuria a queruntur vs. 247. — 223 *partem vocamus* honestius m *participem facimus*. *In praedam vocamus*, partem carnium tostarum religiose apposituri. — 224 *toros*, ornat rem tenuem, cespitem. — 225 *Lapsu*, volatu, ut saepe, *adsunt*, advolant. Mox *vox dira*, stridor. — 231 *aris* simpl. focis; sed alterum vocabulum gravius. *H. arisque repon.* Verba proprie dicta puto. Nam cum ex Homeri carminibus, in dapibus apparandis diis debita in aris semper fere oblata esse, constet, Virgilio, ne rem sacram toties describeret, versu 224. oblationem portionis deorum omissam, et hoc loco paucis tantum memoratam esse, verisimile est. Praepositio igitur verbi *reponimus* ad id spectat, quod semel factum iam erat. H. Vossius ad Ge. IV, 378 *reponimus ignes* non recte explicuit. — *Polluit* plus quam *contingit*. — *H.* 236. variavit vulgare *iussa faciunt*. Similis ornatus infra 561. *Haud minus ac*

Ergo, ubi delapsae sonitum per curva dedere
Litora, dat signum specula Misenus ab alta
Aere cavo. Invadunt socii, et nova proelia tentant,
Obscenas pelagi ferro foedare volucres.
Sed neque vim plumis ullam, nec volnera tergo
Accipiunt, celerique fuga sub sidera lapsae
Semesam praedam et vestigia foeda relinquunt.
Una in praecelsa consedit rupe Celaeno,
Infelix vates, rumpitque hanc pectore vocem:
Bellum etiam pro caede boum stratisque iuvencis,
Laomedontiadae, bellumne inferre paratis,
Et patrio Harpyias insontis pellere regno?
Accipite ergo, animis atque haec mea figite dicta.
Quae Phoebo pater omnipotens, mihi Phoebus Apollo
Praedixit, vobis Furiarum ego maxima pando:
Italiam cursu petitis; ventisque vocatis
Ibitis Italiam, portusque intrare licebit;
Sed non ante datam cingetis moenibus urbem,

iussi faciunt W. 238—241 *sonitum*, clangorem alarum, vs. 226. *Misenus* tubicen classis. Inf. VI, 164. 265. *foedare*, ut foedent, caedant, vulnerent, *obscenas*, foedas visu olfactuque, *volucres pelagi*; ex alto enim advolant. Servius eo refert, quod Ponti et Terrae, seu, secundum alios, Neptuni proles habitae fuerint. Ponti dicendae erant neptes secundum Hesiodum. cf. Apollod. I, 2, 6.; et hoc sequi possumus, nec impedit, quod *Stygiis undis* v. 215 provenisse dixerat. Haec enim est poëtarum dicendi ratio, ubi de malae rei origine agitur. *II. Foedare* per appositionem adiectum substantivo *proelia*. Ge. IV, 554. *Hic vero subitum ac dictu mirabile* monstrum *Adspiciunt — toto* stridere *apes utero W.* — 245 Quem poëta in hoc secutus sit, ut unam Harpyiarum fatidicam induceret, non liquet. *infelix vates* simpl. dira, sinistra. Servius: nuntia infelicitatis, ut Il. α, 106 *Μάντι κακῶν*. — *rumpit vocem* sup. II, 129. — 247 Ingeniose ab armentis caesis petitur tum caussa, cur foedarint epulas, tamquam pro poena, tum praedictio famis futurae. — 250—252 *Ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ' ἐν φρεσὶ βάλλεο σῇσιν.* Iliad. α, 297, et alibi. Porro Apollinem, quae dicit, a Iove habere, res nota. Verba ex Aeschyli fabula, quae *Ἱκέται* inscripta, petita esse vult Macrob. V. Sat. ext. *Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός* et — *ταῦτα γὰρ πατὴρ Ζεὺς ἐκάθισε Λοξίᾳ θεσπίσματα.* Il. verba *Πατρὸς — Διός* alibi apud Aeschylum exstare notavit Macrobius. Versus autem in Eumenidibus 19. ita legitur: *Διὸς προφήτης δ' ἐστὶ Λοξίας πατρός*; *W. Furiarum ego maxima*, scilicet confusae passim fuere Harpyiae cum Furiis. Inter has autem alia est natu maior et minor. v. c. Euripid. Iphig. in T. 970. — 253—257 *ventis vocatis* doctius quam ventum secundum nacti. Scilicet *vocant* ventum nautae, dum velis excipiunt; ut apparet, v. c. inf. V, 211: VIII, 707. 708. (*venti vocati* videntur esse venti precibus et sacris *vocati*, h. e. secundi, cf. 120. *W.*) — *datam*, fatis concessam, ut bene Serv., vel prae-

Quam vos dira fames nostraeque iniuria caedis
Ambesas subigat malis absumere mensas.
Dixit; et in silvam pennis ablata refugit.
At sociis subita gelidus formidine sanguis
Deriguit; cecidere animi, nec iam amplius armis,
Sed votis precibusque iubent exposcere pacem,
Sive deae, seu sint dirae obscenaeque volucres.
Et pater Anchises passis de litore palmis
Numina magna vocat, meritosque indicit honores.
Di, prohibete minas; di, talem avertite casum,
Et placidi servate pios. Tum litore funem
Deripere, excussosque iubet laxare rudentis.
Tendunt vela Noti; ferimur spumantibus undis,
Qua cursum ventusque gubernatorque vocabant.
Iam medio adparet fluctu nemorosa Zacynthos,
Dulichiumque, Sameque, et Neritos ardua saxis:
Effugimus scopulos Ithacae, Laertia regna,

dictam. Aen. I, 382 *data fata secutus.* — 255 Sedes certas non habebitis, antequam mensas comoderitis. Eventum res habebit VII, 116 — *nostrae iniuria caedis* dictum cum vi; assumenda enim animo ultio et poena huic iniuriae debita. — 260. 261 *Exposcere pacem*, veniam commissorum, placare eas. Inversa est oratio; principio poëtae animo insidebant haec verba: *nec iam armis, sed votis precibusque agere;* alterum hoc sic extulit: *sed votis precibusque dearum pacem exposcere*, h. propitiam earum voluntatem. — 263 — 267 *Honores*, ut modo v. 178: nunc ut diis supplicet et vota faciat. *H.* Ad vota facta retulit Heynius; cui rei haud scio an usus verbi *indicit* obstet. *Indicit honorem* est sacra fieri iubet Anchises ad deos placandos, ut mala denuntiata avertant. Aen. I, 632. *divom templis indicit honorem* Dido. *W.* — *minas*, malum sinistro vaticinio denuntiatum. — *et placidi servate pios;* ornata oratio pro tenui *servate nos.* — solvere *funem*, τὰ πρυμνήσια, vel τὰ πείσματα, ut in Orphic. 621. 622: at *rudentes excussi*, evoluti, antennarum sunt, ad vela pandenda. Non sine iudicio Anchisae auctoritate hic 263 — 67, et infr. 472, et alibi res parari facit poëta. — 268 *Tendunt vela Noti.* Ἔπρησεν δ' ἄνεμος μέσον ἱστίον Odyss. β, 427 et al. *ferimur - - vocabant.* Conf. Odyss. λ, 10. — 270 — 273 Δουλίχιόν τε Σάμη τε καὶ ὑλήεσσα Ζάκυνθος, Odyss. ι, 24. ἐν ὑλήεντι Ζακύνθῳ occurrit et alibi. At Σάμη lectum fuit etiam a Virgilio, contra atque Apollodorus volebat apud Strab. X, p. 453 D. Sane communius nomen *Samos* etiam ap. Homerum, quae deinceps Cephallenia. *Dulichium* est prope Cephalleniam, unde etiam nunc *parva Cephallenia*, vel *Teaki*, appellatur. cf. *Wheeler* p. 35 sqq. *Neritos* Virgilio videri potuit diversa ab Ithaca insula, ut Melae II, 7; potest tamen etiam Neritos, quo nomine Ithacae mons est appellatus, ad designandam Ithacam positus esse, quae mox diserte ipsa memoratur. — *scopulos Ithacae* Iliad. γ, 200. 201 Λαερτιάδης πολύμητις Ὀδυσσεύς, Ὃς τράφη ἐν δήμῳ Ἰθάκης, κραναῆς περ ἐούσης. Ex eodem loco fluxisse videntur

Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui, miroque incensum pectus amore
Conpellare virum, et casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classis et litora linquens;
Sollemnis quum forte dapes et tristia dona,
Ante urbem in luco, falsi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache, Manisque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, caussam lacrimis, sacraverat aras.
Ut me conspexit venientem, et Troïa circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monstris,
Deriguit visu in medio; calor ossa reliquit;
Labitur, et longo vix tandem tempore fatur:
Verane te facies, verus mihi nuntius adfers,
Nate dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit, lacrimasque effudit, et omnem

quod sequitur, de Andromache equidem inter felicissima et pulcherrima referendum esse arbitror, cum ad affectum, tum ad ornatum. Tragicum spiritum facile agnoscas. Converte narrationem in drama: finge Andromachen inferias ferentem te videre; finge loquentem audire. Si perveneris ad illa: *aut si lux alma recessit, Hector ubi est?* palpitare pectus in sinu senties. *patrio marito* eiusdem originis, sc. Troianae. Erat Helenus Hectoris frater. In verbo *cessisse* argutantur interpretes post Serv. Nil aliud est, quam in matrimonio haberi, vel relictam esse, venisse in potestatem alterius viri. Mox 298 *amorem* apud poëtas esse cupiditatem et studium memineris. — 301—305 Ornati versus. *Andromache inferias ferebat Manibus Hectoris. dona*, h. l. in re sacra de libatione. — *Simois* erat simulatus. conf. inf. 349 sq. et 336, ut solebant coloniarum conditores patriorum locorum ac fluminum nomina transferre ad novas sedes. — Hectori *tumulum viridi cespite inanem*, h. e. cenotaphium exstruxerat. — *geminas aras*, sive ut Ecl. V, 66 *Ecce duas tibi, Daphni*, sive unam marito, alteram filio, Astyanacti. Utramque caussam iam Serv. attulit. Probe posteriorem, quia: *caussam lacrimis*, adiectum. (In novissima editione Heynius 300 puncto post *linquens* distinxit, et 301 *tum* pro *quum* recepit, ut gravior oratio et minus impedita fieret. Repugnat et codicis Medicei aliorumque auctoritas, et quod Virgilius per coniunctionem *quum* ita sententias connectere amat. *W.*) — 306 — 309 *Troïa arma*, viros Troianos. — *monstris*, adspectu, qui ipsi monstri et prodigii instar erat. — 309 *Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε* — *Ὀψὲ δὲ δὴ μιν ἔπεσσιν ἀμειβομένη προσέειπεν.* Odyss. δ. 701. — 310—313 Tune vere ades ipse? *afferne te* (cf. inf. 346) *mihi*, ut sis *vera facies* viri, cuius speciem habes, *verus nuntius* tui? ut vere ille sis, quem vultus nuntiat? — *aut si lux alma*, vita, *recessit*, et haec umbra Aeneae est, quae mihi apparet: *Hector ubi est*, qui et ipse inter umbras versatur. *dixit, lacrimasque effudit* sq. Ex hoc Andromaches *πάθει*, piissimae in maritum feminae, quis non magnum poëtam agnoscat? —

Exercent patrias oleo labente palaestras
Nudati socii. Iuvat evasisse tot urbis
Argolicas, mediosque fugam tenuisse per hostis.
Interea magnum sol circumvolvitur annum,
Et glacialis hiems aquilonibus asperat undas.
Aere cavo clipeum, magni gestamen Abantis,
Postibus adversis figo, et rem carmine signo:
Aeneas haec de Danais victoribus arma.
Linquere tum portus iubeo, et considere transtris.
Certatim socii feriunt mare, et aequora verrunt.
Protenus aërias Phaeacum abscondimus arces,
Litoraque Epiri legimus, portuque subimus
Chaonio, et celsam Buthroti adcedimus urbem.
Hic incredibilis rerum fama occupat auris,
Priamiden Helenum Graias regnare per urbis,
Coniugio Aeacidae Pyrrhi sceptrisque potitam;

tit. — 281—283 *exercent palaestras*, pro ludis gymnicis. *Oleo labente*, exquisite, quod dilabitur, diffluit, corpori illitum. (*evasisse urbes* cf. not. ad II, 731. *W.*) *fugam tenuisse*, ut inf. 686 *cursum tenere*. Bene Serv. *feliciter navigasse*. — 284 *Sol circumvolvitur annum*, peracto annuo solis cursu. *magnum annum*, simpl. ad ornatum, quoniam multos dies intra se continet, ut iam alias notatum; conf. sup. I, 269. *asperat*, exasperat, ἀγριοῖ, procellarum ira. Exierat annus a Troia capta quartus. — 286—288 Clipeos votivos, cum titulo inscripto, inter donaria suspensos esse notum. Abantem ducem Achaeorum, fortasse ex Abantibus Euboeae, ab Aenea caesum et spoliatum credere licet. *adversis*, ornat; in templi aditu. *carmen*, de uno versu, tenere te non debet. *haec arma*, hunc clipeum, consecravit: *Αἰνείας ἀπὸ τῶν Δαναῶν* ut in simili re saepe: v. c. apud Pausan. lib. I, 13. p. 34. — 289—293 *portus*, portum Actiacum, v. ad v. 274. 275. *considere transtris*. Saepe Homer. ἐπὶ κληῖσι κάθιζον. Mox *feriunt mare*, ut toties τύπτειν ἅλα. — 291 *abscondimus*, praetervehimur Corcyram et a tergo relinquimus, eodem modo, ut sup. v. 275 *aperitur*. cf. inf. ad 411. *aërias Phaeacum arces*, montes Corcyrae, ὄρεα σκιόεντα Γαίης Φαιήκων Odyss. ε, 279. *portu Chaonio*; est portus Pelodes ad Buthrotum Epiri, Chaonibus quondam habitatae. *H. portu subimus* pro vulgari: portum subimus. Constructio non magis vexabit grammaticos, quam IV, 373. *eiectum litore* aut supr. 135. *sicco subductae litore puppes*. Sunt qui malint *portu* pro *portui* accipere. *W.*

294—505 Heleni et Andromaches occursus in Epiro. Audito, Helenum has terras tenere, ad eum visendum pergit Aeneas; incidit in Andromachen inferias ferentem Hectori suo; comperit ex ea fortunae casus, quos illa subierat; et ab Heleno vate navigationis suae ordinem usque ad novas in Italia obtinendas sedes edocetur. — Coniuge et regno Pyrrhi esse potitum Helenum, Pyrrhi, qui Troiam everterat, Helenum, Troianum et Priami filium, mirae rerum vices! Episodium,

Et patrio Andromachen iterum cessisse marito.
Obstupui, miroque incensum pectus amore
Conpellare virum, et casus cognoscere tantos.
Progredior portu, classis et litora linquens;
Sollemnïis quum forte dapes et tristia dona,
Ante urbem in luco, falsi Simoentis ad undam,
Libabat cineri Andromache, Manisque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, caussam lacrimis, sacraverat aras.
Ut me conspexit venientem, et Troïa circum
Arma amens vidit, magnis exterrita monstris,
Deriguit visu in medio; calor ossa reliquit;
Labitur, et longo vix tandem tempore fatur:
Verane te facies, verus mihi nuntius adfers,
Nate dea? vivisne? aut, si lux alma recessit,
Hector ubi est? dixit, lacrimasque effudit, et omnem

quod sequitur, de Andromache equidem inter felicissima et pulcherrima referendum esse arbitror, cum ad affectum, tum ad ornatum. Tragicum spiritum facile agnoscas. Converte narrationem in drama: finge Andromachen inferias ferentem te videre; finge loquentem audire. Si perveneris ad illa: *aut si lux alma recessit, Hector ubi est?* palpitare pectus in sinu senties. *patrio marito* eiusdem originis, sc. Troianae. Erat Helenus Hectoris frater. In verbo *cessisse* argutantur interpretes post Serv. Nil aliud est, quam in matrimonio haberi, vel relictam esse, venisse in potestatem alterius viri. Mox 298 *amorem* apud poëtas esse cupiditatem et studium memineris. — 301—305 Ornati versus. *Andromache inferias ferebat Manibus Hectoris. dona*, h. l. in re sacra de libatione. — *Simois* erat simulatus. conf. inf. 349 sq. et 336, ut solebant coloniarum conditores patriorum locorum ac fluminum nomina transferre ad novas sedes. — Hectori *tumulum viridi cespite inanem*, h. e. cenotaphium exstruxerat. — *geminas aras*, sive ut Ecl. V, 66 *Ecce duas tibi, Daphni*, sive unam marito, alteram filio, Astyanacti. Utramque caussam iam Serv. attulit. Probe posteriorem, quia: *caussam lacrimis*, adiectum. (In novissima editione Heynius 300 puncto post *linquens* distinxit, et 301 *tum* pro *quum* recepit, ut gravior oratio et minus impedita fieret. Repugnat et codicis Medicei aliorumque auctoritas, et quod Virgilius per coniunctionem *quum* ita sententias connectere amat. *W.*) — 306 — 309 *Troïa arma*, viros Troianos. — *monstris*, adspectu, qui ipsi monstri et prodigii instar erat. — 309 Δὴν δὲ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε — Οὐδὲ δὲ δὴ μιν ἔτεσσιν ἀμειβομένη προσέειπεν. Odyss. δ. 704. — 310 — 313 Tune vere ades ipse? *afferne te* (cf. inf. 346) *mihi*, ut sis *vera facies* viri, cuius speciem habes, *verus nuntius* tui? ut vere ille sis, quem vultus nuntiat? — *aut si lux alma*, vita, *recessit*, et haec umbra Aeneae est, quae mihi apparet: *Hector ubi est*, qui et ipse inter umbras versatur. *dixit, lacrimasque effudit* sq. Ex hoc Andromaches πάθει, piissimae in maritum feminae, quis non magnum poëtam agnoscat? —

a fundebat lacrimans, longosque ciebat
ssum fletus; quum sese a moenibus heros
nides multis Helenus comitantibus adfert,
noscitque suos, laetusque ad limina ducit,
nultum lacrimas verba inter singula fundit.
cedo, et parvam Troiam, simulataque magnis
ɜama, et arentem Xanthi cognomine rivum
nosco, Scaeaeque amplector limina portae.
non et Teucri socia simul urbe fruuntur;
porticibus rex adcipiebat in amplis.
ai in medio libabant pocula Bacchi,
ɔsitis auro dapibus, paterasque tenebant.
ımque dies, alterque dies processit; et aurae
ı vocant, tumidoque inflatur carbasus austro.
vatem adgredior dictis, ac talia quaeso:
iugena, interpres divom, qui numina Phoebi,
tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis,

s: *Quidam* avunculus *humi- in heroico carmine dictum ɔiunt.* — 345 — 348 *a mae- ɔ*, via ex urbe, — *se affert*, ap. v. 310: inf. VIII, 477, *:rre se*, *inferre se*, *efferre se*, *re se.* — *suos*, populares. — e Serv. addit: *Et bene ver- Heleno post Andromacham dedit, ne frigeret; sicut in V Acestae* (v. 41). — 349. Conf. sup. v. 302. Troiam am adstare putares; *simulata ıis*, assimulata. conf. inf. IV, — *amplector*, ut exosculari ıt postes in patriam reduces. 54. 355 Nec moratur in con- descriptione poëta, nec e intactum dimittit, sed ob- intexit pauca, quae ad con- magnificentiam declarandam re possint: et quidem reli- am rem, libationem, et vaso- *πολυτέλειαν.* Ultima tamen *rasque tenebant* vereor ne ɜant, etiamsi ad sacrum fa- a referas. (conf. Not. ad IV, *W.*) Porticus autem puta m circumdedisse, et ipsam ıum in aulae interiore parte. 56 Vides orationis iuncturam ɔdestri recedentem: iam ali- quot dies processerant, cum ventus secundus spirare coepit; ante discessum tamen Helenum consulere decrevi de instanti profectione. *aurae Vela vocant*, invitat ventus secundus, ut vela expandantur. Male hypallagen advocant. Cf. sup. 61, inf. 454. 455 — *tumidoque inflatur carbasus austro*, Il. α, 481 *Ἐν δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον*: et similiter aliis locis. — 359 — 561 Helenus *οἰωνοσκόλων ὄχ' ἄριστος* iam Homer. Il. ξ, 76. — *qui sentis*, intelligis, ad plura h. l. refertur, de quibus singulis diverso modo dicitur. Aliter sentit aliquis deum, aliter sidera et avium cantus. *sentit vates Phoebum*, cum deum pectore recipit, seu, dei afflatu tactus divinoque furore plenus, futura praedicit et oracula edit; hoc poëta exornavit: *qui numina Phoebi*, *Qui tripodas* (tripodi insidens Delphis Pythia vaticinabatur), *Clarii laurus*, templum Clarium, quatenus, ut fere omnia antiquissima fana, religionis et caloris causa, sacro luco inclusum erat templum Apollinis Clarii apud Colophonem. v. Strab. XIV, p.

Ast illum, ereptae magno inflammatus amore
Coniugis, et scelerum Furiis agitatus, Orestes
Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.
Morte Neoptolemi regnorum reddita cessit
Pars Heleno, qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Troiano a Chaone dixit,
Pergamaque Iliacamque iugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quae fata dedere?
Aut quisnam ignarum nostris deus adpulit oris?
Quid puer Ascanius? Superatne et vescitur aura?
Quem tibi iam Troia * * * *
Ecqua tamen puero est amissae cura parentis;
Ecquid in antiquam virtutem animosque virilis
Et pater Aeneas et avunculus excitat Hector?

ction*e que*. Vide an difficultatem tollere malis iugendo: *qui secutus* (est) *Hermionen*, et (*que*) *transmisit* ut particula *que* tertio vocabulo annexa sit. Secundo verbo vides illam adiunctam apud Tibullum I, 10, 51. *Rusticus e lucoque vehit*. Add. infr. 380. *Helenum farique vetat Saturnia Iuno*. — *transmisit*, tradidit. *H*.) — 330 Pyrrhum autem, s. Neoptolemum, Orestes, cui Hermione illa, Helenae filia, *Ledaeque* adeo neptis, iam olim promissa erat, interemit. *patrias ad aras* seu Phthiae, cum Pyrrhus rem sacram faceret, seu Delphis, ante aram patri Achilli heroi exstructam. cf. Pindar. N. 7, 53 sqq. — 333 — 336 *pars reddita* simpl. data, v. Serv. — In v. 334. 335 Poëta inservit argumento, ut Troianorum nomen per totum terrarum orbem clarum ac celebre habeatur, dum hanc fabulam de Chaonum nomine amplectitur. Chaones enim longe ante Chaonem Troianum et Helenum fuerunt, ex antiquissima scilicet Pelasgorum stirpe. — 336 *addidit*, imposuit monti arcem Pergami nomine, tamquam in novo Ilio — 337 — 343 Haec affectus muliebris plena et Andromaches ingenio consentanea! De Ascanio sollicita est, ex tacita Astyanactis sui memoria. cf. inf. v. 489 sq. — *superatne et vescitur aura* ex antiquo sermone. conf. sup. I, 546. — 340 Verba aliena a versificatore margini illita. Nec mihi magis genuinus is, qui sequitur, versus esse videtur. Nam interrogationem de desiderio amissae matris Creüsae, per se sane non malam (cf. Eurip. Hecub. 992 εἰ τῆς τεκούσης τῆσδε μέμνηταί τι μου, adde Electr. 355), tamen hic fortasse abesse malis; vix enim Andromache Creüsae fatum rescivisse aut poterat, aut post illa v. 310 sq.: — 337 sq. debebat. Si tamen versus a poëta profectus est, ponit ille, Creüsae fatum Andromachae iam aliunde innotuisse; et recte oratio ab interrogatione de pietate in matris memoriam procedit ad alteram de exemplo patris et avi, quam illud ad pueri animum vim habeat! — 342. 343 generosi versus, ex communi illa sententia, ut, qui magni viri filium se esse meminerit, plus ad virtutem incitamenti habeat. *in*, h. e. ad, *antiquam virtutem*, int. maiorum. — *avunculus Hector*, latius dictum pro consanguineo, conf inf. XII, 439. Nam Ilus et Assaracus, a quibus proavis Hector et Aeneas genus ducebant, erant Troïs filii. Notatu dignum, quod hic in Ser-

Talia fundebat lacrimans, longosque ciebat
Incassum fletus; quum sese a moenibus heros
Priamides multis Helenus comitantibus adfert,
Agnoscitque suos, laetusque ad limina ducit,
Et multum lacrimas verba inter singula fundit.
Procedo, et parvam Troiam, simulataque magnis
Pergama, et arentem Xanthi cognomine rivum
Agnosco, Scaeaeque amplector limina portae.
Nec non et Teucri socia simul urbe fruuntur;
Illos porticibus rex adcipiebat in amplis.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi,
Impositis auro dapibus, paterasque tenebant.
Iamque dies, alterque dies processit; et aurae
Vela vocant, tumidoque inflatur carbasus austro.
His vatem adgredior dictis, ac talia quaeso:
Troiugena, interpres divom, qui numina Phoebi,
Qui tripodas, Clarii laurus, qui sidera sentis,

vianis: *Quidam* avunculus *humiliter in heroico carmine dictum accipiunt.* — 345 — 348 *a moenibus*, via ex urbe, — *se affert*, v. sup. v. 310: inf. VIII, 477, ut *ferre se*, *inferre se*, *efferre se*, *offerre se*. — *suos*, populares. — Recte Serv. addit: *Et bene verba Heleno post Andromacham non dedit, ne frigeret; sicut in libro V Acestae* (v. 41). — 349. 351 Conf. sup. v. 302. Troiam alteram adstare putares; *simulata magnis*, assimulata. conf. inf. IV, 512. — *amplector*, ut exosculari solent postes in patriam reduces. — 354. 355 Nec moratur in convivii descriptione poëta, nec plane intactum dimittit, sed obiter intexit pauca, quae ad convivii magnificentiam declarandam valere possint: et quidem religiosam rem, libationem, et vasorum *πολυτέλειαν*. Ultima tamen *paterasque tenebant* vereor ne frigeant, etiamsi ad sacrum factum referas. (conf. Not. ad IV, 257. *W.*) Porticus autem puta aulam circumdedisse, et ipsam domum in aulae interiore parte.

356 Vides orationis iuncturam a pedestri recedentem: iam aliquot dies processerant, cum ventus secundus spirare coepit; ante discessum tamen Helenum consulere decrevi de instanti profectione. *aurae Vela vocant*, invitat ventus secundus, ut vela expandantur. Male hypallagen advocant. Cf. sup. 61, inf. 454. 455 — *tumidoque inflatur carbasus austro*, Il. α, 481 Ἔμπνευσε δ' ἄνεμος πρῆσεν μέσον ἱστίον: et similiter aliis locis. — 359 — 361 Helenus *οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος* iam Homer. Il. ξ, 76. — *qui sentis*, intelligis, ad plura h. l. refertur, de quibus singulis diverso modo dicitur. Aliter sentit aliquis deum, aliter sidera et avium cantus. *sentit vates Phoebum*, cum deum pectore recipit, seu, dei afflatu tactus divinoque furore plenus, futura praedicit et oracula edit; hoc poëta exornavit: *qui numina Phoebi*, *Qui tripodas* (tripodi insidens Delphis Pythia vaticinabatur), *Clarii laurus*, templum Clarium, quatenus, ut fere omnia antiquissima fana, religionis et caloris caussa, sacro luco inclusum erat templum Apollinis Clarii apud Colophonem. v. Strab. XIV, p.

Et volucrum linguas, et praepetis omina pennae,
Fare age (namque omnem cursum mihi prospera dixit
Religio, et cuncti suaserunt numine divi
Italiam petere, et terras tentare repostas;
Sola novum dictuque nefas Harpyia Celaeno
Prodigium canit, et tristis denuntiat iras,
Obscenamque famem) quae prima pericula vito?
Quiqve sequens tantos possim superare labores?
Hic Helenus, caesis primum de more iuvencis,
Exorat pacem divom, vittasque resolvit

412), h. e. qui vim divinam animo capis, quam Delphis Pythia, et apud Claron sacerdos, mente recipere solet. — *sentis sidera*, nosti quae ex iis ad futura praevidenda intelligi possint. *H. Numen Phoebi sentit* vates, cuius menti fatidicos furores immittit Apollo, ut illa, afflatu divino concitata, facultatem habeat futura perspiciendi et augurandi. Divinam hanc vim praecipue animo recipiebat vates, qui in luco Apollinis Clarii in specum degressus erat (Tacit. Annal. II, 54.), vel quae in tripode consederat Pythia. Hinc tripodi tribui potest vis illa fatidica, et luco Clarii Apollinis. Unde Virgilius composuit *numen Phoebi, tripoda, laurus Clarii sentire. Sidera* autem *sentit* is, qui intelligit, quid ea portendant. Verbis *sidera sentis* seriora tempora mihi inferri videntur. Nam ad astrologiam, quae Homero incognita fuit, spectant, ad quam etiam referenda sunt, quae infra leguntur de Asyla vate X, 175. *coeli cui sidera parent.* Ad διοσημεῖα, ut *sidera* coelum et aërem significent, haec referenda esse opinatur Heynius — *laurus* pro *lauros*, ut Heynius voluit, dedi e Mediceo *W.*). Reliqua ad augurii cum ex oscinibus tum ex praepetibus, h. e. ex avium cantu ac volatu, spectant. cf. inf. X, 175—77. — 362 — 364 *namque omnem cursum mihi prospera dixit Religio*: etiam hoc per hypallagen explicare volunt, pro omnis religio prosperum dixit cursum. Perperam. *Religio* proprie de ritibus religiosis et sacris, mox de iis omnibus dicta, quae cum sacris fiunt, parantur, obtinentur; hinc etiam de extispiciis, oraculis omnique vaticiniorum genere; h. l. de oraculo et omnino de vaticinio. *prosperum* vaticinium est, quod prospera nuntiat. Totum, qui superest, cursum, quo ille instituendus sit (hoc v. 363. 364 ulterius declarat), iam satis definiverunt praedictiones, quas adhuc accepi, laetae illae et secundae. — *numine*, etiam hoc pro effato divino et sorte. — *repostas* exquisitius quam remotas, et *tentare* quam petere. — 365 — 367 *dictu nefas*, abominandum. — *Prodigium*, eventum rerum prodigii similem, — *iras*, h. e. calamitatem, malum, ex *ira* Harpyiae, boum caede et Troianorum armis laesae, et poenas denuntiantis. cf. sup. 234 sqq.: 245 sq. *obscenam famem*; quatenus ad ultima redacti etiam ea comedunt, quae nauseam faciunt. Sic *obscenus cibus*, et *obscena pastu avis*, ungue, ap. Plin. X, 29 s. 44. Hoc Serv. volebat: *quae homines etiam ad obscena compellit. H. Fare — quae vito — quidve possim.* Diversi modi poëtam decent. Propert. II, 30, 27 sqq. *Illic aspicies — sorores canere, ut Semela* est *combustus* (Iupiter). *Denique, ut ad Troiae tecta volarit avis. W.*) — 369 — 373 *pacem,*

Sacrati capitis, meque ad tua limina, Phoebe,
Ipse manu multo suspensum numine ducit;
Atque haec deinde canit divino ex ore sacerdos:
Nate dea, (nam te maioribus ire per altum
Auspiciis manifesta fides; sic fata deum rex
Sortitur, volvitque vices; is vertitur ordo)
Pauca tibi e multis, quo tutior hospita lustres
Aequora, et Ausonio possis considere portu,
Expediam dictis; prohibent nam cetera Parcae
Scire, Helenum farique vetat Saturnia Iuno.

benevolentiam dei, ut iam supra 44. 261. vidimus, cum oraculum expetiturus est. Sacrificandum et vatum habitus *vitta* vel *infula; solvitur* h. l. illa religioso more, animi respectu, quem im ab omni cura rerum mortalium vacuum deo soli vacare significabant, quo fere Serviana spectant. — *ad limina, Phoebe.* irat igitur templum Apollinis in ova urbe Troia ad exemplum 'ergamei fani. — *Suspensum* h. l. iodo minus vulgari pro perturatum, percussum, dictum puto; leoque *multo suspensum numie*, turbatum horrore ex praeentia dei. cf. inf. VI, 45. 54. *umen*, maiestas, vis manifesta ei, quae horrorem ac reverenam facit. Sic, *multum inesse, lesse, numen*, alibi dicitur; vietur enim numen implere lom, in quo horror sentitur. Hoc mplicissimum.

374—376 Circes apud Homeum μ, 37 sqq., fortasse etiam hinei apud Apollon. II, 311 sqq. templo Helenum hic facta ac sus navigationis Aeneae praecere facit. Ipsi autem casus nninoque Aeneae errores ad lyssis errores compositi sunt. iest tamen, me iudice, in his aior suavitas ipsa rerum novitate probabilitate; nam Homericis mporibus nondum illa maria raecis multum erant frequentata; qua in re victus Virgilius ornatu et doctrina caussae suae consulere necesse habuit. *maioribus auspiciis*, quam vulgo hominibus contingere solent; haec sunt magna, h. e. magnarum rerum, adeoque magna fata; quod Livius pr. *ad maiorum rerum initia durentibus fatis.* Argutatur Servius. Melius idem *sortitur*, disponit, ordinat, *volvit vices*, moderatur vicissitudines rerum, *is ordo* fatorum *vertitur*, ita succedunt sibi fata. — 377—380 Conf. Apollon. II, 311 sqq. et Hom. II, I, 418 ibiq. not. *tutior*, tutius, minore cum periculo, si rescivit, quae evitanda essent. *hospita aequora*; epitheton ornans, quatenus tuto navigantur. Nam, si usum loquendi huius vocis recte teneo, significantur maria navigantibus amica, quae navigantes tutos ac salvos transmittant. — *prohibent* te *scire* etc. Nam, ut Lucan. V, 176 *Nec tantum prodere* vati, *Quantum scire, licet.* Vid. h. l. Servium, qui bene addit: *prohibet autem scire mortem patris — tempestatem ab Aeolo immissam: amorem Didonis* (qui sane vix commode memorari poterat). — *Novimus autem Iunonem hoc agere, ut, si posset fieri,* regnum Italiae Libycas averteret oras. *Inopinatum vero dolorem etiam Aeneas conqueritur,* ut inf. v. 712 *nec vates Helenus — Hos mihi praedixit luctus.*

Principio Italiam, quam tu iam rere propinquam,
Vicinosque, ignare, paras invadere portus,
Longa procul longis via dividit invia terris.
Ante et Trinacria lentandus remus in unda,
Et salis Ausonii lustrandum navibus aequor,
Infernique lacus, Aeaeaeque insula Circae,
Quam tuta possis urbem conponere terra.
Signa tibi dicam: tu condita mente teneto:
Quum tibi sollicito secreti ad fluminis undam
Litoreis ingens inventa sub ilicibus sus,
Triginta capitum fetus enixa, iacebit,
Alba, solo recubans, albi circum ubera nati;
Is locus urbis erit, requies ea certa laborum.
Neo tu mensarum morsus horresce futuros;
Fata viam invenient, aderitque vocatus Apollo.
Has autem terras Italique hanc litoris oram,

381 — 383 Poterat Aeneas statim in orientali Italiae extremae litore considere, ex adverso Epiri. At totum illud litus a Graecorum coloniis tenebatur. cf. inf. 398 sqq. — *longa via dividit Italiam*, h. e. Italiae illa pars, quae Aeneae petenda est, divisa, remota est, *longis terris*, sc. longo illo tractu inferioris Italiae; *invia* vel difficulter emetienda; vel, quod praestat, plano non pervia, sc. Aeneae, terrestri itinere, si eam partem adiisset, quae Epiro opposita est, quod fata vetabant. (Vide an *via longis terris* sit via per *terras longas*, ut 507. *cursus brevissimus undis* est cursus per undas *W.*) — 384 — 387 Ornate. Mare Siculum et Tyrrhenum est peragrandum. *lentandus remus*, movendus, agendus, sed exquisitius; curvatur enim et flectitur remus vi undarum et nisu remigis. Sic Apollon. II, 591 ἐπεγνάμπτοντο δὲ κῶπαι, — Ἧΰτε καμπύλα τόξα, βιαζομένων ἠρώων, in traiectu Symplegadum. Quoniam enim, quae *lenta* sunt, facile flecti possunt, hinc *lentus* pro flexilis, et *lentare* flectere. A Virgilio Statius et alii petierunt; Virgilius ab antiquioribus, ut Serv. docet. — *inferni lacus*. Avernus inf. lib. VI, *Circes insula* VII, 10 sqq. *Aeaea*, Colchica, ab Aea, Colchidis urbe, vel ex Apollonio Rhodio nota. — *urbem componere* nove dictum pro ponere, condere, ut *templum componere* Ovid. I, Fast. 708. — 388 Ut apud Homer. Σῆμα δέ τοι ἐρέω et illud: σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι σύνθεο, vel βάλλεο σῇσι. — 389 — 393 Conf. inf. VIII, 42 sqq.: 81 sqq. *Cum* — *iacebit* pro pedestri: is locus, in quo iacebit, erit novae urbi destinatus. Usus et hic poëta est oraculo natum sua non adeo commendabili, celeberrimo tamen inter populares suos. Res ipsa in monumentis antiquis, gemmis, numis exhibita, ut exempla singula laudare velle ineptum sit. — *secreti fluminis*, h. e. in parte secreta, ab hominum frequentia remota, fluminis Tiberis inf. VIII, 82 *per silvam — viridi in litore*. — Ceterum observandum, qua verborum dignitate ignobile argumentum poëta ornaverit. — 394 Harpyiae praedictionem respicit sup. 255. 395 *viam*, rationem et exitum oraculi ipsae res dabunt, et propitius erit Apollo, oraculi auctor.

Proxima quae nostri perfunditur aequoris aestu,
Effuge; cuncta malis habitantur moenia Graiis.
Hic et Narycii posuerunt moenia Locri,
Et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus; hic illa ducis Meliboei
Parva Philoctetae subnixa Petelia muro.
Quin, ubi transmissae steterint trans aequora classes,
Et, positis aris, iam vota in litore solves,
Purpureo velare comas adopertus amictu,
Ne qua inter sanctos ignis in honore deorum
Hostilis facies occurrat, et omina turbet.

– 397 Quae alluitur mari Ionio. – 399 *Locri Epizephyrii*, in Bruttiis, ad litus Italiae extremae exterius, Locrorum Opuntiorum colonia, quorum erat urbs Naryx et Narycium, ex adverso Euboeae insulae. Locros Ozolas urbis conditores fuisse contendit Strabo VI, p. 259 B. Sed communior opinio altera illa. v. Cluver. Ital. p. 1301 sq. Sequitur vero poëta eam narrationem, qua ex Locris, Aiacis Oilei sociis, fuisse crediti sunt, qui, dispersa ad Caphareum promontorium classe, in Bruttios essent delati. cf. Serv. Aliter Lycophr. 1141. 1148, ubi conf. Schol. H. Add. Geogr. I, 438. ubi in notis velim emendandos: Locrorum Opuntiorum (pro Epicnemidiorum) urbs. *W.*) — 400. 401 *Sallentinorum*, qui ex antiquis Messapiis fuerunt, tractus erat in peninsula Calabria. Inselerant eum mox Cretensium coloniae; conf. Strabo VI, p. 281 B; atque has ad *Idomeneum* Troia reducem, sed patria ejectum (conf. sup. 121), nonnulli referunt. cf. Varr. lib. III. Rer. Hum. apud Valer. Prob. ad Ecl. VI, 31. *Lyctus* aliquando inter insigniora Cretae fuit oppida. Plin. IV, 12. — 401. 402 *Petilia* vel Petelia in Bruttiis supra Crotonem a *Philoctete*, Herculis comite, condita (hoc enim est *subnixa muro*), postquam, Troia redux, urbe patria, *Meliboea*, Thessaliae, per seditionem fugerat. cf. Strabo VI, p. 254 A.; ex quo loco apparet, Lucanorum deinde primariam urbem eam fuisse. *Philoctetes dux Meliboeus* pro Meliboeensis. — 403 — 409 Exspectandum erat, ut in hanc Italiae oram appellerent Troiani, et ex voto sacrum facerent. Hoc igitur certo ritu, *velato capite*, qui Romanorum mos erat, (reliquae Italiae non fuisse hinc fortasse coniicias) facere praecipit Helenus. Religionis sanctitatem cum iudicio et hic intexit carmini Virgilius; mira enim talis loci suavitas fuisse videtur, si quis Romanorum in religiosi ritus originem incideret. Illustrationem loci pete ex vers. 543. 545. Subest tamen et hic antiqua fabula de Diomedis vel Ulyssis in his locis occursu, quam Serv. ad h. l. attingit, et olim variis modis tractasse videntur poëtae et pedestres scriptores. vid. Plutarch. Qu. Rom. 11. 12. T. II, Opp. p. 266 C, et Auctor de Orig. gent. Rom. c. 12. — 404 *in litore*: ad Castrum Minervae, supra promontorium Iapygium, v. inf. 531; quo cum appulissent Troiani, primo in Italiam escensu facto, vota solvunt diis sacrum facientes 543 sq. — *velare* scil. memento, ut Graeci, pro vela; vel imperandi modo: *velare* tu, vela te, ut 545 *velamur*. — 407 *omina turbet*, capta ante rem sacram.

Hunc socii morem sacrorum, hunc ipse teneto;
Hac casti maneant in religione nepotes.
Ast, ubi digressum Siculae te admoverit orae
Ventus, et angusti rarescent claustra Pelori,
Laeva tibi tellus, et longo laeva petantur
Aequora circuitu; dextrum fuge litus et undas.
Haec loca, vi quondam et vasta convolsa ruina,
(Tantum aevi longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, quum protenus utraque tellus
Una foret, venit medio vi pontus, et undis
Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque et urbis
Litore diductas angusto interluit aestu.
Dextrum Scylla latus, laevum inplacata Charybdis

Turbari malis ominibus sacrificii religionem, et, ut id caveatur, adoperto capite esse sacrificantes, nota res. — 409 *hac in religione*, in observatione huius religiosi ritus, et *caste*, ἁγνῶς, rite. (*casti* pro pii in deos, ut apud Horat. C. Saec. 42. *castus Aeneas*. Illam vero laudem iure optimo sibi antiqui vindicare poterant Romani. *W.*) — 410 — 413 Flectendum in aditu freti Siculi et ad mare exterius avertendum cursum, et, quo tutior ille sit, Siciliam totam obeundam, monet. Fretum appellat ex more *claustrum*. Proprie ea, quae *densa* sunt, transitum occludunt; hinc *densa* poëtis, quae clausa plane, ut Gr. πυκινόν; v. c. πυκινὸν πῶμα. Od. κ, 283 πυκινοὺς κευθμῶνας de bene occlusa hara; ea vero, quae laxantur, aperiuntur, *rarescere* dixit poëta. Iam Servius bene: *quia venientibus de Ionio* (*mari*) *propter curvaturam litorum* clausae *videntur angustiae, quae paullatim propinquantibus* aperiri *videntur*. Bene comparantur ad haec illustranda Lucret. IV, 397 sqq. et Iustin. IV, 1. sub fin. Poëticae orationis indoles ad sensus omnia revocat. Simili modo *coire, coniungi*, et contra *discedere, seiungi* et *disiungi* dicuntur loca, quae ingressum habent. Ita et *aperiuntur* ea, quae e longinquo in conspectum veniunt, ut supr. 275 *aperitur Apollo* et infr. 531 *portusque patescit iam propior*. — Alio sensu apud Lucan. III, 7. de discedente: *et dubios cernit rarescere montes*, ubi idem est, quod evanescere vel e conspectu abire. *Crescere, attolli, attollere se, surgere* dicuntur ea, quae alta sunt, iis qui accedunt (inf. 552), at *decrescere, recedere*, (sup. 72) *abscondi* (vs. 291) discedentibus; *mergi* ap. Valer. Fl. II, 6. 7. add. ibid. 430. 1. 442. 3. — 413 *dextrum litus* Italiae. Servius: — *nam de Ionio navigantes, si fretum petant, dextrum teneant litus necesse est. Pelorum angustum* docte dixit pro freto ipso promontorium illud alluente. — 414 — 419. De Italia ac Sicilia motu terrae diremtis vide loca ap. Cluver. Sicilia I, 1. — *ruina*, motu terrae. — *protenus*, continue, ut iam Serv. διηνεκῶς, cum esset una continens. — *venit* pontus in medium cum vi. Valer. Fl. I, 589 *cum flens Siculos Oenotria fines Perderet, et mediis intrarent montibus undae*. — *litore*, mari disiunctas; *aestu angusto*, pro freto, quoniam in iis angustiis mare aestuat. (*angusto aestu* proprie accipio: aqua in angustiis freti aestuante. *W.*) — 420 — 423 Ex Homero adumbrata esse

Obsidet, atque imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, et sidera verberat unda.
At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris,
Ora exsertantem, et navis in saxa trahentem.
Prima hominis facies, et pulcro pectore virgo
Pube tenus; postrema inmani corpore pistrix,
Delphinum caudas utero conmissa luporum.
Praestat Trinacrii metas lustrare Pachyni
Cessantem, longos et circumflectere cursus,
Quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam, et caeruleis canibus resonantia saxa.

nemo dubitat, Odyss. μ, 73 sqq.: 234 sqq. Variorum loca vides ap. Cluver. Sicil. I, 5. Idem cum aliis docuit, *Charybdin* nihil aliud esse, quam impetuosiorem undarum fluxum a septentrione in austrum, ortis vehementioribus flatibus ab austro, qui illum repellant; *Scyllam* autem scopulum, humanae fortasse olim formae, ad litus Italiae, versus Scyllaeum oppidum. Canum latratum assimulant fluctus scopulo illisi; et lupos belluasque ex ea nasci narrare potuit antiquitas, quoniam loca plena sunt monstris marinis. cf. Serv. ad 410. — *Dextrum freti Siculi.* — *implacata* pro implacabilis, ut solent scriptores, saeva. — *sorbet*, ἀναῤῥοιβδεῖ, *in abruptum*, profundum, praeceps. cf. sup. I, 105—108. — *erigit*, ἀνίησιν, emittit, sed cum vi. v. Odyss. μ, 105, ubi τρὶς ἐπ' ἤματι id fieri ait, quod omisit altero loco 239 sq., ut adeo nec in Virgilio omissum mireris, dum *ter* deinceps id fieri dixit. (Altero loco 235—240 *ter* illud fieri, repetere non potuit Homerus. Nam Ulysses, in vorticoso conflictatus freto, non totum ibi consumsit diem, ut *ter* id fieri animadvertere potuerit. Mirum etiam Virgilio placuisse Charybdin primum *obsorbentem* facere aquas, tum *revomentem*. *W.*) — 424—428 Conf. Odyss. ibid. 93. 94. 99. 100. Prominere ait Scyllam spelunca superiore corporis parte, et naves ad se attrahere. — *Prima*, superiore corporis parte — *postrema*, inferiore — *pistrix* omnino pro bellua marina, *commissa caudas delphinum utero luporum*, h. e. habens coniunctas delphinum caudas cum lupinis corporibus, in quae virgineum *pectus*, corpus, desinit. Dicendum, virgineo corpori subiunctos fuisse lupos marinos ita, ut protomae eorum inter binas caudas delphinum prominerent. Canes autem marinae videntur intelligendae, cf. Odyss. μ, 96. 97. Variis modis ab Homero inde Scyllae facies exhibita, varie etiam in monumentis veterum; sed talia huc non congerenda. Sufficit intelligere, qua specie Virgilius exhibuerit. Esse eam ait superne puellari corpore, desinente in belluam marinam, cum luporum marinorum protomis, sed caudatis delphini more. Cf. Excurs. IV, ad Ecl. VI, 75. Ceterum ad Virgilii de Scylla versus Miltonum suos *de Peccato* (*of the Sin*, Ἄτην dixeris) formasse, iam alii monuerunt. — 429—432 Variavit Homerica l. c. v. 109. 110. circumnavigare *metas Pachyni* docte, h. e. promontorium Siciliae australe. — *cessantem*, morantem, ut Serv., plus temporis in navigatione consumentem — *vidisse*, modus loquendi ab Homero ductus l. c. v. 87. 88 et saepe. *Canes* sunt,

Praeterea, si qua est Heleno prudentia, vati
Si qua fides, animum si veris inplet Apollo,
Unum illud tibi, nate dea, praeque omnibus unum
Praedicam, et repetens iterumque iterumque monebo:
Iunonis magnae primum prece numen adora:
Iunoni cane vota libens, dominamque potentem
Supplicibus supera donis. Sic denique victor
Trinacria finis Italos mittere relicta.
Huc ubi delatus Cumaeam adcesseris urbem,
Divinosque lacus et Averna sonantia silvis,
Insanam vatem adspicies, quae rupe sub ima
Fata canit, foliisque notas et nomina mandat.
Quaecumque in foliis descripsit carmina virgo,

qui paullo ante *lupi* vs. 428. — 433 sqq. Nunc Iunonem primo loco esse placandam praecipit. cf. 546. 547. Tale praeceptum Phineus Iasoni dat apud Apoll. Rhod. II, 423. Magno cum apparatu monitum hoc a vate et inferri et enuntiari observa. — *canere vota*, facile apparet, esse facere vota, preces. Dixisse videtur poëta ad eam rationem, qua vota formula sollemni, *carmine*, suscipiuntur. *libens* est in formulis sacris προθύμως, adeoque nec parce, nec supine. — *dominam*, δέσποιναν, ἄνασσαν. — *supera*, expugna sacris, hinc *victor*. Sagacitatem autem poëtae observa eximiam in hoc, quod Iunonis placandae tanta cura Aeneae inculcatur. Nam recepta ea est inter tutelares ac patrios Romae deos cum Iove et Minerva, et eximio honore culta. cf. XII, 840. — 440 *fines Italos mittere*, dimitteris, discedes, Italiam adibis. Est Graecum πέμπεσθαι, *navigare*. Vides in his poëtae artem. Praestruit enim et praeparat sibi descensum partim ad tempestatem lib. I., Iunonis fraude excitatam, partim ad Didus amores, quibus Iuno impeditum Aeneam retinere in Libya volebat, et ad incendium classis: lib. V, 604. — 441 sq. Conf. inf. VI. pr. — *divinos lacus*, Avernum, ut statim addit: *Averna*. Est Graece ἡ Ἄορνος λίμνη; unde *Avernus lacus*, et *Avernus* (scil. locus), ap. Lucretium *Averna loca*. Iam ea h. l. sunt *sonantia*; possis accipere, ut rivos, flumina sonantia. *in silvis*, inter silvas, strepentia motu, allisa saxis. At h. l. de lacu, non de flumine agitur. Itaque accipiendum, sonantia silvae strepitu, qua ille lacus erat inclusus; nam inf. VI, 238 — *lacu nigri nemorumque tenebris*: cf. not. ad VI, 704.; adeoque est, quod in vulgari dicitur oratione: *Avernum inter silvas sonantes*; translato strepitu silvarum ad lacum, quem eae circumdant. *divinos* autem *lacus* vel omnino sacros, consecratos, cum Servio accipies, vel ad vicinam Sibyllam divinam vatem referes, — mox 445 *insanam*, ἐνθουσιάζουσαν, ἔνθεον, quod semper substituendum, ut semel moneamus, ubi de furore, insania vatum agitur. — *rupe sub ima*, in antro, mox 450 *cave saxo*. — *notas*, literas, et *nomina*, verba, adeoque quod in vulgari sermone: *verba scribit*. cf. Ge. III, 158. Refert autem fabula ultimam antiquitatem, cum foliis arborum pro charta utebantur homines. Tunc etiam antra erant pro domibus. — 445 — 452 *carmina*, non versus, sed vaticinia. *digerit in numerum*, ordinat, di-

Digerit in numerum, atque antro seclusa relinquit.
Illa manent inmota locis, neque ab ordine cedunt.
Verum eadem, verso tenuis quum cardine ventus
Inpulit, et teneras turbavit ianua frondis,
Numqnam deinde cavo volitantia prendere saxo,
Nec revocare situs, aut iungere carmina curat.
Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllae.
Hic tibi ne qua morae fuerint dispendia tanti,
Quamvis increpitent socii, et vi cursus in altum
Vela vocet, possisque sinus inplere secundos,
Quin adeas vatem, precibusque oracula poscas.
Ipsa canat, vocemque volens atque ora resolvat.
Illa tibi Italiae populos, venturaque bella,
Et, quo quemque modo fugiasque ferasque laborem,
Expediet, cursusque dabit venerata secundos.
Haec sunt, quae nostra liceat te voce moneri.
Vade age, et ingentem factis fer ad aethera Troiam.
Quae postquam vates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro gravia sectoque elephanto
Imperat ad navis ferri, stipatque carinis

ponit in ordinem, ut patet v. 447, — atque antro includit. — *ventus tenuis;* ornat epitheton, a natura venti sumtum. (*impulit*, carmina. *W.*) — *ianua* mota, motaque cum ipsa aura, dum Sibylla in antrum redit. — *situs*, positus et ordines foliorum, reponere ea in sua loca. — *inconsulti* h. l. quibus consultum, responsum non est, sine responso. Fabulae igitur ea subest ratio, quod Sibylla scripto, non ore, edidit vaticinia, quodque illa plerumque erant obscura, turbata et vix mente assequenda. — 453 Color orationis illustrari potest comparato Callim. in Del. 318 *Οὐχ οὕτω* etc. *morae dispendia*, proprie temporis, quod in moram consumitur. *Vocant aurae vela* supra v. 356, cum ventus secundus spirat. Quoniam talis ventus cursum facit, et ad navigationem instituendam vocat, ipse *cursus* (secundus) vela vocat *vi*, valde, ex *βίη*, *βίηφι*, h. e. *σὺν βίᾳ*, *βιαίως*, vehementer. — *sinus secundos* velorum docte dixit vento secundo inflatos. — *ipsa*, ne foliis vaticinia mandet. — 458 — 460 v. inf. VI, 83 sqq. Non tamen satis diserte ibi videri possunt exposita haec: *Et quo quemque modo fugiasque ferasque laborem* — mox *venerata*, poëtarum more ex antiquo sermone, passive, invocata ac rogata, ut cursum secundum *det*, monstret, doceat, quomodo ille obtineri possit.

463 — 471 Munera hospiti ab hospite data ex Homero animo tene; cf. Od. *α*, 311. sqq. in primis *ν*, pr. *auro gravia*, significatur pondus ac perinde pretium: *secto elephanto*, *πριστοῦ ἐλέφαντος* Od. *σ*, 196: *τ*, 564, h. e. ebore in lamellas secto, omnino elaborato, polito, *gravia*, nunc simpliciter multo ebore instructa, ornata: — *stipat* plus, quam in navim imponit, ut inf. 485 *onerat* (Constructio est qualis Aen. I. 195. *vina onerare cadis*).

Ingens argentum, Dodonaeosque lebetas,
Loricam consertam hamis auroque trilicem,
Et conum insignis galeae cristasque comantis,
Arma Neoptolemi. Sunt et sua dona parenti.
Addit equos, additque duces; 470
Remigium supplet, socios simul instruit armis.
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua ferenti.
Quem Phoebi interpres multo compellat honore:
Coniugio, Anchisa, Veneris dignate superbo, 475
Cura deum, bis Pergameis erepte ruinis,
Ecce tibi Ausoniae tellus; hanc adripe velis.
Et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est.

Tum ornatum verborum et munerum commendationem observa. — *ingens argentum* pro vulgari *ingens argenti pondus*, aut, ut sequentia declarant, *vasa ingenti argenti pondere*. *H. ing. arg.* est ingens copia argenti, vasorum argenteorum, ut I, 640 *Ingens argentum mensis*. Sic *familia magna* est numerus magnus servorum; et *pecunia magna* magna vis pecuniae apud Tacit. Hist. I, 66. *W.* — *lebetes Dodonaeos*, h. e. quales sunt in templo Iovis Dodonaei. Epitheton ornans. Hoc, puto, simplicissimum. — Porro 467 *Loricam consertam hamis auroque*, h. e. catenulis se invicem mordentibus, ἀλυσιδωτὸν; *trilicem*, h. e. iisdem hamis triplicatis et quidem aureis. Ductum a textura, cum trinis filorum ordinibus textum fit, τρίμιτον. cf. inf. V, 259: VII, 639. Add. XII, 375 *bilicem loricam*. 468 ornate galeam designat a partibus, quae in primis eam commendant. (*conum galeae* stipare navibus eodem fere modo dicitur, quo Aen. II, 392. *clipeique insigne decorum induitur*, nisi quod ibi suavior est periphrasis, quam in verbis *conus galeae W.*) — *parenti*, Anchisae — *duces*, magistros equorum, agasones, conf. inf. X, 574. *socii* declarant *remigium*. Hic vero heroici aevi immemor fuit Maro, in quo remigant ipsi heroes, non servi, ut serioribus aetatibus. Unde autem in Troianorum, qui decesserant, locum alios Aeneas in Epiro deligere potuerit, haud facile dixeris. Dici potest *remigium* positum esse pro remis, ut VIII, 80, et Ge. I, 202.

472. 473 Anchisae auctoritate etiam hic res geritur. cf. ad v. 266. 267. *velis* sexto casu accipias, ut sit naves instruere, adornare, velis vento excipiendo expansis. Sic *biremes remigio aptare*, inf. VIII, 80. Vulgare est *aptare* vela, remigium, arma, naves, h. e. apta reddere, instruere. Sequitur autem in hoc historiae fidem. Nam ex Epiro Troianos colonos viam Aeneae ad Italiam monstrasse, antiqua ferebatur narratio, v. Dionys. I, 51 (p. 41). (*ventus ferens* est, qui impellit et provehit, ἄνεμος φορός, de qua compositione etiam pedestribus scriptoribus usurpata vid. interpretes ad Plin. Paneg. c. 31. *W.*) — 474 — 481 *honore*, verbis honorificis, alibi *honor verborum*. — *Coniugio*, honesto voc. utitur. — *bis*, semel excisa ab Hercule Troia, propter Laomedontis perfidiam. — *arripe velis*, versus hanc ab Epiri litore dirige naves, cf. inf. 532, ut tamen nunc quidem tantum litora

Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo.
Vade, ait, o felix nati pietate. Quid ultra
Provehor, et fando surgentis demoror austros?
Nec minus Andromache, digressu moesta supremo,
Fert picturatas auri subtemine vestis
Et Phrygiam Ascanio chlamydem; nec cedit honori;
Textilibusque onerat donis, ac talia fatur:
Adcipe et haec, manuum tibi quae monumenta mearum
Sint, puer, et longum Andromachae testentur amorem,
Coniugis Hectoreae. Cape dona extrema tuorum,
O mihi sola mei super Astyanactis imago.
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;
Et nunc aequali tecum pubesceret aevo.
Hos ego digrediens lacrimis adfabar obortis:
Vivite felices, quibus est fortuna peracta

legas — *quam pandit*, oraculo designat — *provehor*, sermone progredior — *demoror austros*, h. e. vos demoror, quo minus iis utamini.

482 — 485 Poterat haec supra subiicere v. 471. Enimvero mira cum arte utitur Andromaches affectu. cf. sup. ad 337. — *digressu supremo*, exquisite; proprie supremum, ultimum, erat digressus momentum. — *picturatas auri subtemine vestes* stragulas utrum de textili an de acu picto opere accipias, dubitare possis. Nam utroque modo *picta vestis* dicitur; interdum adeo pro distincta coloribus et variegata. Si de opere textili accipis: *subtemen aureum* proprie est dictum; et *Phrygia chlamys* acu picta, *vestes* autem sunt stragulae. Sin *pictas acu* accipere malis *vestes*, Phrygio opere, erit in illis *Phrygia chlamys*, subtemen autem tum simpliciter pro filo ponitur; et *textilia dona* (ex Homerico ἑσθῆτά θ' ὑφαντήν) mox ab his diversa sunt. — *nec cedit honori*, si verum et a Marone profectum est, aut cum Servio explicandum: *tanta dat munera, quanta merebatur Ascanius: hoc enim est* honori non cedere, *parem esse meritis accipientis*; aut *non cedit honori* seu munerum seu verborum, quo usus erat Helenus erga Anchisen, ut Andromache Ascanium non minus muneribus hospitalibus impertiat. — 486 — 491 Reminiscitur et hic mater dulcissimi pueri, crudeli caede sibi erepti. Hoc loco expressum vides suavissimum affectum sententiarum etiam verborum dilectu, in primis adiuncta declarantium, et multo dulciorem, si parentis sensum habeas. — *manuum monumenta mearum*, cum dignitate, pro manuum mearum opera, ex Odyss. ο, 126 *Μνῆμ' Ἐλένης χειρῶν* etc., qui locus Virgilio obversabatur. — *dona duorum*, popularium et amicorum (affinium; nam de se loquitur *W.*) — *super*, quae superes, *περιοῦσα*, *περιγεγενημένη*. — *Sic* — *sic* ex Hom. Odyss. δ, 149. 150, ubi Menelaus de Telemacho Ulyssi comparato: *τείνον γὰρ τοιόνδε πόδες* etc.; est autem exquisite dictum pro: *tales oculos habebat, tales manus* etc. v. 491 *pubesceret* ornatius quam *esset*? Eurip. Ion. 566. *Σοὶ ταυτὸν ἦβης, εἶπερ ἦν, εἰχ' ἂν μένος.*

492 sq. Durum habeat pectus necesse est, cui hi versus miserationem nullam faciant. *Fortu-*

Iam sua; nos alia ex aliis in fata vocamur.
Vobis parta quies; nullum maris aequor arandum,
Arva neque Ausoniae, semper cedentia retro,
Quaerenda. Effigiem Xanthi Troiamque videtis,
Quam vestrae fecere manus, melioribus, opto,
Auspiciis, et quae fuerit minus obvia Graiis,
Si quando Thybrim vicinaque Thybridis arva
Intraro, gentique meae data moenia cernam,
Cognatas urbis olim populosque propinquos
Epiro, Hesperia, quibus idem Dardanus auctor,
Atque idem casus, unam faciemus utramque
Troiam animis. Maneat nostros ea cura nepotes.
Provehimur pelago vicina Ceraunia iuxta,
Unde iter Italiam cursusque brevissimus undis.
Sol ruit interea, et montes umbrantur opaci;
Sternimur optatae gremio telluris ad undam,

na peracta, proprie fortunae cursus, vices. — 496 *semper cedentia retro*; cum putarent Troiani, se laborum et fatorum terminum iam attigisse. inf. VI, 61 *Iam tandem Italiae fugientes prendimus oras.* — 497 — 499 cf. sup. 349 sq. — *quae fuerit minus obvia Graiis*, periculis a Graecorum impetu, aditu hostili, exposita. Sensum recte exponit Serv.: *id est, quae nullum patiatur excidium.* — 500 — 505 Ingeniose poëta alludit ad ea, quae paullo ante evenerant. Post pugnam Actiacam Octavianus Nicopolin condidit, contractis in eam Acarnanibus, eamque liberam et cognatam civitatem esse iussit. Haec iam tum ab Aenea constituta exponuntur. — *data* sc. fato *moenia* ut sup. 255. — *cognatas urbes populosque* — *faciemus utramque* (retulit ad sequens, pro utrosque, ex utraque civitate, Buthroto et Roma, a Lavinio oriunda) *unam animis Troiam. Populos Epiro, Hesperia*, accipio, populos in Epiro, h. e. Epiri et Hesperiae sive Italiae. *H.* Compositio *populos Epiro*, h. e. qui sunt in Epiro, insolentior est quam similes compositiones pedestrium scriptorum, v. c. Ciceronis in Cat. II, 4. *quis tota Italia, veneficus — inveniri potest? W.* Vides me apodosin post *cernam auspiciis*. A *Dardano* autem Troiani omnes originem habebant, vid. not. ad 167, adeoque et illi, qui Epirum, h. e. Buthrotum, cum Heleno tenebant, et hi, qui cum Aenea Italiam petebant.

506 — 511 Postquam Buthroto solverant, legendo litus ad montes Ceraunios procedunt. Hic sub noctem descendunt in litus, eo, puta, consilio, ut, cum mutandus iam esset cursus, ventum secundum excipiant. — *umbrantur* ex σκιᾶσθαι vel σκιάζεσθαι Homerico, conf. Odyss. γ. 487 et al. Quae sequuntur, ex Odyss. ι, 168 sqq. illustrantur. — *Sortiti remos* per sortem divisi ad officia remigandi, ut adeo pars in litore somno se recrearet, pars in nari ad remos pernoctaret; etsi ne hoc quidem necesse est statuere; sed universe dictum, nos, functi per diem munere remigandi ac defessi, sternimur. *irrigat*, perfundit membra somno. Sup. I, 692 Venus *Ascanio placidam per membra quietem irrigat*, infundit, in-

Sortiti remos, passimque in litore sicco
Corpora curamus; fessos sopor inrigat artus.
Necdum orbem medium Nox horis acta subibat:
Haud segnis strato surgit Palinurus, et omnis
Explorat ventos, atque auribus aëra captat;
Sidera cuncta notat tacito labentia coelo,
Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque Triones,
Armatumque auro circumspicit Orionà.
Postquam cuncta videt coelo constare sereno,
Dat clarum e puppi signum; nos castra movemus,
Tentamusque viam, et velorum pandimus alas.

stillat. (*irrigat* vide an pro *recreat* dictum sit ad usum Graeci verbi ἄρδειν, de quo interpretes ad Eurip. Suppl. 207. egerunt. *W.*) — 512 — 517 Traiectum ex Epiro ad Italiae littus iusta temporis, quod ille poscit, mensura ut declaret poëta, media de nocte classis solvit. *Necdum Nox subibat orbem medium*, evecta erat coelum, *acta horis*, exquisite pro horis exactis. Quem poëtici sermonis usum nisi admittas, possis *Noctem*, sive eius *bigae ab Horis actae*, suavi rerum specie, intelligere. Novo sic exemplo Horae Nocti adderentur, quae eius currum agerent. — Media autem nocte, quando, in primis in oris maritimis, aura oriri vel mutari solet, ventus recte exploratur a gubernatore; et *auribus* auram *captat*, ex leni aëris motu. — *tacito coelo*, quia noctu. cf. Serv. ad totum h. v.; et *notat*, ἐσοφῷ. — *gemini triones*, utraque ursa. Sed de hoc et de toto versu 516 v. sup. ad I. Aen. 744, ubi idem versus. — *Armatum auro Orionem*, χρυσάορα, quia, ut bene Serv., *et balteus eius et gladius clarissimis fingitur stellis.* Commentarii loco sit Aratus a Germanico versus: *Primus in obliquo rapitur sub pectore Tauri Orion: nonnulla magis vicina notabit Stella virum, sparsae quum* (f. sparsaeque in) *toto corpore flammae. Tale caput magnisque humeris sic balteus exit, Sic vagina ensis, pernici sic pede fulget.* Ex Arat. Phaenom. 586 sqq. Lucanus I, 665: *Ensiferi nimium fulget latus Orionis.* Posuit autem poëta uno loco sidera, non quae uno tempore oriantur et occidant, sed e quibus partim tempestatis mutationes omnino ac vices veteres augurabantur, partim quorum conspectus nisi puro ac sereno coelo nullus est. Cumque ea sidera nunc Palinuro in oculos incurrant, securitatem coeli sereni inde captat. v. Macrob. Sat. V, 11: cf. I Ge. 394. 395 et mox v. 518 *coelo sereno.* Ceterum in his versu. Homerum ante oculos habuit, egregie tamen orationem ornans ac varians, Odyss. ε, 271 sqq.; Virgilium vero Ovid. Met. III, 594 sqq. — 518 — 520 *Omnia constant*, videt constare, composita et tranquilla esse; nihil, quod inconstantiam et varietatem coeli ominetur, occurrere. Lucret. IV, 462 *Et sonitus audire, severa silentia noctis Undique cum constent. coelo,* in coelo. Servius interpretatur: omnia videt habere coelum, quae significant serenitatem, ut constare cum dativo (*coelo*) sit suppetere, cf. Iuv. VI, 166. — 519 *dat clarum signum*, tuba, quam Virgilius in illa tempora retulit. conf. sup. 239. — *castra* exquisite de copiis nauticis in litore tendentibus. — *velorum alas*, h. e. extremas velorum partes,

Iamque rubescebat stellis Aurora fugatis;
Quum procul obscuros colles humilemque videmus
Italiam. Ita iam primus conclamat Achates;
Italiam laeto socii clamore salutant.
Tum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, inplevitque mero, divosque vocavit
Stans celsa in puppi:
Di, maris et terrae tempestatumque potentes,
Ferte viam vento facilem, et spirate secundi.
Crebrescunt optatae aurae, portusque patescit
Iam propior, templumque adparet in arce Minervae.
Vela legunt socii, et proras ad litora torquent.
Portus ab Euroo fluctu curvatus in arcum;
Obiectae salsa spumant adspargine cautes:
Ipse latet; gemino demittunt brachia muro
Turriti scopuli, refugitque ab litore templum.

lacinias, angulos. Vulgo exponunt: quia vela navis alae esse videntur. — 521 sq. Ad Castrum Minervae appellunt Troiani, sub Hydrunto, quo loco planum ac molle litus; hinc *humilem Italiam*; sive procul ex alto visentibus terra semper humilis videtur. cf. sup. ad v. 76. cf. Serv. — 525 sq. Aliter, quam de corona vera crateri ex more sacrorum imposita, vix haec videntur posse accipi, etsi dubitatio animum subit, unde in alto florum copia fuerit. Sed hoc fortasse calumniari est; cf. sup. ad I, 724. Cum toto autem loco comparandus Pindarus in divino de Argonaut. carmine Pyth. IV, in nona Strophe: ἐπεὶ δ' ἐμβόλου κρέμασαν ἀγκύρας etc. vss. 344 sqq. — 527 *Stans in puppi*; scil. in ea erat tutela navis, s. signum numinis, apposita arula seu foco. — 529 *Ferte*, date *viam*, navigationem, faustam *vento*, h. e. vento secundo immisso; et adspirate, favete, propitii. — 530 Portus *patescit* ad oculorum sensum, cf. sup. 411. *portus est Veneris*. — 531 Ad sqq. conf. Dionys. Halic. I, 5: Strabo VI, p. 281 B. Adde Cluver. Ant. Ital. p. 1240 etc. *Arx* pro monte (ut sup. 291), in quo templum erat, quod Idomeneus condidisse *ferebatur*. — 532 Ad verba cf. sup. v. 207. — 533 — 536 *Portum Veneris* describit satis ornate: litus est versus Orientem. Efficitur ille sinuoso littoris flexu, scopulis utrinque procurrentibus in mare, et se incurvantibus, ut utrinque pro mole sint portui praetexta, ad quam fluctus ex alto alliși frangantur, tranquillumque interius mare sit. *Euroo fluctu*, ab Euro, ut Arctous. *scopuli turriti*, in turris modum alti, *demittunt brachia muro gemino*, ab utroque portus latere procurrentes in mare sensim decrescunt. Eadem fere sup. I, 162 sq. *Hinc atque hinc vastae rupes* etc. conf. Odyss. κ, 87 sqq. *brachia* bene tribuuntur scopulis, quoniam ambiunt latera portus; iidem dicuntur *murus*, cuius speciem habebant. — *refugitque a litore templum*, quia ab alto intuentibus in ipso litore situm videbatur, propius accedentibus retrocedebat quasi, *quia situm est in colle, qui sensim crescit a litore*,

Quatuor hic, primum omen, equos in gramine vidi
Tondentis campum late, candore nivali.
Et pater Anchises: Bellum, o terra hospita, portas;
Bello armantur equi; bellum haec armenta minantur.
Sed tamen idem olim curru succedere sueti
Quadrupedes, et frena iugo concordia ferre;
Spes et pacis, ait. Tum numina sancta precamur
Palladis armisonae, quae prima adcepit ovantis;
Et capita ante aras Phrygio velamur amictu;
Praeceptisque Heleni, dederat quae maxuma, rite
Iunoni Argivae iussos adolemus honores.
Haud mora: continuo perfectis ordine votis,
Cornua velatarum obvertimus antennarum,
Graiugenumque domos suspectaque linquimus arva.
Hinc sinus Herculei, si vera est fama, Tarenti
Cernitur. Adtollit se diva Lacinia contra,

ut bene Serv. Similia v. ad 410. 411. — 537 sq. Comparant Od. λ, 107 sqq., ubi de bobus Solis, et Apollon. IV, 1364 sqq., ubi de equo Neptuni agitur; sed parum illa ad h. l. faciunt. Ceterum ornate pleraque. *Tondentes campum late*, pascentes late vagando. *candidi* equi, quod fausti ominis est. — *bello armantur*, ad bellum. — *curru*, h. e. currui. Multa hic argutantur Intpp. Fundus interpretationis, quam Anchises facit, in eo est, quod equi etiam iugum ferunt, et in pace quoque utile est armentum; ergo excipiet pacata rerum conditio Troianos. — 543 — 544 Palladi sacrum faciunt, cuius templum in eo portu. v. sup. 531.; hunc intrant, et terram capiunt; ita ab ea tamquam hospitio excepti videntur; *ovantes* ornatius quam *nos*. — Mox 545 spectat ad sup. 403 sqq. — 546. 547 *dederat quae maxima*, respicit sup. 435 *unum illud praeque omnibus unum*. — *praeceptis* pro e praecepto Heleni. *Argivae* v. sup. I, 24, sed h. l. tantum ornat. — 548 — 550 Et hos ex praecepto Heleni sup. γ. 396. 397. 398. Potest, sacro hoc facto, occupatio Italiae facta videri; sed similes iuris publici notiones inter veteres non fuere. Fuit sacrum χαριστήριον. Antennas et vela, navem, *obvertimus* pelago, ut VI, 3 *Obvertunt pelago proras*. contra qui appellunt, *vela obvertunt* littori. (Sed vid. not. ad VI, 3. *W.*) *velatarum*, h. e. velis indutarum, ut alibi *velifera*. In *Herculeo* Tarento subest fabula, nunc obscura, de Tarenti originibus ab Hercule ductis; cum vulgo ad Tarantem, Neptuni f., referri soleant. — 552 Tarentinum sinum a dextra praetergressis in prospectu erat *promontorium Lacinium*, tum *Caulonia*, in monte sita, et *Scylacium*. Liv. XXIV, 3 *Sex millia aberat ab urbe* (Crotone) *nobile templum, ipsa urbe nobilius, Laciniae Iunonis; sanctum omnibus circa populis*. γ. ibi plura. Adde Strab. VI, p. 261 D. et Cluverium. (*diva Lacinia* est Iuno Lacinia, h. e. templum Iunonis Laciniae. *W.*) — *attolli*, *attollere se*, *surgere* dicuntur ea, quae alta sunt, iis, qui accedunt;

Caulonisque arces, et navifragum Scylaceum,
Tum procul e fluctu Trinacria cernitur Aetna,
Et gemitum ingentem pelagi pulsataque saxa
Audimus longe, fractasque ad litora voces;
Exsultantque vada, atque aestu miscentur arenae.
Et pater Anchises: Nimirum haec illa Charybdis
Hos Helenus scopulos, haec saxa horrenda canebat
Eripite, o socii, pariterque insurgite remis.
Haud minus ac iussi faciunt; primusque rudentem
Contorsit laevas proram Palinurus ad undas;
Laevam cuncta cohors remis ventisque petivit.
Tollimur in coelum curvato gurgite, et idem

ut *recedare*, si discedas. cf. ad 411. — 555 Versus austrum navigantibus primum *Caulonis* arces apparent, h. e. Caulon vel Caulonia, in alto litore vel colle conditae, Achaeorum colonia; vid. Strab. VI, p. 261. B. Pausan. VI, 3 p. 459.; mox *Scylaceum* vel *Scylacium*, olim *Scylletium*, in conspectum venit, in interiore sinu, *navifragum* h. l. dictum sive propter scopulosum litus, ad quod urbs illa sita, Atheniensium colonia, sive, quandoquidem scopulis carere littus nuntiant, qui ea loca adiere, propter tempestates inter duo promontoria, Iapygum et Cocintum, frequentes et graves. 554 — 557 Scylacium sinum praetervectis iam e longinquo, tamquam in medio mari (*e fluctu*), Aetna Siciliae *cernitur*, h. e. ex fumo et igni cognoscitur; auditur quoque fragor maris ad scopulos Scyllae allisi (556); iamque apparet et ante oculos est ingens maris aestus, (557) quo Charybdin in propinquo esse intelligit Anchises. (558) In toto loco ante oculos Ulysses Odyss. μ, 201 sqq.; ut tamen recte haec teneas, cogitandum, legendo litus Troianos iam ad interiora freti Siculi aliquantum processisse. Ornate singula dicta sunt. *fractae voces* 556; inf. 669 *sonitus vocis*, de maris fragore. — 557 *vada exsultant*, h. e. mare ex imo fundo sublatum in egeritur; v. sup. 420 — 4 δ' ἄμοτον βοάασιν ἐνα εα Χάρυβδις, Apollon. I Mari e fundo exaestuante, arena miscetur aquae. (*are scentur*, h. e. agitantur in maris, et mixtae in altum tur. *W.*)

558 — 560 *Hos scopulos* xa — int. Scyllam, resp Heleni dicta vs. 410 sqq. 42 *Eripite*, nos. Vulgaris ora taedium vitat poëta et in quod pronomina omittit; dum ad nostros sensus asti re. Sed lenius hoc, quam plere *remos; Eripite remos* pedite. — *insurgite remis*, v ad v. 207. — 561 — 563 tore Italiae in medium iam fr provecti, ut haud multum a Sc et Charybdi abessent, et s facile in interiora freti aestu ris abripi posset, in altum de ctunt cursum, adeoque a de in laevam. — *rudentem pro* ὀγκωμένην, ut *gemere*, *fr clamare*, h. e. stridere, im su fluctuum, ac sonare. — 56 567 Maris aestuantis et mag fluctus moventis, propter vici Charybdin 564. 5. et Scyll 566. 7. agitationem et motum c citatissimum in transcursu s tiunt. Sed aucta haec omnia rerum miracula. conf. sup. et ad Tibull. IV, I, 70 — 75

)ducta ad Manis imos desidimus unda.
: scopuli clamorem inter cava saxa dedere;
· spumam elisam et rorantia vidimus astra.
:rea fessos ventus cum sole reliquit,
arique viae Cyclopum adlabimur oris.
:tus ab adcessu ventorum inmotus, et ingens
e; sed horrificis iuxta tonat Aetna ruinis,
:rdumque atram prorumpit ad aethera nubem,
rbine fumantem piceo et candente favilla;

dere, ut *sidere*, *subsidere*,)rie de rebus, ergo et de na- is mersis vel depressis. *H.* ıraesentia sibi respondere ve- unius codicis lectio *desidimus* :ferenda est. At Medicei alio- que librorum auctoritate fir- ur altera scriptura *desedimus*; unt, quibus formarum varia- , praesentis historici et per- i, usus praeplaceat. Qui ve- um Arntzenio ad Plin. Paneg. 6. *desidimus* pro perfecto ha- unt, iis nequaquam assentior. — 566 Fluctus cum fragore avernas littoris irruunt aestu is propulsi; inde retroacti in s fluctus, qui superveniunt, dunt, quibus collisi undam nedio in vorticem actam eia- ıntur. *Spumam elisam*, flu- ım ad cautem allisorum, *ἐπει- σι ὕδατος ἄχνη*, Apollon. IV, 3. *rorantia astra*, aqua in al- . sublata roris instar guttatim :illante, probasse videtur sae- Augustei genius. Nostris ıinibus vix placeant. Ita ta- ı veteres saepissime; v. c. mox 574 *et sidera lambit*, de flam- Aetnaea. — 568 Quam orna- vesperi ventus, aquilo, cessat. 70 Subeunt Troiani portum :lopum. Proprie aqua est im- ta a ventis; inde eleganter tum ventis inaccessum dixit *tum immotum*. (Aqua enim ıclusa vocabulo *portus* nota- . *W.*) Hunc autem portum, ut ım de Cyclopibus, eorumque ra, locum Homero sublegit: yss. ι, 136 sqq. *Ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος* etc., qui versus huius sunt interpretatio. Portus ille Aetnae profluviis totus nunc est oppletus. Homeri tempore Aetna intestinis incendiis saeviisse non videtur, etsi iam ante arserat; unde iam tum erant antra Cyclopibus habitata (de quibus conf. Dorvill. Sicilia T. I, p. 247); alioqui, si res recentis memoriae fuisset, Homerus hoc naturae portento, ad poëticum ornatum tam accommodato, esset usus; id quod primus Pindarus, tum Orphicorum auctor Arg. 1219, eorumque exemplo Virgilius, facere non neglexerunt. Ceterum e Virgiliana narratione apparet, poëtam fuisse inter eos, qui Caprariam insulam et Cyclopum sedes ante Aetnam in litore orientali collocarent, non ad Drepanum et Erycem, ut alii et ipse Homerus, quos Cluverius sequitur. — 571 — 577 Si alia de Aetna loca vis comparare, v. Cerdam h. l. et Cluver. Sicil. ant. lib. I, c. 8; et quis nescit Cornelii Severi Aetnam? Princeps omnium est Pindar. Pyth. I, 54 sq. Sed in talibus nunc non haeremus; raro obiter attingimus. Ad poëtae nostri ductum Iustin. IV, 1. Virgilius secutus esse videtur Lucretium VI, 690—93. — *horrificis tonat Aetna ruinis*, h. e. fragore resonat, quem faciunt ruinae viscerum montis; satis graviter. — *prorumpit*, emittit, *ἀναπέμπει*; antiquo loquendi modo, ut iam Lucret. cf. sup. I, 246. — 573 *nubem fumantem*

Adtollitque globos flammarum, et sidera lambit:
Interdum scopulos avolsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.
Fama est, Enceladi semiustum fulmine corpus
Urgueri mole hac, ingentemque insuper Aetnam
Inpositam ruptis flammam exspirare caminis;
Et, fessum quotiens mutet latus, intremere omnem
Murmure Trinacriam, et coelum subtexere fumo.
Noctem illam tecti silvis inmania monstra
Perferimus, nec, quae sonitum det caussa, videmu
Nam neque erant astrorum ignes, nec luc
aethra
Siderea polus, obscuro sed nubila coelo,
Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

turbine piceo, et *favilla*, h. e. globis fumi, cum cinere permistis, φλόγας καὶ λιγνύς, ut Strabo VI, pag. 274 A. Aliter non accipiam. *favilla candens*, ut *canus cinis*; ornans epitheton a rei natura ductum. De scintillis Serv. exponit. — 576 *Erigit eructans* ornatius quam eructat, ἐρεύγει, emittit, extrudit. — *liquefacta saxa*, h. e. in vitrum conversa, interdum admixtis metallis; unde ῥύακες illi, rivi igniti (*Lava*). — *fundo*, ἐκ μυχῶν, ut Pindarus. — 578 — 582 Nota vel ineptis hominum commentis fabula, quae ex antiquo physica phaenomena adumbrandi modo profecta est, cum ignem subterraneum cum fulmineo igni compararent; in monstro itaque, quod fulmine percussum esset, ignem hunc vivum ac perpetuum durare. Pro Encelado, quem tamen et alii agnoscunt, ut Orpheus Arg. 1249. 1250; cf. Cornel. Serv. Aetna 70 sqq., Typhoeum vel Typhonem memorant Pindarus l. c. et Aeschylus Prom. 354 (ut Briareum Callimachus in Dol. 143.), at Virgilius hunc sibi servavit ad similem locum subterraneo igni notabilem inf. IX, 716., idque Homeri exemplo Iliad. β, 783. v. ad Hygin. f. 152: Cerdam et Gi. Pari exemplo ad Phleg campos magno terrae motu lapsos Gigantum pugna fuit ducta. cf. Obss. ad Apollo 6, 1. — 579 *Aetnam insupe positam* (cf. I, 61. *W.*), ὑπε ἐπιτεθὲν ὄρος, *exspirare f mas caminis ruptis*, h. e. c nis et receptaculis flammae terraneis, quae nove *cam* fornaces, dixit. — *coelum texere fumo*, exquisite, ut *fundere*. Utrumque Lucret eadem re VI, 478. 481. — 58 587 Nocte oppressi in l escenderant, et in nemoroso noctem exigebant. Per totam lam noctem audiunt ac vi *monstra*, h. l. monstrosum p nomenon, rem portentosam. *nitum*, de fragore montis h tur. — *nec lucidus polus ac siderea*, nec coelum stellis gentibus lucebat. (*aethra*, *al* aëris serenitatem notat, quae *derea*, h. e. fulgida dici po Hanc interpretationem usus iunctionum *neque* — *neque* stulat. *W.*) Et *nox tenebat*, oc tabat, lunam *in nimbo*, nu aëre. Ἀὴρ γὰρ παρὰ νηυσὶ θοῖ ἦεν, οὐδὲ Σελήνη Οὔρε θε προὔφαινε· κατείχετο δὲ φέεσσιν. — Odyss. ι, 144. quem totum locum Virgilius

Postera iamque dies primo surgebat Eoo,
amentemque Aurora polo dimoverat umbram;
um subito e silvis, macie confecta suprema,
gnoti nova forma viri miserandaque cultu
rocedit, supplexque manus ad litora tendit.
espicimus. Dira illuvies, inmissaque barba,
onsertum tegumen spinis: at cetera Graius,
t quondam patriis ad Troiam missus in armis.
sque ubi Dardanios habitus et Troia vidit
rma procul, paullum adspectu conterritus haesit,
ontinuitque gradum; mox sese ad litora praeceps
um fletu precibusque tulit: Per sidera testor,
er superos, atque hoc coeli spirabile lumen:
ollite me, Teucri; quascumque abducite terras;
oc sat erit. Scio me Danais e classibus unum,
t bello Iliacos fateor petiisse Penates.
ro quo, si sceleris tanta est iniuria nostri,
pargite me in fluctus, vastoque inmergite ponto.
i pereo, hominum manibus periisse iuvabit.
ixerat; et genua amplexus, genibusque volutans

culos habuit, laude tamen hactenus integra, quod, Achemenilis persona inducta, magnam lectentibus mirationem rei novitate acit. Imitatorem nostri habes Ovidium XIV, Met. 158 sqq., ibi ad Cumas alius Ulyssis socius ubstitisse fertur.

588 — 592 Prodit e silvis Achemenides, ex Ulyssis sociis. *primo Eoo*, Lucifero, mane, ἑῷος ἀστήρ, cf. Ge. I, 288. *umbram humentem*, uti amant poëtae *noctem humidam*, propter rorem. — 593 — 596 cf. vet. poëta ap. Cic. Tusc. Qu. III, 12 de Thyeste. — *inmissa* in faciem, adeoque exquisitius quam *promissa barba*. — 594 *Consertum spinis tegumen*, restem laceram ac detritam habebat, et, ne panni defluerent, spinis pro filis consutam et sartam. cf. Ovid. Met. XIV, 166, ubi multa ex Virgilio adumbrata. Ex his tamen ipsis pannis agnoscebant eum Graecum esse. Nec tamen male Servius: *Habet enim unaquaeque gens incessum et vocem propriam.* — 595 *et quondam patriis ad Troiam missus in armis*, importunus versus. Ex adspectu enim id disci haud potuit. Adiicit Serv. *ex sequenti eius confessione hoc didicit Aeneas.* (Pedestres scriptores ad continuandam orationem pronomine *is* sine coniunctione *que* utuntur. At apud Virgilium *isque* iterum Aen. IV, 203. eadem sententiarum serie recte usurpatur *W.*) — 599 — 606 *testor*, quaeso, obtestor. *hoc coeli spirabile lumen*, vitale, de quo (l. quo) spiramus, ait Servius. *lumen* autem pro aethere, aura, ut etiam poëtae: *luminis aura*, quandoquidem lucem transmittit. unum *Danais e classibus*, unum e Danais. Ex Sophoclis Philocteta nonnulla cum his comparari posse, iam Cerdae monitum. — 604 *si sceleris tanta est iniuria nostri*, ornate, si scelus meum tantum est. *Spargite*, cum vi, discerptum dispergite. — 606 — 609 *genibus-*

Haerebat. Qui sit, fari, quo sanguine cretus,
Hortamur; quae deinde agitet Fortuna, fateri.
Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat iuveni, atque animum praesenti pignore firmat.
Ille haec, deposita tandem formidine, fatur:
Sum patria ex Ithaca, comes infelicis Ulixi,
Nomen Achemenides, Troiam genitore Adamasto
Paupere (mansissetque utinam fortuna!) profectus.
Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Inmemores socii vasto Cyclopis in antro
Deseruere. Domus sanie dapibusque cruentis,
Intus opaca, ingens. Ipse arduus, altaque pulsat
Sidera, (Di, talem terris avertite pestem!)
Nec visu facilis, nec dictu adfabilis ulli.
Visceribus miserorum et sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero quum corpora nostro
Prensa manu magna medio resupinus in antro

que volutans (se) *haerebat*, ad genua provolvens se, inhaerebat, προσφὺς εἶχετο. (Iunge *deinde fateri, quae F. agitet*. Particula *deinde* sententiae per relativum annexae similiter interposita est Aen. I, 195. *Vina bona quae deinde onerarat Acestes — dividit. W.*) — 611 *dat iuveni*, ut evitaret tenuem vocalem *ei*. — *praesenti*, certo, *pignore*, quod manum dat, et supplicem, ἱκέτην, in fidem recipit.

613 sqq. Hoc de Achemenide (nam est Ἀχημενίδης) episodium totum Virgilii ingenio deberi videtur, ut ita Homerica de Cyclope intexere versibus suis posset. Nam delectare solet et hoc, si fabulas, notas quidem nec novas, nova tamen cum variatione, novo cum ornatu et in novo rerum vel narrationis ordine legimus. Temporum quidem rationi adversatur hoc episodium; Ulysses enim inter initia errorum ad Cyclopas venerat, at Aeneas multo serius; sed in talibus, quae lectorem non offendunt, nisi aliena a re praesenti subtilitate molesta admiscentem, male poëtas reprehendas. (*Ithaca patria* dicitur, ut Aen. II, 180 *patrias Mycenas. W.*) — *genitore paupere*: cum pauperem patrem haberem, sup. II, 87. *Pauper in arma pater primis huc misit ab annis*. Nescio tamen, an poëta sua potius tempora, quibus militia inter vitae genera quaestuosa erat (s. ad Tibull. I, 1 pr.), quam Homerica respexerit; nam addit: *mansissetque utinam fortuna!* Coterum hoc elegantius quam: utinam pauper, adeoque domi, manere maluissem! — 616 Cum Ulyssis socii, ne Cyclops iniuriam ulcisceretur, fuga se properent, Achemenides forte remansit. *trepidi*, bene adiectum, pro festinatione. — 618 *domus sanie* pro saniosa, casu sexto pulle durius absolute posito; nectamen sine exemplo. — 620 sq. *pestem*, pestilens et exitiosum hominum vitae monstrum. *nec visu facilis*, h. e. cuius adspectum non facile aliquis ferat (ἀπροσόφατος, δυσαντίβλεπτος. Bene Serv., „cuius posuit etiam adspectus infernum formidinem.“), nec alloquium. — 623 — 627 conf. Odyss. ι, 288 sqq. — *corpora* elegantius quam viros. — *resupinus*, bene nisum iacien-

Frangeret ad saxum, sanieque exspersa natarent
Limina; vidi atro quum membra fluentia tabo
Manderet, et tepidi tremerent sub dentibus artus.
Haud inpune quidem; nec talia passus Ulixes,
Oblitusve sui est Ithacus discrimine tanto.
Nam simul, expletus dapibus vinoque sepultus,
Cervicem inflexam posuit, iacuitque per antrum
Immensus, saniem eructans ac frusta cruento
Per somnum commixta mero, nos, magna precati
Numina, sortitique vices, una undique circum
Fundimur, et telo lumen terebramus acuto
Subiens, quod torva solum sub fronte latebat,
Argolici clipei aut Phoebeae lampadis instar,
Et tandem laeti sociorum ulciscimur umbras.

mis exprimit, dum ad colligendas vires corpus reducit ac recurvat. At Homerus notionem magnitudinis in monstro tuitus est: *Σὺν οἱ δύω μάρψας, ὅστε σκύλακας, κοτὶ γαίῃ Κόπτ'*; tantae erant corporis vasti vires. Reliqua a Virgilio ornatius exposita. Nisi id ipsum, quod modo memoravimus, non de stante, sed cum Servio de iacente humi Cyclope accipere mavis; quo ipso magnitudo virtutis appareret, quod *resupinus* hoc facere potuit. (Prior praestat ratio *W.*) Cf. Ovidii versus XIV, Met. 205 — 209. ex quibus l. expressos. — 625 *exspersa*, poëtica vox, pro respersa. — 626 *membra fluentia tabo*, oratio poëtica, pro vulgari: defluente tabo. Ceterum ad nostrum sensum haec non esse, facile intelligas. Verum tuentur ea se fabulis priscae vitae. — 628 sq. conf. Odyss. *ι*, 299 sqq. 316 sqq. — 629 *oblitusve sui est*; *sui*, cum vi, h. e. astutiae suae ac calliditatis; quae ista aetate pro sapientia habita, ut ex Homero videre in promtu est: ibid. v. 420: *Αὐτὰρ ἐγὼ βούλευσον — πάντας δὲ δόλους καὶ μῆτιν ὕφαινον, Ὥστε περὶ ψυχῆς· μέγα γὰρ κακὸν ἐγγύθεν ἦεν.* *in discrimine tanto.* — 630 ex eod. l. v. 296. 297 *sepultus*, motu et sensu privatus. — 631 — 633 v. ib. 372. 374. *iacuit per antrum* maiorem obiicit animo speciem quam: in antro. — 634 *sortiti vices* ibid. v. 331 sqq. quid uniquique nunc esset agendum in excaecando monstro. 634. 635 vide ibid. v. 378 sqq. — 636 *latebat* quanto ornatius quam *erat!* vides eadem voce simul torvam frontem, horridas palpebras, hirsutum supercilium; *λασίαι μὲν ὀφρύες ἐπὶ κεντὶ μετώπῳ Ἔξ ὠτὸς τέτανται*, Theor. Idyll. XI, 31. — *Argolici clipei*: erat is rotundus, cum alii essent oblongi aut quadrati; Argivorum inventum: Paus. II, 25. Apollod. II, 2, 1. ubi vid. Obss. Fuit inde in communi Graecorum usu, aliquando etiam a Romanis receptus pro scuto. Apud Dionys. Halic. IV, c. 16. (p. 221.) *Ἀργολικὰς ἀσπίδας* Servius rex ferre iubet cives primae classis. *Phoebeam lampadem* esse solem, non lunam, in aperto est. E Callimacho translatum esse versum, Faber pronuntiat, sed hoc tantum de clipei comparatione verum est, H. in Dian. 53 de Cyclopibus: *πᾶσι δ' ὑπ' ὀφρὺν Φάος μουνόγληφα, σάκει ἴσα τετραβοείῳ, Δεινὸν ὑπογλαύσσοντα.* Ex Virgilio sua sumsit Ovid. XIII, Met. 851. 2. — Mox 638 *ulciscimur* ad ductum Homeri l. c. v. 475 sqq. —

Sed fugite, o miseri, fugite, atque a litore funem
Rumpite.
Nam, qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
Lanigeras claudit pecudes, atque ubera pressat,
Centum alii curva haec habitant ad litora volgo
Infandi Cyclopes, et altis montibus errant.
Tertia iam Lunae se cornua lumine complent,
Quum vitam in silvis, inter deserta ferarum
Lustra domosque traho, vastosque ab rupe Cyclopas
Prospicio, sonitumque pedum vocemque tremisco.
Victum infelicem, baccas lapidosaque corna,
Dant rami, et volsis pascunt radicibus herbae.
Omnia conlustrans, hanc primum ad litora classem
Conspexi venientem. Huic me, quaecumque fuisset,
Addixi; satis est gentem effugisse nefandam.
Vos animam hanc potius quocumque absumite leto.
Vix ea fatus erat; summo quum monte videmus
Ipsum inter pecudes vasta se mole moventem
Pastorem Polyphemum, et litora nota petentem,
Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen
ademtum.
Trunca manu pinus regit et vestigia firmat;

641 — 644 Ornatum (partim ex Hom. l. c. 337 — 341) vides: *Qualis* Polyphemus *est, tales* Cyclopes multi in vicinia *habitant*. Sed verbum substantivum *est* poëtae vitare student, attributo substituto. Ornatius igitur dixit *qualis claudit et pressat Polyphemus;* plenior oratio erat: *qualis est Polyphemus, qui pressat.* Sic supra I, 498. *qualis — exercet* pro: qualis est, cum exercet. *H.* Accuratius interpretaberis verba *qualis quantusque:* quo habitu et qua statura. *Volgo* est passim, multis locis, ut Liv. 26, 27. *volgo facere incendia*, cf. Ecl. IV, 25. Ge. III, 494. *W* — 647 *domos* sc. *ferarum* non otiosum post *lustra;* nam speciem rei clariorem exhibet, quam voc. proprium dabat. — 647 *ab rupe Cyclopas* iunge; prospicit in monte errantes. modo v. 644: *et altis montibus errant;* et inf. — 655: *summo cum monte videmus;* item 675 *e silvis et montibus altis.* — (Nullam video necessitatem iungendi *Cyclopas ab rupe;* et obstat singularis *rupe. W.*) Mox 649 *Victum infelicem*, simpl. miserum et tenuem. *lapidosa corna* ab ipse, quod in se habent. (cf. Ge. II, 34. — 651. 2. Si classem Troianam *primum* ad litus venientem conspexit Achemenides, fuit ea *prima*, quae ab illo conspecta est. *W.*) — 653 *Addixi:* signato verbo exprimit desperationem, ait Serv.; at quatenus? sc. et pro: me tradere decrevi. Addicunt se, qui se vendunt, ut gladiatores.

655 Ipsum, *vasta mole*, corpore; *monstrum*, τέρας, πλάσμα θαῦμα ap. Homerum l. c. *informe*, ut ἄμορφον, deforme; *cui lumen ademtum*, h. e. caecatum; deformitas nova praeter naturalem. — 659 *Manu* quod in Burmanniana legebatur non commodum; sed *manu*. Non

ıigerae comitantur oves; ea sola voluptas,
amenque mali.
ıtquam altos tetigit fluctus, et ad aequora venit,
ninis effossi fluidum lavit inde cruorem,
ıtibus infrendens gemitu; graduturque per aequor
ı medium, necdum fluctus latera ardua tinxit.
ı procul inde fugam trepidi celerare, recepto
)plice, sic merito, tacitique incidere funem;
'rimus et proni certantibus aequora remis.
ısit, et ad sonitum vocis vestigia torsit.
:um ubi nulla datur dextra adfectare potestas,
: potis Ionios fluctus aequare sequendo,
niorem inmensum tollit, quo pontus et omnes
:emuere undae, penitusque exterrita tellus
iae, curvisque inmugiit Aetna cavernis.
genus e silvis Cyclopum et montibus altis
:itum ruit ad portus, et litora conplent.
nimus adstantis nequidquam lumine torvo
naeos fratres, coelo capita alta ferentis;
ıcilium horrendum: quales quum vertice celso
'iae quercus, aut coniferae cyparissi
ıstiterunt, silva alta Iovis, lucusve Dianae.

:s in manu regit et firmat ve-
a, firmum incessum praestat.
compositione cf. ad VI, 187.
— 662 *ad aequora venit*,
ad altum usque mare pro-
sus est; pro vasti scilicet cor-
s modo. — *lavit inde*, ex
ıore, aqua marina, abluit
orum vulnus. — 666. 667 cum
aericis certavit l. c. v. 471.
, adde Od. κ, 126. sqq. *Sic*
ito, εἰκότως. Nam suppli-
, ἰκέτην, quis aspernari au-
Sive ut *merito* sit casus sex-
pro adverbio; sive quia ille
itus erat *sic* recipi. (Poste-
malim. *W.*) — 668 *Verti-*
e melioribus et plurimis li-
praeferendum. cf. Aen. V,
— Mox 669 *sonitum vocis.*
: novo exemplo pro strepitu
remorum vel undae remis
ulsae, ut sup. 556 *fractae*
s pelagi. Cum poëta plura
acius extulerit, facile et hoc
s. Homericum est βοὴ, ἀϋτὴ.
vestigia pro ipsis gressibus, no-
tum. — *dextra adfectare* sc. na-
vem, appetere; non *dextram*,
ut legebatur. *dextram affectare*
explicant: dextram intendere et
iniicere, ut navem prehendat. —
671 *Nec potis*, est, *aequare fluc-
tus sequendo*, accipi aliter non
potest, quam de altitudine maris
profundiore, quam pro monstri
proceritate. Nec, dum nos inse-
quitur, par est molis suae ma-
gnitudine altitudini maris, quae
eo maior est, quo longius a lito-
re proceditur. (Vide an vel pro-
pter adiectum *sequendo* explica-
re malis: aequare celeritatem,
qua fluctus navem ferebant. Aen.
X, 248. *ventos aequante sagitta.*
W.) Porro ad 672 cf. Od. ι, 395. —
676 *ad portus* v. 570. *nequid-
quam*, quia nocere (nunc) non
poterant. Serv. — *Aetnaeos fra-
tres*, populares, gentiles. Mox
coelo, ad coelum. *concilium* ex-
quisite pro turba. — 680. 681 *co-*

Praecipites metus acer agit quocumque rudentis
Excutere, et ventis intendere vela secundis.
Contra iussa monent Heleni, Scyllam atque Charybdin
Inter, utramque viam leti discrimine parvo,
Ni teneant cursus; certum est dare lintea retro.
Ecce autem Boreas angusta ab sede Pelori
Missus adest. Vivo praetervehor ostia saxo
Pantagiae, Megarosque sinus, Thapsumque iacentem.

niferae cyparissi. Cupressus mas fert conos nuci pineae non absimiles; *baccas* appellat Plin. XVI, 33 s. 60. κώνους etiam Graeci. v. Athenaeum lib. I, p. 57 B. C. — *silva Iovis* declaratur per quercus, *lucus Dianae* per cupressos; igitur de Diana infera vel Hecate aut Proserpina agi manifestum est. Nam cupressus feralis arbor, ex vulgari narratione Diti sacra, ut Plin. l. c. Si adiectum *Dianae* mere ornans esse epitheton statuis, quippe cui deae saltus curae sint, insolens vero est cupressorum memoratio. — 682. 683 Nos metu agitati quocunque malumus cursum dirigere, quam in portu manere. *rudentes excutere*, evolvere, explicare et intendere, ut sup. 267. — *ventis secundis*, int. quo ventus ferret; non exspectare ventum, quem cursus postulabat. — 684 — 686 E pluribus verborum iuncturis, quas in his versibus admodum suspectis facere possis, et quas passim Intpp. facere videas, illa videtur praestare, verborum locique naturae ceteris adcommodatior: *Ventos secundos*, qui tum atergo spirabant, fac fuisse notum vel austrum; ab hoc reiicerentur necesse erat versus Charybdin et Scyllam (in quo poëta versus Homeri Od. μ, 426 sqq. ante oculos habuit). *Contra* vero *Heleni iussa* (monuerat ille, ne per fretum navigarent) *monent*, *ni* (*h. e. ne*) *teneant* (naves) *cursum inter Scyllam atque Charybdin*, *utramque viam leti discrimine parvo* (posteriora apposita puta; per utramque, et per Scyllam et per Charybdin, erat iter periculosum). Cum tamen ventus versus has partes ferret, et ab australi plaga spirans, *certum est dare lintea retro*, h. e. iam decreveramus mare Adriaticum repetere; cum ecce Boreas exoritur. — *Heleni iussa*, v. sup. 410 sq. 420 sqq. — *ni*, nisi, antique pro *ne*. Sic Serv. et plures vett. Grammatici ap. Heins. et alios, v. Horat. I, 14. 15 *tu nisi ventis debes ludibrium, cave*. (Horatii locus aliter explicandus; neque *nisi*, sed tantum *ni* pro *ne* usurpatum esse *grammatici* notarunt. Vid. Forcellini sub voc. *ni*, qui plurima collegit huius usus exempla. *W.*) — *teneant* sc. naves. (*teneant cursus*, h. e. navigent *W.*) Apud Homerum in simili re, Odyss. γ, ubi praecesserat 172. Ἠιτέομεν δὲ θεὸν — ὄφρα φύγοιμεν — sequitur v. 176: Ὦρτο δ' ἐπὶ λιγὺς οὖρος ἀήμεναι· αἱ δὲ μάλ' ὦκα Ἰχθυόεντα κέλευθα διέδραμον. cf. Od. μ, 197. 221. Versus 684. 5. 6. ab interpolatoribus esse videntur. *H.* Ceterum ex interpretatione Heynii distingues: *cursus*. *Certum est dare lintea retro*; *Ecce W.* — 687 *Ventorum* origines a montibus, unde flant, tamquam a sedibus, repetunt poëtae; ita h. l. aquilo, qui navem secundum littus Siciliae orientale versus austrum fert, a promontorio Peloro, ad fretum Siculum, venit; hinc *angusta ab sede*. — *Missus*: puto exprimi ἵκμενος vel ἱέμενος, pro veniens. — 688. 689 *ostia Pantagiae saxo vivo*. *Pantagias* (nunc *Fiume di Por-*

Talia monstrabat relegens errata retrorsum
Litora Achemenides, comes infelicis Ulixi.
Sicanio praetenta sinu iacet insula contra
Plemmyrium undosum; nomen dixere priores
Ortygiam. Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare, qui nunc
Ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.
Iussi numina magna loci veneramur; et inde
Exsupero praepingue solum stagnantis Helori.
Hinc altas cautes proiectaque saxa Pachyni
Radimus; et fatis numquam concessa moveri
Adparet Camarina procul, campique Geloi

cari) parvus fluvius, brevi cursu, infra Leontinos, cuius ostium praeruptis utrinque rupibus includitur: de eo v. Cluver. Sicil. ant. lib. I, c. 11. Dorvill. Sicula p. 206. 207. *Megara* sunt h. l. Hyblensia, quia olim Hybla parva dicta, non longe a Syracusis, in sinu Megarensi, *Golfo di Augusta*, quem ab australi parte includit *Thapsus*, peninsula in mare procurrens, *plana*, *paene fluctibus par*, ait Servius, qui insulam appellat; unde *iacentem* dixit poëta, h. e. humilem, non altam montibus. — 690. 691 *relegens retrorsum*, nam cum Ulysse a Lotophagorum inde insula, litori Africae praetenta, Siciliae litus orientale ad Cyclopas usque praeternavigaverat. cf. ad 570. itaque *Litora* iam *errata*. *H.* Scriptura *retrorsus* e Mediceo et aliis libris praeferenda esse videtur. Et, nisi codices fallunt, Virgilius *rursus* et *retrorsus*, ubi per metrum licuit, scripsit. *W.*

692 — 696 Insula *Ortygia*, et ex adverso *Plemmyrium* promontorium, ad aditum sinus et portus Syracusani. In ea fons Arethusa, de quo et de fabula super eius cum Alpheo Elidis fl. congressu v. sup. Ecl. X, 1 et 4. — *undosum* h. l. περικῦμον, quod aestuantis maris fluctibus alluitur; unde et ipsum nomen Πλημμύριον. — *occultas egisse vias subter mare*, τὰν δὲ θάλασσαν Νέρθεν ὑποτροχάει. Mosch. Idyll. VII, 4. *ore tuo*, eodem fonte; unde Pindaro Arethusa ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφεοῦ, Nem. I, 1; cf. Cluver. Sicil. ant. p. 163. 157. — 697 *Iussi*, admoniti, sed a quo? vel ab Achemenide, vel ab Heleno, vel ab Anchise, ait Serv. Hoc ultimum verum puto. Nam per totum librum eae sunt Anchisae partes, ut religiones et auspicia curet. *Helorus* fluvius in litore orientali paullo supra Pachynum promontorium, de quo accurate egit Cluverius e Fazello. Primum ille inter specus et exesas rupes procurrit, unde Silio *clamosus Helorus*; mox ubi ad litus accessit, placido ac leni cursu incedit, et hieme, clauso maris fluctibus ostio, frequenter excrescit stagnatque, unde agri vicini pinguescunt plurimum. (Nunc *Atellaro* et in inferiore parte *Abiso*). *Exsupero* h. l. praetervehor. — 699 *Pachynum* promontorium Siciliae ab australi parte (*Capo Passaro*). *proiecta saxa*; expressit Gr. προβλῆτες σκόπελοι. — 700. 701 *Camarina nunquam concessa moveri*: accipio, palus, quam deus consultus vetuit movere, cum Camarinenses canali ducto eum vellent exsiccare. *Moventur* ea, in quibus aliquid molimur, novamus,

Inmanisque Gela fluvii cognomine dicta.
Arduus inde Acragas ostentat maxima longe
Moenia, magnanimum quondam generator equorum.
Teque datis linquo ventis, palmosa Selinus,
Et vada dura lego saxis Lilybëia caecis.

mutamus. Servii verba apponam: „Palus est iuxta eiusdem nominis oppidum, de qua quodam tempore, cum siccata pestilentiam creasset, consultus Apollo, an eam penitus exhaurire deberent, respondit: *Μὴ κίνει Καμαρίναν· ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.* Quo contemto exsiccaverunt paludem, et carentes pestilentia, per eam partem ingressis hostibus, poenas dederunt.“ Similia narrant Steph. Byz., Suid., et Anthol. Gr. apud Cluver. Sed, quae illa urbis expugnatio fuerit, nusquam declaratur. Ter Camarinam fuisse conditam, ex Thucydide aliisque docet idem Cluver. Ceterum poëtam haec ex sua potius, quam Aeneae narrantis, persona dixisse, iam Servius vidit; quod quidem de toto hoc loco non minus tenendum. Nam omnes illae urbes et locorum nomina Aeneae temporibus recentiora sunt. — 701. 702 Situs urbis et fluvii *Gelae* camporumque *Gel.* non satis exploratus: v., praeter Cluver. et quos Burm. laudat, Dorvillii Sicula c. 6. Acquiescit Dorvill. in Cluverii sententia, esse Gelam, qui nunc *Fiume di Terra Nuova*, campos autem Geloos, egregiae fertilitatis planitiem, latius cis et ultra fluvium patuisse, quam vulgo creditur. Sed, quo *immanis* spectet, dubitari potest *magnam* interpretantur; sed urbis amplitudinem nemo veterum memorat, ita ut *immanis* possit appellari. Proclive est, ad dominos referre, ut saepe in urbium epithetis fit, ut ab incolarum vel dominorum moribus et ingeniis ducta sint. Atque eo devenisse etiam Dorvillium video in Sicul. p. 129. Nec tamen, Gelae tyrannos saevos et immanes fuisse, unde doceri possit, mihi satis constat. Nam, quae apud Herodot. VII, 155 — 156 de iis memorantur, ad immanitatem non adsurgunt. Et si ad tyrannos Gela oriundos, Hieronem et Thrasybulum, Geloos fratres, Syracusarum tyrannos, epitheton referre velis, nec illi immanitate ingeniorum insignes fuere. Proponitur etiam a Dorvillio altera interpretatio, ut ad urbis situm ad amnem verticosum et immanem referatur. Sed neque loci tanta immanitas et fera facies esse videtur, ut ab ea potissimum designari potuerit a poëta. Restat hariolatio, *ut fluvius immanis* dicatur propter speciem eius in numis expressam; est enim bos cum facie humana, adscriptum Γέλας. — 703. 704 *Agrigentum* in monte Acragante situm, maximis quondam opibus ex agri fertilitate et Carthaginiensium mercatu refertum; hinc civium magnificentia et luxus. Aluere iidem equos ad certamina Graeciae, et inter Olympionicas fuit Theron Agrigentinus, a Pindaro celebratus: quamquam ad hunc solum respici a poëta non dixerim. Vide de hac urbe Cluver. et Dorvill. pag. 88. 89. — 705 *Selinuntem* palmis agrestibus abundasse, ex Cic. Verr. V, c. 35, 8., satis constat. Ex nostro expressit Silius Ital. XIV, 200. quem in toto hoc loco comparare iuvabit. De Selinunte copiose post Cluver. Dorvill. pag. 60. sqqq. et 420 sqq. ubi et ruinae duorum templorum eius urbis oculis subiectae sunt. *Linquo datis ventis*, vento orto — 706 *vada dura saxis caecis*, h. e.

: Drepani me portus et inlaetabilis ora
ipit. Hic, pelagi tot tempestatibus actus,
, genitorem, omnis curae casusque levamen,
tto Anchisen: hic me, pater optime, fessum
eris, heu, tantis nequidquam erepte periclis.
vates Helenus, quum multa horrenda moneret,
mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.
labor extremus, longarum haec meta viarum.
c me digressum vestris deus adpulit oris.
ic pater Aeneas, intentis omnibus, unus
i renarrabat divom, cursusque docebat.
iticuit tandem, factoque hic fine quievit.

tibus, *dura* (ne *dira* conie-
vada dixit, h. e. locum
sum fundo saxeo, quoniam
ma Lilybaei promontorii
, plana atque depressa, ad
M. passuum sub undis pro-
itur, in trium circiter cubi-
m altitudinem tecta. Cluver.
i pr. — 707 *Drepanum* —
tabilis ora. Ager Drepani-
s sterilior et fere arboribus
rbis destitutus; solum enim
osum; et praeterea multos
actus aqua marina exaestuat,
nandoque salem profert. —
hunc ruris illius moestiorem
ectum non minus, quam ob
lisao ibi amissi memoriam,
Aenea Drepanitana ora vocari
tabilis (ἀτερπὴς χῶρος, Od.
4 *W.*) videtur. — 712 Com-
nt Homerica Iliad. ϱ, 407 —
Imitatur nostrum Valer.
III, 301 sqq. — 715 ex Od. η,
. 277. Redit sic ad lib. I,
54 *Vix e conspectu Siculae tel-
luris in altum Vela dabant laeti.*
— 717 *fata divom*, a diis de-
creta: fatales errores. — *renar-
rabat* pro *narrabat. H.* ut Ovid.
Metam. V. 635. *citius, quam
nunc tibi fata renarro, In lati-
cem mutor.* Compositioni pro-
prie inest notio: narrando exhi-
bere, quasi repraesentare. *fata
deum* — Soph. Antig. 158. θεῶν
συντυχίαι. *W.* — 718 *factoque
hic fine quievit*, ornate: et nar-
rationis finem fecit. *H.* Quam-
quam verbum *quievit* ad quietem
narrationis referri et pro desiit
loqui accipi potest, cf. Aen. VI,
102. *rabida ora quierunt*, equi-
dem tamen, ut tautologia versus
liberetur, utque initium libri
quarti *At regina*, ubi vid. not.,
fini tertii conveniat, *quievit* in-
terpretor: somno se tradidit; qui
quidem sensus cur aliis ieiunior
visus sit, me ignorare fateor. *W.*

P. VIRGILII MARONIS

AENEIDO

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Dido, amore Aeneae insaniens, animi morbum sorori ape eiusque consilium secuta, ad nuptias animum adiicit. 1— *Tum Iuno, ut Aeneam facilius ab Italia averteret, agit Venere, ut eius bona cum venia liceat Aeneae Elisam ux ducere; quoque id commodius fieri possit, se opportunit oblaturam ostendit* — 128. *Postridie Aeneas et Dido v tum eunt. Ibi, omnibus iam praedae intentis, Iuno sub immisit tempestatem; comites alius alio diffugiunt: Ae et Dido in idem antrum conveniunt, ibique infaustis omin iunguntur* — 172. *Dum Aeneas Carthagine amore I tenetur, Iupiter, Iarbae Gaetulorum regis, qui advenam praeferri iniquo animo ferebat, precibus fatigatus, Merc mittit ad Aeneam, mandatque, ut, relicta Africa, in Ita naviget* — 278. *Ille Iovis imperio morem gerens, quae que ad navigationem essent necessaria, clam per socios p iubet* — 295. *At Dido, ubi classem instaurari sensit, s cata id, quod res erat, graviter cum ipso expostulat, p busque et lacrimis primum ipsa eum ab incepto revocare c tur, tum per sororem id saltem impetrare tentat, ut aliq tisper moretur* — 449. *Frustra. Aeneas, nave consc iterum, in somnis, a Mercurio admonitus, intempesta ancoras solvit,* 554—583. *Illa nocte regina, quae, d impatiens, mori decreverat,* 450—473., *et, celans sor quod animo meditabatur, exstructa in editiore aedium ingenti pyra, sacrum magicum, quo se ab amore sol paraverat* 474—521., *recrudescente dolore furit* 522—

Tum mane Troianos videns in altum evectos, diris Aeneam devovet, 584—629., ablegataque Barce, Sychaei nutrice, ne quid destinatae morti impedimenti adferret, necem sibi consciscit.

Libri huius artificium quis non sensit? quis non laudibus praedicavit? Est enim ad communem hominum affectum comparata res, amor infaustus et destitutus successu. Si de iis partibus carminis quaeritur, quae Virgilio propriae sint, et ex quibus eius ingenium et ars in primis spectari, simulque illud intelligi possit, quantum ad cuiusque poëtae indolem aetas et temporum, in quae incidit eius vita, genius faciat, hunc librum primo loco excitandum esse arbitror. Nihil enim, in Homero certe, habuit, quod sequeretur; nam alienissima res est ab Homeri saeculo et moribus, delicias in amore facere, aut exquisitiorem aliquem affectum suscipere. Euripidis Alcestin in nonnullis ante oculos habere potuit. Etiam ex Naevii bello Punico eum nonnulla retinuisse suspicor; v. Macrob. VI, 2 extr. et Serv. ad IV, 9. Sed vulgo Apollonium Rhod. secutus esse fertur in Servianis ad lib. IV, pr. et Macrob. V, 17. Scilicet Medeae amorem ad Didonem transtulit. Quae tamen alia inde tollere potuerit, praeter paucs, quae ad primos libri versus et passim alibi notavimus, vix invenias; et Medeae amor admodum diversus ab amore Didonis, cuius animum secundarum nuptiarum pudor, et regia dignitas, imperiumque in novo regno, in primis superbia et ira exstimulant. Ceterum hunc Didonis amorem a tot aliis mulierc ularum amoribus, et a recentiorum studiis, quae toties in tali argumento occupata fuere, admodum diversum esse, facile intelliges. Quod qua potissimum ratione a poëta effectum sit, si forte quaeras, quaeri autem hoc potest, causae rei mihi ex eo potissimum ducendae esse videntur, quod Dido et Aeneas in amorem non leviter, sed post multas magnasque molitiones ad affectum extinguendum frustra a Didone factas, et consociata Iunonis ac Veneris ad eam impellendam ope, se effundunt; porro quod partim novae urbis incrementum, partim aerumnosae navigationis finis ex eo captatur; quod is amoris affectus cum aliis, iisque gravissimis, affectibus coniunctus est; quod Didonis non modo fama ac decus, sed salus ac vita in eo agitur; quodque miserationi terror ipse est admixtus. Aeneas quidem nostro iudicio idonei amatoris personam male sustinere videri potest; nec fieri potest, ut ad libri quarti finem legendo pervenias, quin Aeneae feritatem et immanitatem exsecreris. Subsidit tamen ira, si fatorum necessitatem, vaticiniis et oraculis Aeneae satis declaratam, cogitas. Sed omnino res nostris moribus ac sensibus non est iudicanda; et ex veterum vitae institutis multas excusationes habebat, si quis amicam deserebat. Quid? quod maiorem ex ipsa Aeneae truculentia et asperitate dignitatem carmen duxit; et deorum voluntate, fatorum ordine, ipsa in Didone impotentia amoris, et facta in eum finem Aeneae oratione v. 332 sqq. culpa eius elevatur. Dignitati herois sui poëta providit etiam in hoc, quod, quo amoris aestu ille arserit, nusquam memorat, etsi tantum fuisse apparet, ut Aeneas omnem de monstrata a fatis in Italia sede cogitationem animo dimitteret. Dolorem vero ac solicitudinem de discessu suo ac discidio paullo liberius manifestat. Vide v. 279 sqq.: 393 sqq.: 448 sqq. Et ipse discessus non nimis acceleratus, nec nisi novo Mercurii monitu factus v. 554 sqq., tacitam reln-

etantis affectus habet significationem. In quo vero summam artem declaravit poëta, est, quod hoc episodium, per se alienum a re, ut multi adeo conquesti sint, illud ad animum ab Aenea ac rebus gerendis avocandum valere, cum consilio suo et cum ipso argumento tam arcte coagmentavit, ut Iunonis fraudes ac consilia actionis epicae, quod aiunt, novum nodum faciant, utque, ne interruptus et omnino interceptus Aeneae in Italiam adventus sit, iam metuere incipias. Mox vero, sublato quidem eo metu, Didonis dirae, quae vaticinii speciem habent odiorum perpetuorum, quae inter Romanos et Carthaginienses intercessura erant, novam et inexspectatam ac magnam suavitatem habent.

At regina, gravi iam dudum saucia cura,
Volnus alit venis, et caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusque recursat
Gentis honos; haerent infixi pectore voltus,
Verbaque; nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phoebea lustrabat lampade terras
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;

1 — 5 Splendida libri frons, et eximia gravissimi amoris declaratio. *At* respicit versum ult. libri III. Aeneas finem dicendi hic fecit; reginae vero ex narratione multo magis amore viri, *cura*, fuit incensa. (Opposita mihi videntur haec: Aeneas somno quievit; at Dido amore concitata placide quiescere non potuit. Hanc sententiarum coniunctionem vel oratio per particulam *at* prioribus annexa postulat *W.*) *vulnus*, quod alias pectore, ossibus, medullis, nunc alitur *venis*, propter sanguinem aestu amoris concitatum, et occultus *ignis*, quem ne alienum putes a vulnere, Cupidinis *λυφφόρους* cogites necesse est; et Apollonius lib. III, 286. 287. obversatus est. Subiiciuntur causae amoris: *multa*, multum, *animo recursat virtus* Aeneae, et splendidum eius genus a Venere ductum, quod malim (cf. 12. et XI, 305. *cum gente deorum W.*) vel Troianorum clarum nomen; tum dignitas oris, *voltus*, et quae de se et fatis suis narraverat: no contra dignitatem illo teneri Dido videatur. (Erunt, qui *multa virtus* pro magna virtus accipiant. Nam et *multus* pro *magnus* usurpari docuit Drakenborch ad Liv. 31, 1., et usus adiectivi *plurimus* accedit XI, 312. *Potuit quae plurima virtus Esse, fuit.* cf. II, 429. Quibus ego suffragabor. *W.*) Ad v. 4. 5 conf. Apollon. III, 453 sqq. Amor autem hic is est, quo Venus et falsus Ascanius Didonem incenderant sup. I, 672. 712 sq. — 6. 7 *Auroram* pro die, ut Homero Ἠὼς dicta est, propter reliqua accipio. (*Aurora* tempus matutinum notat, et tempori, quod ibi fit, saepe tribuitur, cf. Val. Fl. I, 310. 311. Ita Auroram lampade Phoebea lustrantem terras non miraberis. *W.*) Versus alter iam lib. III, 589 occurrebat. *lustrare* in his et similibus est obire. *Lampadem* pro face iam Lucretius dixit. *Humentem umbram*, v. sup. II, 8. *nox humida*. Duo hi versus reprehendendi non erant ut alieni et nimii ornatus. Videntur eiusmodi temporis declarationes, quandoquidem apud Homerum et Virgilium toties recurrunt, ut alia multa poëtica ornamenta, in propriae et simplicis orationis loco esse habendae, et probandae etiam

Quum sic unanimam adloquitur male sana sororem:
Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
Quis novus hic nostris successit sedibus hospes!
Quem sese ore ferens! quam forti pectore et armis!
Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum;
Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus ille
Iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum inmotumque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit;
Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpae.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei,
Coniugis, et sparsos fraterna caede Penatis,
Solus hic inflexit sensus, animumque labantem
Inpulit; adgnosco veteris vestigia flammae.

hactenus, quod narrationis iciunitatem vel tenorem variant et ornant. — 8 *male sana*, insana, *μαινομένη*. Amantissimam sororem exquisito vocabulo *unanimam* dixit. In oratione, quae sequitur, observa amoris et pudoris pugnam, et inanem pervicaciae ostentationem, victamque iamdudum ab affectu mentem. Quod Annam sororem Didonis inducit, non nutricem, ut fere Graeci in tali re solent, admodum placet. Sed id Virgilius Apollonio Rhodio debet, qui Chalciopae, Medeae sorori, simile officium tribuerat; a quo etiam insomnia habet Didonis et confessionem amoris sorori factam. v. Apollon. III, 616 sqq.; 645 sqq. Nam Homeri Nausicaam Virgilius vix ante oculos habere potuit. *Annam* iam Naevius memoraverat, teste Servio ad v. 9. in bello, puta, Punico. — 9 *suspensam*, ornate adiectum, ad metum pertinet. *H.* 10 *hic*, ut *ὅδε*, de absente. — *quem — ferens* quali oris habitu (v. 4.) successit, et quam forti pectore et fortibus armis, nam *fortibus* ex *forti* assumendum, cf. III, 413.; et *fortia arma* Aen. X, 735 exstat. Ita nihil h. l. mutandum. — *genus*, progeniem. *W.* — 13 Invertit orationem: credo eum prolem deae esse, quandoquidem fortitudo ac constantia in ferendis laboribus ac periculis generosam ac divinam originem arguit. — *H. jact.*, ut VI, 693. *jactatus periclis*, h. e. vexatus, defatigatus. — *exhausta*, tolerata; adiuncta autem est notio magnitudinis et molis locutionibus *exhaurire bella*, vel *laborem*, cf. *α, b7. exhausta pericula. W.* 15 — 19 Eximio cum artificio singula posita, ut tacita animi consilia satis illa prodat. — *deceptam fefellit m.*, poëtica copia pro: spem destituit *morte* mariti. *potui* exquisite pro possem, post: *si non pertaesum fuisset. H. potui succumbere*, fieri potuisset, ut succúmberem vel succubuissem. Cum *potui* per se significet, rem factam non esse, coniunctivo non opus esse visum Latinis. Liv. 31, 16. *Abydeni eripi ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt. W.* — *culpae* cum dilectu h. l. pro amore. — 20 sq. De caede Sychaei cf. sup. I, 349 sq. (21 *Penates*; nam ante aram facta erat caedes — 22 *labantem*, labefactam *W.*) — 23 Agnosco amoris, qualem olim ex-

stantis affectus habet significationem. In quo vero summam artem declaravit poëta, est, quod hoc episodium, per se alienum a re, ut multi adeo conquesti sint, illud ad animum ab Aenea ac rebus gerendis avocandum valere, cum consilio suo et cum ipso argumento tam arcte coagmentavit, ut Iunonis fraudes ac consilia actionis epicae, quod aiunt, novum nodum faciant, utque, ne interruptus et omnino interceptus Aeneae in Italiam adventus sit, metuere incipias. Mox vero, sublato quidem eo metu, Didonis dirae, quae vaticinii speciem habent odiorum perpetuorum, quae inter Romanos et Carthaginienses intercessura erant, novam et inexspectatam ac magnam suavitatem habent.

At regina, gravi iam dudum saucia cura,
Volnus alit venis, et caeco carpitur igni.
Multa viri virtus animo, multusque recursat
Gentis honos; haerent infixi pectore voltus,
Verbaque; nec placidam membris dat cura quietem.
Postera Phoebea lustrabat lampade terras
Humentemque Aurora polo dimoverat umbram;

1 — 5 Splendida libri frons, et eximia gravissimi amoris declaratio. *At* respicit versum ult. libri III. Aeneas finem dicendi hic fecit; regina vero ex narratione multo magis amore viri, *cura*, fuit incensa. (Opposita mihi videntur haec: Aeneas somno quievit; at Dido amore concitata placide quiescere non potuit. Hanc sententiarum coniunctionem vel oratio per particulam *at* prioribus annexa postulat *W.*) *vulnus*, quod alias pectore, ossibus, medullis, nunc alitur *venis*, propter sanguinem aestu amoris concitatum, et occultus *ignis*, quem ne alienum putes a vulnere, Cupidinis ἰοὺς πυρφόρους cogites necesse est; et Apollonius lib. III, 286. 287. obversatus est. Subiiciuntur causae amoris: *multa*, multum, *animo recursat virtus* Aeneae, et splendidum eius genus a Venere ductum, quod malim (cf. 12. et XI, 305. *cum gente deorum W.*) vel Troianorum clarum nomen; tum dignitas oris, *vultus*, et quae de se et fatis suis narraverat: ne contra dignitatem illo teneri Dido videatur. (Erunt, qui *multa virtus* pro magna virtus accipiant. Nam et *multus* pro *magnus* usurpari docuit Drakenborch ad Liv. 31, 1., et usus adiectivi *plurimus* accedit XI, 312. *Potuit quae plurima virtus Esse, fuit.* cf. II, 429. Quibus ego suffragabor. *W.*) Ad v. 4. 5 conf. Apollon. III, 453 sqq. Amor autem hic is est, quo Venus et falsus Ascanius Didonem incenderant sup. I, 672. 712 sq. — 6. 7 *Auroram* pro die, ut Homero Ἠὼς dicta est, propter reliqua accipio. (*Aurora* tempus matutinum notat, et tempori, quod ibi fit, saepe tribuitur, cf. Val. Fl. I, 310. 311. Ita Auroram lampade Phoebea lustrantem terras non miraberis. *W.*) Versus alter iam lib. III, 589 occurrebat. *lustrare* in his et similibus est obire. *Lampadem* pro face iam Lucretius dixit. *Humentem umbram*, v. sup. II, 8. *nox humida*. Duo hi versus reprehendendi non erant ut alieni et nimii ornatus. Videntur eiusmodi temporis declarationes, quandoquidem apud Homerum et Virgilium toties recurrunt, ut alia multa poëtica ornamenta, in propriae et simplicis orationis loco esse habendae, et probandae etiam

Quum sic unanimam adloquitur male sana sororem:
Anna soror, quae me suspensam insomnia terrent!
Quis novus hic nostris successit sedibus hospes!
Quem sese ore ferens! quam forti pectore et armis!
Credo equidem, nec vana fides, genus esse deorum;
Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus ille
Iactatus fatis! quae bella exhausta canebat!
Si mihi non animo fixum inmotumque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit;
Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpae.
Anna, fatebor enim, miseri post fata Sychaei,
Coniugis, et sparsos fraterna caede Penatis,
Solus hic inflexit sensus, animumque labantem
Impulit; adgnosco veteris vestigia flammae.

hactenus, quod narrationis iciunitatem vel tenorem variant et ornant. — 8 *male sana*, insana, μαινομένη. Amantissimam sororem exquisito vocabulo *unanimam* dixit. In oratione, quae sequitur, observa amoris et pudoris pugnam, et inanem pervicaciae ostentationem, victamque iamdudum ab affectu mentem. Quod Annam sororem Didonis inducit, non nutricem, ut fere Graeci in tali re solent, admodum placet. Sed id Virgilius Apollonio Rhodio debet, qui Chalciopae, Medeae sorori, simile officium tribuerat; a quo etiam insomnia habet Didonis et confessionem amoris sorori factam. v. Apollon. III, 616 sqq. 645 sqq. Nam Homeri Nausicaam Virgilius vix ante oculos habere potuit. *Annam* iam Naevius memoraverat, teste Servio ad v. 9. In bello, puta, Punico. — 9 *suspensam*, ornate adiectum, ad metum pertinet. *H.* 10 *hic*, ut ὅδε, ille absente. — *quem* — *ferens* quali oris habitu (v. 4.) successit, et quem forti pectore et fortibus armis, nam *fortibus* ex *forti* assumendum, cf. III, 413.; et *fortia arma* Aen. X, 735 exstat. Ita nihil h. l. mutandum. — *genus*, progeniem. *W.* — 13 Invertit orationem: credo eum prolem dear esse, quandoquidem fortitudo ac constantia in ferendis laboribus ac periculis generosam ac divinam originem arguit. — *H. jact.*, ut VI, 693. *jactatus periclis*, h. e. vexatus, defatigatus. — *exhausta*, tolerata; adiuncta autem est notio magnitudinis et molis locutionibus *exhaurire bella*, vel *laborem*, cf. α, 67. *exhausta pericula*. *W.* 15 — 19 Eximio cum artificio singula posita, ut tacita animi consilia satis illa prodat. — *deceptam fefellit m.*, poëtica copia pro: spem destituit *morte* mariti. *potui* exquisite pro possem, post: *si non pertaesum fuisset*. *H. potui succumbere*, fieri potuisset, ut succúmberem vel succubuissem. Cum *potui* per se significet, rem factam non esse, coniunctivo non opus esse visum Latinis. Liv. 31, 16. *Abydeni eripi ex obsidione, ni cessatum ab Attalo et Rhodiis foret, potuerunt*. *W.* — *culpae* cum dilectu h. l. pro amore. — 20 sq. De caede Sychaei cf. sup. I, 349 sq. (21 *Penates*; nam ante aram facta erat caedes — 22 *labantem*, labefactam *W.*) — 23 Agnosco amoris, qualem olim ex-

Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat,
Vel Pater omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentis umbras Erebi noctemque profundam,
Ante, Pudor, quam te violo, aut tua iura resolvo.
Ille meos, primus qui me sibi iunxit, amores
Abstulit; ille habeat secum, servetque sepulcro.
Sic effata, sinum lacrimis inplevit obortis.
Anna refert: O luce magis dilecta sorori,
Solane perpetua maerens carpere iuventa?
Nec dulcis natos, Veneris nec praemia noris?
Id cinerem aut Manis credis curare sepultos?
Esto: aegram nulli quondam flexere mariti,
Non Libyae, non ante Tyro; despectus Iarbas,

perta sum, signa. — 24 *τόσα μοι χάνοι εὐρεῖα χθών*, Iliad. δ, 182 et al. cf. Iliad. ζ, 464: ρ, 416. — *prius — ante quam*, ut Homer. πρὶν — πρὶν ἤ. Egregie ad maiorem vim versus 26 adiicitur. *H.* Cum duo sint vota, ad alterum *prius*, ad alterum *ante* pertinere naturae est consentaneum. Ceterum si quis *umbras Erebo* ex bonis libris praefert, ei ut *Erebo* sextum esse casum putet, exemplaque ad I, 403. et VI, 186. collecta adeat, auctor sum. Qui *iura* numinis *resolvit*, officia ab illo sibi imposita laedit. cf. II, 157. *W.* Mox *iura Pudoris* int. vim et potestatem in reginam, cui ipsa obnoxia est, paret, et qua a novo amore et secundis nuptiis deterrita est. Vss. autem 28. 29 dulcissimi affectus, et magnae dignitatis. Uni marito, ait, se amorem suum addixisse. *sinum* v. 30 manifeste pectoris; *δεύοντο δὲ δάκρυσι κόλποι*, Iliad. ι, 570. Hae autem *lacrimae* magnum facile poëtam arguunt. Dum vult constans et aspera et ab amore intacta videri, ecce obortae lacrimae laborantem occulto affectu animum produnt. conf. Horat. IV, 2, 53 sqq. *Sed cur, heu! Liguriue, cur* etc.

31 sqq. Egregium suasoriae orationis exemplum in poëta. *Anna refert*, haec, respondet. — 32 Proprie *carpitur*, consumitur, *aetas*, *iuventa*, *vita*, *φθίνειν*, *καταίβεται αἰών*. Simplex oratio esset: *consumeane aetatem viduа?* at ornatior: *consumerine exigens aetatem perpetuo viduа?* Iam melius dictum *iuventa* pro aetate, et *maerens iuventa perpetua*, h. e. *perpetuo in solitudine maerens*. *Imitatio Virgilii* in Seneca Hippol. 446 sqq. *Aetate fruere — cur toro viduа iaces. H. carpere maer.* h. e. carpere maerore. *iuvent. perp.* per totam iuventutem, in qua Dido tum erat constituta. *W.* — 33 *Veneris praemia* per se *nati* esse possunt. Si tamen memineris, *δῶρα Ἀφροδίτης* quo sensu dicantur, Pind. Ol. I, 120 *φίλα δῶρα Κυπρίας*; Nem. VIII, 12. particulamque *nec*, *οὐδέ*, post *Veneris*, disiunctivam esse, gaudia Veneris, oblectamenta coniugum melius intelliges. In hymno in Cerer. 102. *τόκος* et *δῶρα Ἀφροδίτης* similiter iunguntur. At apud Homerum Il. γ, 54. *δῶρα Ἀφροδίτης* illecebrae sunt, quibus Venus Paridem instruxit. — 34 — 36 *Manes sepultos* ex opinione, puto, de Manibus compositis et placatis, ubi mortuo iusta persoluta essent; ita pro Manibus sepultorum. Mox *mariti* pro procis. De *Iarba* v. inf. 196, et Iustin. XVIII, 6. In

Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis
Dives alit: placitone etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?
Hinc Gaetulae urbes, genus insuperabile bello,
Et Numidae infreni cingunt, et inhospita Syrtis;
Hinc deserta siti regio, lateque furentes
Barcaei. Quid bella Tyro surgentia dicam
Germanique minas?
Dis equidem auspicibus reor et Iunone secunda
Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Quam tu urbem, soror, hanc cernes, quae surgere regna
Coniugio tali! Teucrum comitantibus armis,
Punica se quantis adtollet gloria rebus!
Tu modo posce deos veniam, sacrisque litatis
Indulge hospitio, causasque innecte morandi,

voca *aegram* 35 latet causae spreti olim amoris, cum recenti dolore erat adflicta, qui nunc resedit. *mariti Tyro*, a Tyro, Tyrii, ut saepe alibi. *H.* Sic Caes. B. Civ. I, 24. *Cn. Magius Cremona* pro Cremonensis, ubi vid. interpp. — De re cf. inf. 321. — *nulli mariti, non — non* legitima est dicendi ratio. Terent. Eun. 1, 2, 67. *habeo hic neminem, neque amicum, neque cognatum. W.* — 37 Multa igitur bella ab Afris feliciter gesta sunt. Declarat poëtice gentem bellicosam. — *terra. Africa*, antique, ut saepe Ennius, Cato, alii, proprie tamen. — (*pugnabis*, contendes vincere. Constructio est Graeca. *W.*) 40 — 44 Ab occidente *Gaetulae urbes*, ad terrorem *urbes* posuit; nam in mapalibus habitabant. Ita Serv. cf. Sallust. B. I. 21. Sed videtur poëta Homericum πόλεις expressisse, quod simpliciter sedem et habitationem designat. (Cante hac nota uteris. *W.*) Homericum quoque illud *urbes — genus*: nam is saepe πόλεις pro incolis vel populis, et contra populos pro insula, vel terra et urbe. cf. sup. lib. I, 559 *fines Libyci, genus* etc. — *Numidae infreni*, equis sine frenis utentes, res nota. (Liv. 21, 44. *equites infrenati. W.*) — *Syrtis* int. Afros accolas, v. sup. I, 539. 540. *H. cingunt* sc. imperium tuum. Liv. 21, 43. *Dextra laevaque duo maria claudunt. W.* — Ab oriente *deserta siti*, inhabitabilis raritate aquae. Significat autem Anna, a nulla parte quidquam auxilii ac praesidii Poenis posse sperari. (vel potius: undique bella minari nationes bellicosissimas et ferocissimas. *W.*) — *Barcaei*, a Barce, Cyrenaicae urbe, per prolepsin hic nominati; nam seriores urbis origines, quippe a Batti demum nepotibus conditae. v. Herodot. IV, 160. *late furentes* pro vagantes, sed iidem feri ac truces. (Simile est Aen. II, 771. *tectis urbis furit* Aeneas, h. e. per urbem impetu magno vagatur. *W.*) — 44 *Germani minae*. cf. I, 361 sq. — 49 — 53 *quantis rebus*, opibus, potentia. (res bellicas intelligo; nam sermo est de bello et gloria bellica. *W.*) Mox *deos poscere veniam*, cf. 56., eos placare ac propitios reddere iubet; causam in illis v. 9 quaere: *quae me insomnia terrent*; ad expianda scilicet insomniorum omina. *sacris litatis*, nove hoc dictum, quod Servius etiam notat; nam proprie *litatur diis per sacra*, su-

Dum pelago desaevit hiems et aquosus Orion,
Quassataeque rates, dum non tractabile coelum.
His dictis incensum animum inflammavit amore,
Spemque dedit dubiae menti, solvitque pudorem.
Principio delubra adeunt, pacemque per aras
Exquirunt: mactant lectas de more bidentis
Legiferae Cereri, Phoeboque, patrique Lyaeo;
Iunoni ante omnis, cui vincla iugalia curae.
Ipsa tenens dextra pateram, pulcerrima Dido,
Candentis vaccae media inter cornua fundit;
Aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras,
Instauratque diem donis, pecudumque reclusis

cris, victimis; sed Virgilii exemplo et alii dixere *litare victimas*. — *indulge hospitio*, hospitalitati benevolentiae in eum. Versus 52. 53 ad tempestatem procellosam spectant, quae ad litus Africae Aeneam deiecerat. (*innecte* scil. hospitalibus beneficiis. Sic Stat. Theb. V, 743. *plures moras innectere*, cf. Obss. ad Tib. I, 1, 74. *W.*) *desaevit*, ἀπομηνίει, cf. X, 569. *aquosus Orion*, qui imbres et nimbos affert ortu suo. Sic *Piscis aquosus* Ge. IV, 234. Propert. II, 16, 51. *aquosus Orion* bene memoratur, cf. I, 535.; dum *rates quassatae* (v. I, 551.) et nondum refectae sunt; dum *non tractabile coelum*, alias saevum, asperum, procellosum. (Add. Ge. I, 211. *intractabilis bruma*. Ceterum haec post verba *quassataeque rates* adiecta non placent. *W.*) — 55 *solvitque pudorem* male accipitur, quasi ad impudentiam sit prolapsa. Sed effecit, ut amori iam minus eam puderet succumbere. Pudor adhuc tamquam vinculis tenebat et adstringebat animum, quo minus ea amori se daret.

56 — 59 Ut haec claro perspicias, tenendum, primum de utraque sorore, tum de sola Didone agi; et a v. 60 duo memorari, in quibus occupata sit Dido; ut victimis caesis deos sibi propitios reddat, et, a v. 63, ut exta consulat. — *pacem*, veniam deorum, benevolentiam, v. 60. (*per aras*, h. e. ad aras. Praepositio *per* ad *plures* significandas usurpatur. *W.*) — *Legiferae Cereri*, Δήμητρι θεσμοφόρῳ. Vitae cultu meliore invento, iura ac leges sunt natae, cumque his *legitima* connubia. Servavit Servius ad v. 58 versus Calvi: *Et leges sanctas docuit, et cara iugavit Corpora connubiis, et magnas condidit urbes.* Cur *Phoebo* et *Baccho* sacra fiant, tantum coniectando caussa reddi potest, fortasse ut diis Carthagine olim cultis; si modo poëta accurate in hoc genere versatus est. Religionem *Bacchi* iam lib. I, 734 memoratam vidimus. *Phoebum*, ut Solem, patrium Poenorum numen esse puto, quod idem Saturno assimulabant Romani; etsi Apollinem etiam Carthagine cultum tradunt. v. Hendereich Carthag. p. 217. Servius parum constanter disputat, et Donatus. De *Iunone* Carthaginiensium cf. ad libr. I, 15. Accommodavit Deae coelesti, quod Romani ac Graeci Iunoni suae tribuebant, quae ζυγία et γαμηλία erat. In vs. 60. 61 victimam caedi iubet, ipsa κατάρξασθαι τοῦ ἱερείου, libando vinum in frontem victimae diis eam consecrat. (*fundit pateram* Iuvenalis similiter dixit III, 277. *defundere pelves*. *W.*) — 62 — 64 spectant ad extispicium; nam vi-

ctoribus inhians spirantia consulit exta.
u vatum ignarae mentes! quid vota furentem,
iid delubra iuvant? Est mollis flamma medullas
erea, et tacitum vivit sub pectore volnus.
itur infelix Dido, totaque vagatur
be furens, qualis conlecta cerva sagitta,
am procul incautam nemora inter Cresia fixit
stor agéns telis, liquitque volatile ferrum
scius; illa fuga silvas saltusque peragrat
taeos; haeret lateri letalis arundo.

ne. ad *exta* super felici amo- exitu *consulenda* caeduntur. dit illa ad *pingues aras*, a uibus victimis, *τὰ πίονα μη-* Homeri; ipsa adstat victimis picii caussa caesis. — *Instau- diem donis*, h. e. sacrificiis. rie *instaurantur sacra*, quae tuntur; et est voc. sacrum: lib. V, 94. sed h. l. *dies*, h. ies festus, quo sacra sunt fa- Nova subinde sacra in alte- diem *indicuntur*, ut scilicet sibi meliora obtingant. Hinc *instaurare* Virgilii exemplo Statius (Theb. II, 88.) et Denique *instaurare* poëtis liciter est facere, insti- ; sic *instaurare epulas* 146. VIII, 283. cho- IV, 145, *funus* III, 62. l. Liv. 27, 36. *plebeiis ludis um instauratum est*. Dido in- rat *diem donis* est: celebrem it sacrificiis, h. e. sacrificia ta offert. *W.*) — *spirantia ex-* palpitantia. ut Serv. *inhians*, nti cupidine futura cogno- di. — 65 — 67 *vates* genere- qui futura aperiant; h. l. ex- ces intellige, qui reginae fau- renuntiarunt. Consultos illos de pace deorum impetranda, is ominibus, ut somniorum, nterorum, averruncandis, men- ue curis et terroribus levandis, que de consiliorum successu. *aroe mentes!* cuinam rei? dicis puta exitus et eventus siliorum et amoris Didonis. 66. *ubra*, aditus ad delubra sup. v. 56. (Sensus: sacra, vatum monitu rite oblata, a fatis destinatum irritum reddere nequeunt. *W.*) Exclamationem hanc ex poëtae persona iam olim nonnulli reprehenderunt. Quod tamen in epico poëta reprehendi possit, non tam illud est, si *ex sua persona* affectum interponat, quam si *de sua persona* quidquam intertexat, quippe quae a carmine epico, quod enthusiasmum spirare debet, aliena sit necesse est; nisi fortasse et poëtae persona ad augendam carminis vim valere possit, aut ille nova Musae invocatione animum lectoris advertat; ut aliquoties etiam in Messiade factum videas, v. c. lib. III. pr. *mollis flamma* est lenis, mobilis. *vivit* pr. de vulnere crudo. — 68 — 73 Egregia perditae amantis comparatio, in qua ornanda recentiores passim poëtae elaborarunt. Ex Il. λ, 475 sqq. ductam esse volunt, Macrobii fortasse auctoritate V, 6. Sed Homero Virgilius hic nihil debet. — *fixit agens*, agitans, urgens, ornate; vid. Not. ad Ge. III, 412. *Nescius*, sc. non viderat telum vere in cervam descendisse, sed, frustra emissum credens, reliquerat. Capra fortasse melius a poëta fuisset memorata, quandoquidem ex Solino c. 17 constat, *agrum Creticum silvestrium caprarum copiosum fuisse, cervo eguisse*. Adde Plin. VIII, 58; S. 83. Exsusanda tamen talia in poëta, etsi non commendanda. —

Nunc media Aenean secum per moenia ducit,
Sidoniasque ostentat opes, urbemque paratam;
Incipit effari, mediaque in voce resistit:
Nunc eadem, labente die, convivia quaerit,
Iliacosque iterum demens audire labores
Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
Post, ubi digressi, lumenque obscura vicissim
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos,
Sola domo maeret vacua, stratisque relictis
Incubat; illum absens absentem auditque videtque.

74 Totus locus, qui sequitur ad v. 89, de amoris aestu inter consummatissimos est et unicus, etiam post Apollonii insignem sententiarum copiam et Valerii Flacci acumen libro VII, ac post innumeras recentiorum poëtarum in hoc argumento contentiones. *Brevitatem* quidem in summa rerum copia et *dignitatem* vix quisquam alius est assecutus, si affectum movere et aliis contigit. — 75 (*H. opes* magnificum ornatum urbis, testem opum. *W.*) *Sidonias*, Tyro advectas, v. I, 563: *urbem paratam*, egregie, ut non opus esset, novam quaerere per longos errores. *convivia quaerit*, desiderii notio inest, moram impatienter fert, dum coenae hora illucescat. *H. pendet n. a. ore*, attentissimo animo eius narrationem excipit. *pendere a re* est obtutum oculorum in rem fixum habere. Val. Fl. I, 481. *Pervigil Arcadio Tiphys pendebat ab astro. W.*) — 80 — 83 De nocte sera agi, qua a convivio, sub noctem, *labente die*, instructo, sunt *digressi* convivae, dubitari nequit; hinc et *cadentia sidera*, occidentia exeunte nocte, cf. lib. II, 9. Itaque *lumen obscura vicissim Luna premit*, occulit lumen; nec ad vicissitudinem diei et noctis, nec, cum Burmanno, ad obscurata lunae nitore minora sidera (cf. Horat. I. Od. 12, 46 — 48) referri potest, sed de occasu lunae sub exeuntem noctem accipiendum esse, manifestum fit. — *vicissim*, postquam per tot noctem illuxerat. Decet sa poëtam, certum ac descript tempus ponere pro indefinito, pro quacunque nocte, quae et lunis et illustris esse potest, i ctem serenam nominare. (*vi sim* ponitur etiam, ubi altera quo *vicissim* refertur, nec nominata; tum notat secund vicissitudinem naturae. Ita a Valer. Fl. I, 671. *tollique vi sim pontus habet*. verba *tolli cissim* referes ad *maris*, cum gonautae in altum evehebant tranquillitatem, in cuius loc *vicissim* tempestatem succed vident. *W.*) — *domo vacua*, c vivis dimissis cum ministris, ornatum adiectum. Duabus tionibus haec explicari poss prout in vocabulo *stratis* lect ad dormiendum paratum III. 1 aut torum convivalem, Meta Ovid. V, 34. intelligis. Si ill ponitur, *strata relicta* su quae Dido reliquerat; tum ill amoris aestu iactatam lectum do reliquisse, modo repetis statuas. Ita brevitas quidem o scura, sed bona sententia. M lius vero Lucanus V, 790. *re ctis exsiluit stratis*. Hanc plicationem, ut simpliciorem praeferendam puto alteri, ex q *torum* convivalem intelligunt *r lictum ab Aenea*; quem illum r petiisse, locoque, quo Aeneas disset, incubuisse statuunt, qu furentibus amore hoc saepius tr buitur. Ovid. Heroid. X, 61 sq

Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem.
Non coeptae adsurgunt turres; non arma iuventus
Exercet, portusve aut propugnacula bello
Tuta parant; pendent opera interrupta, minaeque
Murorum ingentes, aequataque machina coelo.
Quam simul ac tali persensit peste teneri

XV, 149. *H.* Si verum est, quod ponunt, discrimen inter *incubare* et *incumbere;* illud posteriori explicationi favet. Quid si more, quem Heynius memoravit, non advocato, Dido ardentem toris convivalibus, *relictis, ubi convivae digressi erant*, virtutem Aeneae et conditionem suam, vota et rationem iis potiendi animo reputantem incubuisse mecum statuas? Neve eadem notio bis exhibita — *vacua* — *relictis* te offendat, compares Aen. III, 123. *Hoste* vacare *domos, sedesque adstare* relictas. *W.* Quod praeclare subiicitur *illum — videtque*, ornatu maximo enuntiavit Apollon. III, 453 — 458. — 84 *gremio*, cf. I, 718. *H. imagine*, patrem Ascanius ore et lineamentis referebat. — *fallere amorem*, h. e. expellere in praesens animo curas amoris; ut apud Horatium Sat. II, 7, 114. *fallere curam* dicitur. *W.* — 86 — 89 *arma exercet* exquisitius quam *se in armis;* nam *exercere* est proprie movere, motu versare, agitare, tractare, quo ipso usum rei assequimur; hinc omnino agere, peragere, ut 99. 100. — et mox *pendent* pro sunt. (*pendere* de rebus, quae non perficiuntur. *W.*) et *minae murorum*, muri alti, quasi altitudine sua minantes; hoc simplicissimum et usu poëtae frequentatum: sup. I, 162 *Hinc atque hinc vastae rupes geminique minantur* in coelum *scopuli.* De eminentiis murorum ac pinnis, ἐκάλξεσιν, acceperunt iam veteres, v. Serv.; sed hoc sensu *minae* technicum, adeoque vix poëticum, et seriorum quidem scriptorum vocabulum fuisse videtur. — *machina* simpl. moles, aedificium; sic melius puto, quam de tignis statutis et colligatis, quibus insistunt, qui muros conficiunt (nobis *Gerüste*). *H.* instrumenta intelligo, qualium est in bello usus. *Haec* et *muri* sunt *opera*, quae pendent. *W.*

90 sqq. Iuno, quae Troianos, ex urbis excidio servatos, saltem in maritimo cursu perdere voluerat, ne Italiam adirent, tantum abesse videt, ut tempestas commota Troianorumque in Africae litora eiectorum egressus procedant, ut hoc ipsum hospitium Troianis saluti sit. Mutatis igitur ex re consiliis, servatos se invita Troianos arcere saltem studet ab Italia; itaque id agit, ut Troiani cum Poenis una civitate iungantur; ita destinatum fatis terrarum imperium se in Africam aversuram ab Italia et translaturam esse: (105. 6.) Hoc se effecturam sperat, Aeneae Didone coniugio adiuncta. Approbare hoc consilium parat Veneri: quae, cum satis teneret, fatale esse, Aeneam in Italia considere (v. sup. I, 258), dissimulat tamen, et dubitationis tantum loco hunc fatalem rerum ordinem memorat; ceterum rem Iunonis arbitrio permittit, utque Aeneas cum Didone congrediatur, facile patitur, cum, ad summam causae nihil inde mali timendum esset. Neque enim probabile videri poterat, Troianos inter Poenos malle considere, quam regnum in Italia condere et levem id concessurum non esse bene tenebat. Habuit poëta in consiliis Iunonis

Cara Iovis coniunx, nec famam obstare furori,
Talibus adgreditur Venerem Saturnia dictis:
Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
Tuque puerque tuus; magnum et memorabile numen,
Una dolo divom si femina victa duorum est.
Nec me adeo fallit, veritam te moenia nostra
Suspectas habuisse domos Carthaginis altae.
Sed quis erit modus? aut quo nunc certamina tanta?
Quin potius pacem aeternam pactosque Hymenaeos
Exercemus? habes, tota quod mente petisti:
Ardet amans Dido, traxitque per ossa furorem.
Communem hunc ergo populum paribusque regamus
Auspiciis; liceat Phrygio servire marito,

et Veneris conferendis Apollonium Rhodium lib. III. pr. ante oculos, sed suae rationi singula praeclare accommodavit. — 90 — 92 *peste*, exitioso morbo, amore. cf. I, 712. *famam*, h. e. curam famae; non illam iam metu malae famae revocari. cf. v. 170. — *H. aggreditur*, interpretarer: tentat, et inesse putarem notionem capiendi, in sententiam suam dolose pertrahendi, ut in verbis *aggredi aliquem pecunia*. Sall. Iug. c. 28, nisi a versu 476. illa esset aliena. Est igitur apud Maronem *alloqui*, ut *invadere* usurpatur, 265. *W.* 93 — 98 *spolia* ornate pro victoria. *puer*, παῖς, filius, res nota vel ex Horatio. — *numen* erit scilicet vestrum, h. e. vos, dii, si circumveneritis duo unam feminam. cf. Ovid. Met. IV, 416. Lectio *numen* praeferenda mihi videtur alteri *nomen*, κλέος, gloria. *H.* Sensus verborum Iunonis: *Egregie vero vicistis, si feminam in amorem induxistis*, ita declaratur, ut pro victoria *laus* et *spolia*, quae illam sequuntur, posita sint. Si quis *laudem retulit*, eius nomen notum esse patet; sensus igitur praestantior et fortior inest lectioni *numen*, quam amplector. Ex victoria enim deorum magna eorum consequitur veneratio, *numen* fit *memorabile*, ὄνομαστόν. Pro *quandoquidem — victa* usurpatur *si — victa est*; apte: quippe qua coniunctione cum indicativo iuncta, sibi de victoria non certo constare, Iuno dissimulanter (cf. 100) significare voluerit. *W.* — 96 *Nec adeo*, nec plane ignara sum te *suspectam habuisse* Carthaginem, veritam, ne Troianis exitium inferrent Poeni. *H. Nec me adeo fallit*, h. e. nec adeo hebes sum, ut me fallat. — *Sed quis modus?* sc. inimicitiam exercendi, cf. Ecl. I, 28. *W.* conf. I, 671. — *certamine tanto?* sc. opus est, olim codicum consensu lectum. Sed vera lectio: *quo nunc certamina tanta?* — 100 v. sup. I, 673 sqq. (*traxit furorem*, cf. Not. ad Ecl. IX, 49. Exquisite adiectum est *per ossa*. *W.*) — 102 *paribus auspiciis*, bene Serv. *aequali potestate*. Non enim nunc nuptiarum auspicia intelligenda, sed a magistratibus, qui auspicia habent, maiora vel minora, petitum, et ab imperio militari. *regamus* populum, tamquam dii praesides, (*communem*, ita ut nobis communis sit, h. e. communiter, communi imperio, cf. Not. ad Ge. II, 247. *W.*) Verbo, ait Iuno par et aequale tectae ius Veneri et sibi in Tyrio

que tuae Tyrios permittere dextrae.
sensit enim simulata mente locutam,
egnum Italiae Libycas averteret oras;
ıtra est ingressa Venus: Quis talia demens
t, aut tecum malit contendere bello?
o, quod memoras, factum fortuna sequatur.
is incerta feror, si Iuppiter unam
elit Tyriis urbem Troiaque profectis,
ve probet populos, aut foedera iungi.
iunx; tibi fas animum tentare precando.
sequar. Tum sic excepit regia Iuno:
erit iste labor. Nunc qua ratione, quod
instat,

inos fore. — 103. 104 um spiritu ac fastidio m Didonis et Aeneae si- Iuno: *liceat Didonem* in potestatem venire, *marito Phrygio*, exter- suli; de Phrygum con- gentis mollitie nunc no- ari; et liceat eam *per- otales*, in dotem afferre, Carthaginis regnum, *dex- e*, tibi socrui nurum. *permittere dextrae tuae* e tuae permittere, ut ad *maritum* pertineat. ocrus Didus, Carthagi- facta esset dea tutela- Servius omnia ad coem- efert, qua Dido in ma- ;ii potestatem quasi em- aes et libram venisset; ltero versu rem parum

107 Verba interposita *m*, causam reddunt, cur mulate responderit. *W.* *mente*. δολοφρονέουσαν, rus aliquoties. — 107. atio, inquit. — *averteret* tius quam transferret in Carthaginem. *ingressa* ationem; mox *excepit*. ssa sc. dicere, ut plene ero ad Attic. XV, 11. Cf. . 868. Compone usum ipere Ge. IV, 386. *W.* — odo — *factum fortuna sequatur*, si modo, facto hoc, quod vis, eventus optatus ex sententia accidat, si modo res ipsa votis tuis respondeat. 110 — 115 *Sed incerta feror fatis*, h e. sum de fatis; dubito, an Iupiter, qui fatorum auctor est, velit sq. (*incerta fatis* nova est constructio; vulgarius apud poëtas *incerta fatorum*. Similem puta constructionem adiectivorum *peritus*, *callidus* cum casu sexto. *feror*, φέρομαι, statum rei durantem notat. Aen. X, 630. *ego veri vana feror*, cf. IV, 376. — *tent. prec.* cf. 413. *W.*) — Cum ceteris comparare solent Il. ξ, 211 sqq. — 115 *Mecum erit iste labor*. Ex antiquo, puto, sermone, pro mihi, apud me erit, παρ' ἐμοὶ ἔσται, mihi curae erit, incumbet. Burmannus laudat Silium VIII, 328. *Mecum erit haec prorsus pietas*. Verum ex nota ad Ecl. II, 12 apparebit faciliorem expediendi modum ac verum esse, si comparas cum locis ibi laudatis et usu Maroniano vocis *mecum*: *labor* tibi *erit mecum*, me una allaborante, pro vulgari, ego allaborabo tecum; communis utrique erit labor. *H.* Priorem rationem veriorem puto. Nam similes etiam sunt Graecis usitatae compositiones, qualis συνεῖναι πόνῳ. cf. Arist. Nub. 1408. γνώμαις δὲ λέπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις. Et sibi soli laborem,

Confieri possit, paucis, adverte, docebo.
Venatum Aeneas unaque miserrima Dido
In nemus ire parant, ubi primos crastinus ortus
Extulerit Titan, radiisque retexerit orbem.
His ego nigrantem conmixta grandine nimbum,
Dum trepidant alae, saltusque indagine cingunt,
Desuper infundam, et tonitru coelum omne ciebo.
Diffugient comites, et nocte tegentur opaca:
Speluncam Dido dux et Troianus eamdem
Devenient. Adero, et, tua si mihi certa voluntas,
Connubio iungam stabili propriamque dicabo.
Hic Hymenaeus erit. Non adversata petenti
Adnuit, atque dolis risit Cytherea repertis.
Oceanum interea surgens Aurora relinquit.
It portis, iubare exorto, delecta iuventus;
Retia rara, plagae, lato venabula ferro,

Iovem in sententiam suam perducendi, deposcere videtur Iuno. — Ceterum *quod instat* proprie dictum pro: quod peragendum est, ut apud Nepot. Them. c. 1. *de instantibus verissime iudicabat. W.* Mox *miserrima* Dido, quoniam in magno amore proprie dicitur *miserum*. — 120 Ergo habemus et hic Iunonem κεραυνοβόλον, ut sup. I, 42 Minervam. — 121 *alas* Servius de equitibus accepit, quem sequuntur alii viri docti, ut illi *trepident*, festinent: de illis, qui indaginem constituunt, aut qui silvas agitant, ut feras excutiant, alii. Mihi semper placuit illa ratio, ut *alae* de pinnis in formidine (cf. Ge. III, 372.) acciperentur; *hae trepidant*, motu tremulo, *saltusque indagine* et plagis *cingunt*. Silii auctoritatem huic interpretationi laudari posse puto lib. II, 417 — 19, ubi h. l. respicit: *it clamor ad auras Latratusque canum, subitoque exterrita nimbo Occultant* alae *venantum corpora silvis*, h. e. venantes latebant post alas indaginum. — 122 movebo tonitrua per totum coelum. — (*devenient spel.* Constructionem refert Val. Fl. I, 845. *silvas camposque devenire. W.*) — 126 Versus idem I, 73. Laudatur honestas verborum tali in re. — 128 Venus risit insidiosam Iunonis orationem, quum, eius consilia eventum non habitura esse, bene nosset. v. ad v. 90. *dolis repertis* Servius compertis vel deprehensis interpretatur, idque Burm. sequitur. Malim *dolos repertos*, excogitatos a Iunone, inventos, intelligere, ut *consilia reperta* et similia. Et sic sup. II, 164 *scelerum inventor Ulixes. risit dolos repertos* est vulgaris ratio. *H.* Posterior ratio unice vera. Nam Venerem fallaciam Iunonis deprehendisse, iam 105. 106. erat notatum. Add. Nep. Them. c. 1. *Celeriterque, quae opus erant, reperiebat.* Monendum et illud, *dolis repertis* esse sine dubio casum sextum cf. Obss. ad Tibull. I, 8, 73. *W.*

129 Homericum Ἠὼς μὲν κροκόπεπλος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων Ὤρνυτο passim obvium. — 130 — 132 cf. interpretes ad Grat. Cyneg. 223. *iubare* h. l. solis. Nimis subtiliter Servius ad Luciferum refert. (Si Heynii interpretationem amplecteris, scribe-

Massylique ruunt equites, et odora canum vis.
Reginam thalamo cunctantem ad limina primi
Poenorum exspectant, ostroque insignis et auro
Stat sonipes, ac frena ferox spumantia mandit
Tandem progreditur, magna stipante caterva,
Sidoniam picto chlamydem circumdata limbo;
Cui pharetra ex auro, crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula vestem:
Nec non et Phrygii comites et laetus Iulus
Incedunt. Ipse ante alios pulcerrimus omnis
Tetigit se socium Aeneas, atque agmina iungit:
Talis, ubi hibernam Lyciam Xanthique fluenta
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo,
Instauratque choros, mixtique altaria circum
Cretesque Dryopesque fremunt pictique Agathyrsi:

reliquit, quod et in manu emendatrice. *yli* h. l. simpl. de *canum vis*, nota formerica *βίη Ποδάρκοιο*; prie canes robusti. *fida canum* Lucretius praeiverat. cf. esseling. Obss. II, 14. *odorus* ve, qui odorem sequitur, sax. (*plagae — ruunt equites. Rea rucre* dicuntur pro celeriter rri. *transire* illa dicit Horatius p. I, 6, 58. *Qui mane plagas nabula servos Differtum transre forum iubebat. W.*) — 133 *nctantem*. Servius acute: mobatur studio placendi, accommote ad illud Terentianum: *dum oliuntur, dum comuntur, annus t.* Vereor tamen, ut de hac egantia cogitaverit Maro; *cunantem* ex poëtica ratione adiet, ornandi causa, cum *expeant* posuisset. — 137. — 139 hlamyde est induta purpurea, ius oras ambit limbus acu vel idio pictus et variegatus. *crines odantur in aurum* doctius quam uro, aurea fascia, vel, ut Serv., ireo retiolo, quod colligit comas, ae Graecis *κρωβύλη* (saltatius *κώβυλος*) dicitur; reticulum est iis. (*cui — crin. nod.* satis nm pro vulgari esse: cuius crines nodantur. Ex constructione verbi *nodare in*, ad rationem verborum motus, illi notionem verbi *inlere* inesse, apparet. *W.*) *Fibula* in chlamyde, *subnectit* simpl. nectit in humeris vel pectore. Si tamen *subnectit* proprie dixit, ut Aen. V, 313 de balteo seu cingulo est accipiendum, quo tunica succingitur. *H.* Vid. Not. ad I, 492 *W.* — 141. 142 *pulcerrimus*, Veneris munere puta, lib. I, 589 sqq. *agmina iungit*, se adiungit agmini. cf. inf. XI, 145. (Add. II, 267. *Adcipiunt socios atque agmina conscia iungunt*, ac. sibi. *W.*) — 143 — 149 Lecna exquisita doctrina expolitus. Aeneas comparatur cum Apolline, festo die prodeunte ad choros ducendos, ut sup. I, 498. Dido cum Diana. Hieme Pataris Lyciae exacta, narratur deus adire Delum, matri Latonae sacrum (*maternam*), verno tempore festorum sollemnium die instante. Instituuntur chori in dei honorem; sed augustius est, quod ipse deus choros parat. *instaurare* cum dilectu; est voc. religiosum et sacrum. conf. sup. ad 63. Ducuntur chori ab iis, qui vel sacra curant vel frugum primitias Delum apportant. Sunt ii *Cretes* (v. Hymn. Homer. in Apoll. v. 391 sq.: 535 sq. Tibull. IV, 1, 8.) *Dryopes* (v. Pau-

Ipse iugis Cynthi graditur, mollique fluentem
Fronde premit crinem fingens, atque inplicat auro;
Tela sonant humeris. Haud illo segnior ibat
Aeneas; tantum egregio decus enitet ore.
Postquam altos ventum in montis atque invia lustra,
Ecce ferae, saxi deiectae vertice, caprae
Decurrere iugis; alia de parte patentis
Transmittunt cursu campos atque agmina cervi
Pulverulenta fuga glomerant, montisque relinquunt.
At puer Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo; iamque hos cursu, iam praeterit illos,
Spumantemque dari pecora inter inertia votis
Optat aprum, aut fulvum descendere monte leonem.
Interea magno misceri murmure coelum
Incipit; insequitur commixta grandine nimbus.
Et Tyrii comites passim, et Troiana iuventus,
Dardaniusque nepos Veneris, diversa per agros

san. IV, 54.) et *Agathyrsi* pro Hyperboreis, de quibus v. Callim. in Del. 281 sq. *picti*, ut *Geloni* Ge. II, 114., ubi vid. Diserte Mela memorat I, 2, 86. *Agathyrsi ora artusque pingunt.* cf. Salmas. ad Solin. p. 133. Ii *fremunt*, saltant canendo, circa aram. *H.* Coniunctio *que* (*Cretesque*) vel ante consonantem unam in arsi producitur III, 91. *Liminaque laurusque.* Vide an iungas: *qualis — ipse* (Apollo) *graditur — haud illo segnior ibat Aeneas.* Si hoc placebit, semicolo post *iungit*, commate post *Agathyrsi*, et colo post *humeris* distingues. — *ipse* adiectum propter interposita nomina *Cretes*, *Dryopes*, *Agathyrsi*. *W.* In humeris pharetra, et redimitus est laurea vittae aureae innexa; sed maius phantasma, quod tela sonant, deo incedente; quodque *crinem fluentem*, effusum, qualis Apollinis est, *premit fingens* fronde. *aurum* vittam auream, diadema notat. — 149. 150 Duplex igitur comparationis momentum et concitatioris incessus et pulchritudinis: tam alacri gressu et tam pulcher incedebat Aeneas. — 151 — 155 In v. 152. 153 potest Homerus obversatus esse Il. δ, 106 — 108. *deiectae*, quae se deiecerant, desilierant. *H.* Puto, *deiectae* per venatores. Aen. X, 707. *de montibus altis actus aper. W.* — Cervos alia parte ex montibus decurrentes per campos agminatim fugere ait. De cervis in Africa cf. sup. I, 184. (*transm. cur.*, transcurrunt. *W.*) — 156 — 159 Iuvenilem exsultationem sentis, puto. Sed simul expendendus verborum delectus — quam contemtim: *pecora inertia!* Importunum est, illud in memoriam revocare, quod Ascanius Paphum a Venere aretus erat lib. I, 691 sq.; neque erat, quod poëta nunc, eum rediisse, moneret, in re tenui, in qua ministerium divinum memorari nihil attinebat. *H. votis optat*, quae Dianae fecisse videtur, cf. Ecl. VII, 29 — 32. *W.*

160 sqq. In copia et ornatu brevitatem et vim agnosce. (*miscere*, moveri. Val. Fl. I, 586. *hinc olim soliti miscere polumque Infelixque fretum*, h. e. movere, turbare. Nam sequitur *que — que*. Male ibi interpretes de undis ad coelum usque erectis cogitant.

Tecta metu petiere; ruunt de montibus amnes.
Speluncam Dido dux et Troianus eamdem
Deveniunt. Prima et Tellus et pronuba Iuno
Dant signum: fulsere ignes, et conscius aether
Connubiis; summoque ululârunt vertice Nymphae.
Ille dies primus leti primusque malorum
Causa fuit. Neque enim specie famave movetur,
Nec iam furtivum Dido meditatur amorem;
Coniugium vocat; hoc praetexit nomine culpam.
Extemplo Libyae magnas it Fama per urbis,

W.) — 164 *Tecta* omnino loca, nibus tegimur, arbores, caver- ae etc. Concubitum ipsum sileri- uis miretur, aut poëtae pudorem n eo multis verbis praedicet? uasi vero in epico carmine con- uetudinis cum muliere descriptio ccurata dari debuerit. Quod in eteris honestati studet poëta, ad emporum magis quam ad poëtae ndolem referendum videtur, di- ersum scilicet ab Homerico aevo. Quod denique honesto *nuptiarum* ic *coniugii* (*connubii* 168) nomine urtum hoc amantium appellat, id id servandam dignitatem Aeneae it Didonis pertinet. Putant intpp. Calypsus speluncam Vir- gilio obversatam. Quod v. 195 ub ingressum speluncae non *pius Aeneas*, sed *dux Troianus*, appel- atur, eximio poëtae iudicio fa- tum, Steelius post Addisonum bservasse fertur; nimis argute itique. Nam epicis poëtis talia ro simplici et proprio sunt no- mine; quippe quae tantum ad rnatum et varietatem valent. — 166 — 168 Mala nuptiarum omina enarrare debebat poëta, et enar- rare videtur: motum terrae, aëris fragorem vento concitati, ful- mina et per montium iuga audi- tos clamores vel ululatus, quae omnia, cum tempestate et pro- cella magna interdum coniuncta, praeclare ad deas pronubas, Tel- lurem et Iunonem, et ad Nym- phas, ut carmen nuptiale canen- tes, referuntur. conf. Ovid. Epist. VII, 95. 96. *Prima* malim pro *primum* accipere. Ad ululatum Nympharum, qui fit sensu pro- cellarum et terrore, et hic pro omine accipitur, cf. Apollon. III, 1218. *Tellus*, interdum cum Ve- sta, inter deas nuptiarum auspices, ex disciplina Etrusca, v. Serv. ad h. l.; nec mirum, si Tellu- rem genetricem et altricem om- nium rerum cogites. conf. Orphi- cos Hymnos XXV. — 169. dies ἀρχέκακος, Homerico voc. Il. ε, 63. (Thucyd. II, 12. ἦδε ἡ ἡμέ- ρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει. *W.*) Mox *species* pro de- coro positum videtur. Non iam dedecoris vel infamiae metu mo- vetur. — 171. 172 Nec iam clam amat, non celat amorem. *prae- texit culpam nomine* exquisitius, quam vulgare *nomen culpae*, ob- tendere, ad excusationem. v. inf. 500. *II.* Ita quidem *praetendere* construitur. Cic. in Vatinium c. 6. *hominis doctissimi nomen immanibus moribus praetendere. culpa* est amor illegitimus, ut Tac. Ann. III, 24. *W.*)

175 — 188 Nobilissimus de Fama locus. Velocissimam esse ait; augeri monstri velocitatem ipso cursu; crescere et ipsam speciem; mox v. 180 addit: esse illud ala- tum, toto corpore plumis, auri- bus, oribus oculisque consitum. In reliquis v. 184 sq. assimula- tur strigi, avi nocturnae. In non- nullis Homericam Eridem ante oculos habuit poëta Iliad. δ, 440 — 443 fortasse cum Cerere Cal- limachi H. in Cer. 69, ex eadem

Fama, malum, quo non aliud velocius ullum:
Mobilitate viget, viresque adquirit eundo;
Parva metu primo, mox sese adtollit in auras.
Ingrediturque solo, et caput inter nubila condit.
Illam Terra parens, ira inritata deorum,
Extremam, ut perhibent, Coeo Enceladoque sororem
Progenuit, pedibus celerem et pernicibus alis;
Monstrum horrendum, ingens, cui, quot sunt corpore plumae,
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu,
Tot linguae, totidem ora sonant, tot subrigit auris.
Nocte volat coeli medio terraeque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno:
Luce sedet custos aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, et magnas territat urbis,
Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.
Haec tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, et pariter facta atque infecta canebat:
Venisse Aenean, Troiano a sanguine cretum,
Cui se pulcra viro dignetur iungere Dido;
Nunc hiemem inter se luxu, quam longa, fovere

Eride adumbrata, in primis in versibus 176. 177 *mox sese attollit* etc. Virgilium aemulatus est Ovid. XII, Met. 39 sqq., et felicius Statius Theb. III, 426 sqq., ubi illa in comitatu Martis. Valer. Fl. II, 116 sq. et Ovidium et Virgilium expressit. — 173 Od. ω, 412 Ὅσσα δ' ἄῤ ἄγγελος ὦκα κατὰ πτόλιν ᾤχετο πάντῃ. — 174 Fama, malum velocissimum. (Mirum in modum mihi arridet lectio praestantissimorum librorum *qua*, librario aberranti non tribuenda. *W.*) — 175 ornate, pro mobilis, celeris, est. Verba ex Lucretio petita VI, 340. — 176 Primo *parva metu*, metuens scilicet, inquit Servius, redargui, cohibet se, *quod initio cautius loquatur*; mox, sumta licentia, altius exsurgit. Cogitandum est de fama sinistrum aliquem eventum aut malum imminens nuntiante, unde *metus* animos incessit. Incrementa rumoris ex ipso progressu, ipsa corporis specie increscente et aucta repraesentantur ad oculorum sensum. — 178 — 180 Genealogia antiqua, Hesiodeae similis. Coeus Terra ex Coelo, v. Theog. 133. 134, vel ex Tartaro peperit. conf. Hygin. praefat. ibique Munker. Sic et Gigantes ex Coelo nati Apollod. I, 6, 1. in quibus Enceladus ibid. s. 2., de eo sup. III, 578. Propter corporis magnitudinem Gigantum familiae Famam adnumerare potuit. — *ira deorum*, irata diis propter Titanas in Tartarum coniectos. v. Apollod. I, 6, 1. ibique Obss. — 183 ornate pro: tot ora ei sunt et aures; tota est oculata, aurita et vocalis. (volatus ornate describitur adiectis verbis *medio coeli terraeque*, cf. 256. — 190. *gaudens*, τερπόμενον. Participium ita non raro absolute ponitur. Val. Fl. I, 600 (inventus) *ingenti gaudens domat aequora velo*; ubi cave iungas *gaudens velo ingenti*. *W.*) — 196 *hiemem, quam longa*, ut Graeci h. c. hiemem totam, conf. ini.

Maeonia mentum mitra crinemque madentem
Subnixus, rapto potitur: nos munera templis
Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.
Talibus orantem dictis, arasque tenentem,
Audiit omnipotens, oculosque ad moenia torsit
Regia, et oblitos famae melioris amantis.
Tum sic Mercurium adloquitur, ac talia mandat:
Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis;
Dardaniumque ducem, Tyria Carthagine qui nunc
Exspectat, fatisque datas non respicit urbis,
Adloquere, et celeris defer mea dicta per auras:

Serv. (Huic favent verba 217. *rapto potitur; raptum* enim est *rapta* Dido, abducta quasi Iarbae. *W.*) — *semiviro c.* cf. inf. IX, 617. *Moeonia — Subnixus* respicit Phrygiam mitram, h. e. *pilum incurvum*, ut Serv. habet, *de quo pendebat etiam buccarum regimen*, binis vel ternis fimbriis seu fasciis descendentibus, quae abter mentum colligari solebant. *a subnixus*, mento ac crine subnixo mitra; scilicet subligatum mitra habens *mentum crinemque madentem* unguentis. *redimicula* ... ea inf. IX, 616. (Probant ... librorum nonnullorum lectio... *subnexus. W.*) Res in veteribus monumentis obvia et notata Winkelm. *Gesch. d. Kunst* p. ... *Monum. ant. ined.* p. 155.) — *Maeoniam* pro Phrygia dixit, ut ...ta, petitum a vicina gente. ... proprie Maeones diversi a Phrygibus. *rapto potitur*, gravi... pro stupro fruitur, ut Serv. *Quippe*, scilicet, δή, δηλαδή. *H.* ...sus: Nec mirum, Aeneam ...i esse praelatum; hanc enim ...ulsam pietas mea est merita. ...nia acerba vocabulo *quippe* in... quod tum postponitur. Cic. Mil. c. 12. f. *movet me quiplumen curiae.* Cf. sup. I, ... *W. famamque fovemus inanem*, opinionem de potentia dei. ...ec multo magis invidiosa in religione nova, nuper demum inducta, vide v. 198 sq. Fundus in nobilissimo loco Hecubae Euripideae v. 492 sqq. Ὦ Ζεῦ, τί λέξω; πότερά σ' ἀνθρώπους ὁρᾷν; etc.

219 — 221 *aras tenentem*, ex ritu precantium — *oblitos famae melioris amantes*, egregie dictum, et ad sensum animi praeclare, et ad vitae usum salubriter. conf. sup. 170. — 222 sqq. Ex Od. ε, 28 sqq.: 43 sqq., ubi Mercurius ad Calypso mittitur, ut Ulyssem illa dimittat, (non ex Iliad. ω, 333 sqq) esse haec expressa, iam ab aliis notatum. Non tamen ibi copiosa illa Mercurii ad iter se accingentis descriptio aeque displicet, atque ea, quam Virgilius subiungit v. 238 sqq.; credo, quod hic maiore cum festinatione omnia aguntur, itaque omnis mora interposita legenti gravis est et molesta. — 223 *voca Zephyros.* Ut *venti vocantur*, navi parata velisque expansis, (v. sup. III, 253): h.l. *Zephyri* (dicti pro ventis) pennis sive alis, aptatis a Mercurio ad ventum excipiendum, velorum instar, et nunc quidem pedibus; nam inf. v. 239. *primum pedibus talaria nectit.* Heinsius *voca* et hic exponit *provoca*, ut Ge. III, 193 *tum cursibus auras, tum vocet.* — 225 *exspectat* h. l. pro moratur. *fatisque datas* (v. I, 382 et al. pro monstratas) *urbes*, v. I, 258;

Multa Iovem manibus supplex orasse supinis:
Iuppiter omnipotens, cui nunc Maurusia pictis
Gens epulata toris Lenaeum libat honorem,
Adspicis haec? An te, genitor, quum fulmina torques,
Nequidquam horremus, caecique in nubibus ignes
Terrificant animos, et inania murmura miscent?
Femina, quae nostris errans in finibus urbem
Exiguam pretio posuit, cui litus arandum,
Cuique loci leges dedimus, connubia nostra
Repulit, ac dominum Aenean in regna recepit.
Et nunc ille Paris, cum semiviro comitatu,

res coronis referendum. Iuncta autem: *sacraverat*, consecraverat, *ignem* perpetuum, in aris, *solum pingue cruore pecudum*, magnum victimarum numerum, et *limina florentia sertis*, h. festos sollennesque dies. Mox 204 est: ante deorum signa. (cf. Not. ad I, 447. *W.*) — 206 — 210 Tales preces saepius occurrunt: primum Il. η, 446 sq. et al.; sed, quod tam impiam vecordiam Iarbae tribuit, hoc calidissimis et ferocissimis Afrorum ingeniis adcommodatum esse videtur. Vide modo Herodot. IV, 173 et 184. — *Maurusia gens*, Mauri, vel Mauretani, quibus h. l. Iarbas imperare traditur, apud Iustinum XVIII, 6. *Maxitani* sunt, iidem fortasse, qui *Mazyce* vel *Maxyes*, Nomadum genus, sive improprie Mauri a poëta dicti (inf. 320 *Nomades*), sive illi ab initio eas terras tenuerunt, quas postea Numidae occuparunt; quamquam et hi origine Mauri esse potuere. Nam *Numidarum* nomen non tam stirpem, quam vitae genus, Nomadum, designat, pluribus diversae stirpis populis commune. — 207 *libationem*, quae in epulis cibo sumto facta (v. I, 728.) omnino pro cultu sacro ac religione dixit, ut poëta. — *toris pictis* v. sup. I, 708, ubi tamen melius locum suum tueri videntur, quam inter Mauros. (*Len. hon.* h. e. vini honorem, Stat. Silv. IV, 6, 80 *Lenaea dona W.*) — 208 *Adspicis haec?* formulam illustrant ex Il. η, 448. — 209 *caeci ignes*, h. l. non sunt occulti, invisi, sed vel qui vani, inanes sunt, vel qui temere et fortuito feruntur, quasi caeco impetu. — duplex iunctura locum habet, aut, ut *ignea* et *murmura* sint subiecta; tum tonitrua *miscent*, h. l. turbant, animos, ut et alibi; aut ut unum sit subiectum *ignes*, qui *miscent inania murmura*, movent, faciunt tonitru vanum, sine effectu. (Posterius verum; nam compositio *murmura miscent animos* intoleranda est. *W.*) — 211 Rem v. lib. I, 365 sqq. — 212. 214 *litus arandum*. Argutantur intppr. Est litoralis plaga et ager in terra mari vicina. — *loci leges dedimus*, ius, imperium loci, locum possidendum; ita malim, quam locum sub certa lege. (*leges dare alicui* est potestatem alicui dare legum, *loci*, h. e. quibus locus regatur, constituendarum. Diverso prorsus sensu usurpatur alibi *leges alicui dare*, et *lex loci*. *W.*) *dominum*, non maritum, ut alibi saepe, sed invidiose, participem regni. — 215 — 218 *Paris ille*; doctius fortasse quam pro Iarbae Mauri persona; mollis ille Troianus, qualis Paris apud Homer. Il. γ, 391 sq.: aut, quatenus Aeneas, ut alter Paris, alii quasi pactam coniugem eripuit. Sic e

Naviget: haec summa est; hic nostri nuntius esto.
Dixerat. Ille patris magni parere parabat
Imperio: et primum pedibus talaria nectit
Aurea, quae sublimem alis, sive aequora supra,
Seu terram, rapido pariter cum flamine portant;
Tum virgam capit: hac animas ille evocat Orco
Pallentis, alias sub Tartara tristia mittit;
Dat somnos adimitque, et lumina morte resignat;
Illa fretus agit ventos, et turbida tranat
Nubila. Iamque volans apicem et latera ardua cernit
Atlantis duri, coelum qui vertice fulcit,

274. 275: VI, 756. Mox *nuntius* id, quod nuntiatur.

238 sqq. Ex Odyss. ε, 43 — 49. haec adumbrata. Idem versus Il. ω, 339 exstant; adde Od. ω, pr. Virgilium secuti sunt alii, ut Statius I Theb. 303 sqq. Ovidius etc. Sed classicus de Mercurii officiis locus hic. — 241 *pariter cum flamine* Homericum ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο, ut Od. ε, 46. *vocat*, v. c. Protesilaum. v. Hygin. f. 103. cf. Orphic. Hymn. 56: Aeschylus Pers. 639 sqq. — *mittit*, ducit, Gr. τὰς ψυχὰς πέμπει, ψυχοπομπος. *dat somnos adimitque* ex Odyss. ω, 4. — *lumina morte resignat*. Quis verbi sensus sit, dubitatur. Serviana ratio est, qua per *claudit* redditur. Nove tum pro obsignare, occludere, dictum *resignare*. Verum nec exemplum memoratur, in quo seu *resignare*, seu simplex *signare* eo sensu usurpetur sit, nec alibi facile hoc Mercurii officium laudatur, ut morte oculos claudat; etsi in talibus opiniones veterum variant vel maxime. E vulgari usu loquendi *resignare* idem est ac solvere; proprie quidem signata ac clausa aperire. Solvuntur autem oculi morientium, vitali vi ademta, vigore ac lumine motuque detracto. Ita Mercurius mortis arbitrium habet, saltem animas corpore solutas excipit, et in Orcum dedusit. (Et Forcellinius interpretatur: resolvere oculos labefactata eorum structura. *W.*) — 245 *Illa fretus*, ut toties Homerus πεποιθὼς, pro *ea usus*, habens eam, *cum illa*. *H.* Latinitas postulare videtur, ut *illa fretus* sit: illa adiutus, cf. Aen. V, 120. Neque aliam significationem πεποιθὼς habet apud Homerum, aut *confisus* apud Lucan. V, 553. *ausa volare Ardea sublimis pennae confisa natanti*. Cum igitur *Illa fretus agit* idem sit, ac si dixisset: *Hac agit*, interpunctionem plenam post *resignat* sustuli. *W.* — *agit* ante se, quis dubitet? dum volatu per auras fertur. — 246 — 251 Famosum Atlantis nomen iam in vetere Graecia navigantium, puto, fabulis, mox ut ceterae fabulae Libycae, in carmina epica de Perseo, Hercule, Argonautis, receptae. cf. Obss. ad Apollod. p. 271. Obvia vel rudi hominum generi imago montis in viri effigiem conversi; hinc ducta frequens illa Atlantis tamquam vasti gigantis descriptio; eumque coelum inniti videatur altissimorum montium vertici, hinc Atlas coelum ferre creditus. Apud Pind. Pyth. I, 36. Aetna οὐρανία πλοκὶς et Homer. Odyss. α, 52 — 54 de ipso Atlante ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς etc. unde alii. Reliqua de Atlante firmat Leo Africanus Descript. Afric. p. 25. 26. — *duri*, recte Serv. laboriosi, propter aetumnas, quas tolerat. v.

Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
Piniferum caput, et vento pulsatur et imbri;
Nix humeros infusa tegit: tum flumina mento
Praecipitant senis, et glacie riget horrida barba.
Hic primum paribus nitens Cyllenius alis
Constitit; hinc toto praeceps se corpore ad undas
Misit, avi similis, quae circum litora, circum
Piscosos scopulos, humilis volat aequora iuxta.
*Haud aliter terras inter coelumque volabat,
*Litus arenosum Libyae ventosque secabat,

249 sqq. — *Piniferum* vix proprie a poëta dici potuit; et dubites, an Libyae iuga pinus alant. cf. Plin. V. 1: Solin. c. 37. Virgilium aemulatus est Silius I, 202 sq., sed suo more, ut in singulis partibus variandis vel transferendis operam ludat. — 252 *nitens* h. l. de volatu. *paribus alis*, leni volatu, ut Serv. cf. IX, 12. Cogita de eo temporis momento, cum inhibetur volatus, ut subsidat ales. — 253 — 255 Ante oculos Od. ε, 50 — 54, ubi avis λάρος memoratur, quae fulica esse putatur. — *ad undas*, versus mare mediterraneum, quod Carthaginem attingit, ἐξ αἰθέρος ἔμπεσε πόντῳ. — In eo non argutandum, quod itineris compendium non fecit Mercurius, cum Atlantem prius adeat, quam Carthaginem. Spectatur tantum Atlantis altum iugum, cui deus ex coelo descendens primum insistit, hinc ad humiliora loca procedit. *H.* 254. *avi similis*, ἐοικώς, pro: sicut avis. Similitudo exigenda est ad notionem praedicati, quod praecessit; ita h. l. ad verba *praeceps se misit*. *W.* — 256 — 258 Si lectio sana est, distinguere malim cum viris doctis post *Libyae*, ut sit: *Mercurius volabat inter terras coelumque* (Μεσσηγὺς γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος, Iliad. ε, 769 de Iunonis equis, vid. sup. 184.) ad, vel versus, *Litus Libyae*; ut v. 253 *ad undas*. Omissio praepositionis satis frequens poëtae; et sic aurium etiam fastidio occurritur. Burmannus in vulgata distinctione acquiescit, et ad scriptorum morem refert, ex quo verbum ad alterum tantum subiectorum proprie spectat, ut deficiat aliud verbum simile post *Litus Libyae*, ex *secabat* eliciendum, ut peragrabat. *H.* Si *volabat litus* iungitur, quo recte fieri puto, praepositio, ut iudicio, deesse nequit. Et qui viri docti de omittendis praepositionibus praecipiunt, ad certas regulas revocata *non sunt*. Secundum Burmanni vero distinctionem primum asyndeton: *volabat litus* — *secabat* ingratissimum est; deinde neque *litus secabat* dici posse de volante, si vel *mare secare* comparaveris, nec figura aliqua advocata explicationem loci magnopere adiuvari apparebit. Ergo cum Brunckio *ad Libyae*, lectionem cod Gud. recipiendam iudico, ad quam Medicei aliorumque librorum scriptura *ac Libyae* ducit. Positura, puto, te non offendet. Tacit. Ann. VII, c. 51 *vulneratamque ripam ad Araxis trahit*. cf. Tibull. II. 1, 74. Similiter *in* positum Aen. VI. 58. *Corpus in Aeacidae*, cf. Gr. III, 313. et *sub*, Ge. IV, 333 *Kalamo sub fluminis*. — Ratio volandi ut declararetur, pro tice adiecta *ventosque secabat* pro vulgari ventos secans. Ita III, 354. *Ad ... in medio libabant pocula Bacchi* — *paterasque tenebant* pro: pateras tenentes; et *pocula* ... pro: vinum. Eiusmodi descriptio-

Materno veniens ab avo, Cyllenia proles.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis,
Aenean fundantem arces ac tecta novantem
Conspicit: atque illi stellatus iaspide fulva
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice laena,
Demissa ex humeris; dives quae munera Dido
Fecerat, et tenui telas discreverat auro.
Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas, pulcramque uxorius urbem
Exstruis! heu regni rerumque oblite tuarum!
Ipse deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, coelum et terras qui numine torquet;
Ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras:

rum complementis annectendis haud scio an Homeri simplicitatem aemulatus sit Virgilius. Ceterum hi versus, ut ieiuni et salebrosi, ab Heynio pro spuriis habiti sunt. *W.* — *Materno ab avo*, per Maiam, Atlantis f. Serv. — 259 — 261 *magalia*, ut sup. I, 421. *arces* pro munimentis urbis, et pro ipsa urbe. v. sup. I, 424. 425. *fundantem*, fundamenta ponentem; proprie: fundamentis iactis inaedificantem. *tecta novantem*, privatas aedes novas educentem. — 261 — 264 *Conspicit; atque illi*. Offendit haec oratio, paullo ieiunior pro tali carmine, nec accurata illa vestitus descriptio in medio rerum cursu exspectabatur. Est quidem Homeri, ut, structura reliquae orationis relicta, externam rei vel hominis, de quo agitur, speciem oculis obiiciat; verum hoc fit, quoties id ipsum vim habet ad augendum et amplificandum vel illustrandum. At hoc loco quam vim habet hic ensis, haec chlamys! — Ut saltem *atque* abesset! Sed libri nil mutant; nec difficultatem expedies, si ab *illi* usque ad *auro* parenthesin facies, *atque erat* convenit cum usitato: *convenit autem*. *H. atque illi* pro *illi tum* vel *cui* poëticum cf. X, 572.; *atque* pro *et tum* vel *cui* Ecl. VII, 6. *Huc mihi — caper desraverat; atque ego Daphnin adspicio*. Ceterum versus 261. obversatus est Iuvenali, qui Sat. V, 44. de *iaspide* locutus, addit: *quas* (gemmas) *in vaginae fronte solebat Ponere Zelotypo iuvenis praelatus larbae*. *W. stellatus* exquisite pro distinctus ac fulgens, sc. in capulo et vagina. *iaspide fulva*, epitheton non urgendum. Non enim inter praestantiores sui generis fulvae numerantur. — *ardebat* ornate pro erat. *H. ardebat murice*. Propriam puta constructionem, ut apud Val. Fl. I, 427 *Tyrio ignea fuco purpura*. cf. Not. ad V, 88. — *laena est Tyrio murice* dici posse, est quod negem. *W.* — *telas*, int. stamina. Erat igitur vestis haec *Χλαῖνα*, ipsius Didonis manibus texta, purpurea, aureo subtemine, filo. cf. inf. XI, 72 sqq. et III, 483. *H. quae munera* pro quod munus; nam de *laena* agitur. Valer. Fl. I, 428. *purpurā — quod — opus*. Ceterum ieiunum displicet epitheton *dives*. *W.* — 265 *invadit*: gravius quam adit, accedit. Habitum futurae orationis ostendit, ait Serv. (Tu vid. Not. ad v. 92. *W.*) — 266 *uxorius* cum dilectu dictum, ad Didonis arbitrium. cf. Horat. Od. I, 2, 18. — 268 sq. Versus ex Il. *λ*, 201. — *claro Olympo*, Ὀλύμπου ἀγλήεντος. — *torquet* exquisitius quam movet,

Quid struis? aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, et spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore locutus
Mortalis visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero Aeneas adspectu obmutuit amens,
Adrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
Ardet abire fuga, dulcisque relinquere terras,
Adtonitus tanto monitu imperioque deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat adfatu? quae prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partisque rapit varias, perque omnia versat.
Haec alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Cloanthum:

moderatur, ut XII, 180. *H.* Omnia proprie dicta puto. Motus, quibus natura coelum et terram agitat, Iovi tribuuntur, ut IX, 93. *torquet qui sidera mundi.* Virgilius vero non ignoravit, *terram circum axem se summa celeritate convertere et torquere;* quae sunt verba Ciceronis in Quaest. Acad. lib. IV, 39. §. 123. En omnipotentis Iovis magnificam speciem! *W. numine* h. l. vi sua. — *teris otia*, exquisite, ut *consumitur, teritur tempus.* — *surgentem* mavult dicere poëta, quam crescentem, adolescentem. De urbe exstruenda est dictum I, 366. Et *seges surgens, oleaster surgens* in Georgicis. Inf. VI, 364 *per spes surgentis Iuli.* — 276—278 *tali ore*, oratione. Hic discessus dei, non exspectata Aeneae excusatione, aliquantum artis habet; cf. inf. 388 sqq.; quamquam hoc in deorum alioquiis frequentissimum esse solet, ut subito oculis subducantur. cf. inf. IX, 656. 657, ubi vid. Not. ad verba *medio sermone.*

279. 280 Homerica: Στῆ δὲ ταφών. — Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν. — θαλερὴ δὲ οἱ ἔσχετο φωνή. cf. Iliad. ω, 358 *sqq. adspectu*, pro: hoc viso. — 281 — 284 Egregii versus rerum veritate et verborum dilectu. *Heu! quid agat*, ut IX, 399 et al. (Explica: incertus est, quid agat; cf. Obss. ad Tibull. I, 9, 39. Vide quae Hermannus ad Viger. p. 742. de Graeco τί λέγω explanavit. 285 oratio ita per particulam *Atque* continuatur, quasi praecesserit *incertus est, q. ag. W.*) — *ambire* cum dilectu pro adire. (Horat. Od. I, 35, 5. *Te pauper amicit prece. W.*) — 285. 286 putant expressum Homericum διάνδιχα μερμήριξεν. et v. 287 Ὧδε δὲ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι. ut Il. ξ, 23: π, 647—652 et saepe alibi. cf. Od. λ, 230. *dividit* efficacius quam vertit, volvit, ut V, 701 702. *alternanti*, alternis animo versanti haec. *H. alternanti*, modo hoc modo illud agitanti. neutrorum more dictum, ita ut *haec* ad *sententia* referendum sit. *W.* — 288 sq. Forma orationis poëtam decet, pro: Opti-

Materno veniens ab avo, Cyllenia proles.
Ut primum alatis tetigit magalia plantis,
Aenean fundantem arces ac tecta novantem
Conspicit: atque illi stellatus iaspide fulva.
Ensis erat, Tyrioque ardebat murice laena,
Demissa ex humeris; dives quae munera Dido
Fecerat, et tenui telas discreverat auro.
Continuo invadit: Tu nunc Carthaginis altae
Fundamenta locas, pulcramque uxorius urbem
Exstruis! heu regni rerumque oblite tuarum!
Ipse deum tibi me claro demittit Olympo
Regnator, coelum et terras qui numine torquet;
Ipse haec ferre iubet celeris mandata per auras:

num complementis annectendis haud scio an Homeri simplicitatem aemulatus sit Virgilius. Ceterum hi versus, ut ieiuni et salebrosi, ab Heynio pro spuriis habiti sunt. *W.* — *Materno ab avo*, per Maiam, Atlantis f. Serv. — 259 — 261 *magalia*, ut sup. I, 421. *arces* pro munimentis urbis, et pro ipsa urbe. v. sup. I, 424. 425. *fundantem*, fundamenta ponentem; proprie: fundamentis iactis inaedificantem. *tecta novantem*, privatas aedes novas educentem. — 261 — 264 *Conspicit; atque illi.* Offendit haec oratio, paullo ieiunior pro tali carmine, nec accurata illa vestitus descriptio in medio rerum cursu exspectabatur. Est quidem Homeri, ut, structura reliquae orationis relicta, externam rei vel hominis, de quo agitur, speciem oculis obiiciat; verum hoc fit, quoties id ipsum vim habet ad augendum et amplificandum vel illustrandum. At hoc loco quam vim habet hic ensis, haec chlamys! — Ut saltem *atque* abesset! Sed libri nil mutant; nec difficultatem expedies, si ab *illi* usque ad *auro* parenthesin facies, *atque erat* convenit cum usitato: *convenit autem. H. atque illi* pro *illi tum* vel *cui* poëticum cf. X, 572.; *atque* pro *et tum* vel *cui* Ecl. VII, 6. *Huc mihi — caper deer-*

raverat; atque ego Daphnin adspicio. Ceterum versus 261. obversatus est Iuvenali, qui Sat. V, 44. de *iaspide* locutus, addit: *quas* (gemmas) *in vaginae fronte solebat Ponere Zelotypo iuvenis praelatus larbae. W. stellatus* exquisite pro distinctus ac fulgens, sc. in capulo et vagina. *iaspide fulva*, epitheton non urgendum. Non enim inter praestantiores sui generis fulvae numerantur. — *ardebat* ornate pro erat. *H. ardebat murice.* Propriam puta constructionem, ut apud Val. Fl. I, 427 *Taenario ignea fuco purpura.* cf. Not. ad V, 88. — *laena est Tyrio murice* dici posse, est quod negem. *W.* — *telas*, int. stamina. Erat igitur vestis haec *Χλαῖνα*, ipsius Didonis manibus texta, purpurea, aureo subtemine, filo. cf. inf. XI, 72 sqq. et III, 483. *H. quae munera* pro quod munus; nam de *laena* agitur. Valer. Fl. I, 428. *purpurā — quod — opus.* Ceterum ieiunum displicet epitheton *dives. W.* — 265 *invadit:* gravius quam adit, accedit. Habitum futurae orationis ostendit, ait Serv. (Tu vid. Not. ad v. 92. *W.*) — 266 *uxorius* cum dilectu dictum, ad Didonis arbitrium. cf. Horat. Od. I, 2, 18. — 268 sq. Versus ex Il. *ā*, 201. — *claro Olympo*, Ὀλύμπου αἰγλήεντος. — *torquet* exquisitius quam movet,

Quid *struis*? aut qua spe Libycis teris otia terris?
Si te *nulla* movet tantarum gloria rerum,
Nec *super* ipse tua moliris laude laborem,
Ascanium surgentem, et spes heredis Iuli
Respice, cui regnum Italiae Romanaque tellus
Debentur. Tali Cyllenius ore locutus
Mortalis visus medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit auram.
At vero Aeneas adspectu obmutuit amens,
Adrectaeque horrore comae, et vox faucibus haesit.
Ardet abire fuga, dulcisque relinquere terras,
Adtonitus tanto monitu imperioque deorum.
Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat adfatu? quae prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc,
In partisque rapit varias, perque omnia versat.
Haec alternanti potior sententia visa est:
Mnesthea Sergestumque vocat fortemque Cloanthum:

moderatur, ut XII, 180. *Π.* Omnia proprie dicta puto. Motus, quibus natura coelum et terram agitat, Iovi tribuuntur, ut IX, 93. *torquet qui sidera mundi.* Virgilius vero non ignoravit, *terram circum axem se summa celeritate convertere et torquere;* quae sunt verba Ciceronis in Quaest. Acad. lib. IV, 39. §. 123. En omnipotentis Iovis magnificam speciem! *W. numine* h. l. vi sua. — *teris otia*, exquisite, ut *consumitur, teritur tempus.* — *surgentem* mavult dicere poëta, quam crescentem, adolescentem. De urbe exstruenda est dictum I, 366. Et *seges surgens*, *olea*ster *surgens* in Georgicis. Inf. VI, 364 *per spes surgentis Iuli.* — 276—278 *tali ore*, oratione. Hic discessus dei, non exspectata Aeneae excusatione, aliquantum artis habet; cf. inf. 388 sqq.; quamquam hoc in deorum alloquiis frequentissimum esse solet, ut subito oculis subducantur. cf. inf. IX, 656. 657, ubi vid. Not. ad verba *medio sermone.*

279. 280 Homerica: *Σκῆ δὲ τα-φών.* — *Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν.* — *Θαλερὴ δὲ οἱ ἔσχετο φωνή.* cf. Iliad. ω, 358 sqq. *adspectu*, pro: hoc viso. — 281 — 284 Egregii versus rerum veritate et verborum dilectu. *Heu! quid agat*, ut IX, 399 et al. (Explica: incertus est, quid agat; cf. Obss. ad Tibull. I, 9, 59. Vide quae Hermannus ad Viger. p. 742. de Graeco *τί λέγω* explanavit. 285 oratio ita per particulam *Atque* continuatur, quasi praecesserit *incertus est, q. ag. W.*) — *ambire* cum dilectu pro adire. (Horat. Od. I, 35, 5. *Te pauper ambit prece. W.*) — 285. 286 putant expressum Homericum *διάνδιχα μερμήριξεν.* et v. 287 *Ὧδε δὲ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι*, ut II. ξ, 23: π, 647—652 et saepe alibi. cf. Od. λ, 230. *dividit* efficacius quam vertit, volvit, ut V, 701 702. *alternanti*, alternis animo versanti haec. *K. alternanti*, modo hoc modo illud agitanti, neutrorum more dictum, ita ut *haec* ad *sententia* referendum sit. *W.* — 288 sq. Forma orationis poëtam decet, pro; Opti-

ima prior. Cui me moribundam deseris, hospes?
oc solum nomen quoniam de coninge restat.
uid moror? an, mea Pygmalion dum moenia frater
struat, aut captam ducat Gaetulus Iarbas?
Item si qua mihi de te suscepta fuisset
te fugam suboles, si quis mihi parvulus aula
deret Aeneas, qui te tamen ore referret,
n equidem omnino capta ac deserta viderer.
Dixerat. Ille Iovis monitis inmota tenebat
mina, et obnixus curam sub corde premebat.
ndem pauca refert: Ego te, quae plurima fando
umerare vales, numquam, regina, negabo
promeritam; nec me meminisse pigebit Elissae
m memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus.
a re pauca loquar. Neque ego hanc abscondere furto
eravi, ne finge, fugam, nec coniugis umquam
taetendi taedas, aut haec in foedera veni.
si fata meis paterentur ducere vitam

fecit ex iis Ovid. Epist. Di- VII, 121 sqq. — *Fama prior*, n habui ante adventum tuum. *coniuge*, hoc solum nomen, *hospes*, mihi restat de te, qui as antea coniux. — 325—330 *d moror?* quin statim moriar. *quid moror* est: cur vita me are cunctor. Horat. Od. II, 6. *quid moror?* — *An morer*, pectem, *dum* etc. *W. Pygma- dum*, — propter illa lib. I, sqq. — (*de te* pedestres di- t scriptores *ex te. W.*) 329 *leret* ornate et suaviter pro es- Obversatus est hic locus Iu- ali V, 138. — *capta ac de- a* graviter pro relicta a te, i respectu ad Iarbam v. 326, ne relinqueretur captiva ab- endo, verebatur. Ceterum, qui 328 reprehendunt, nostris mo- is rem aestimant, quod in ve- poëta et heroum vita non e fit.
331 sqq. *immota*, ne misera- iem Didonis argueret vultu. 369. — *curam*, h. l. dolorem. *tandem*, ὀφὲ δὴ Homericum. — 335 Comparant Il. ζ, 387. 388. (*promeritam*, de me, h. e. bene- ficia in me contulisse, ad *quae* re- ferendum. Nam *mereri aliquid de* aliquo est bonum vel malum ali- quod in aliquem conferre. *W.*) — 336 εἰςόκ' ἀὔτμὴ Ἐν στήθεσσι μένῃ Homericum, ut Iliad. ι, 609 et alibi. — 337 (*re* — discessu — *furtum* est factum occultum ad decipiendum. Hinc *furto* notat *furtim* VI, 24. *W.*) 338 sq. *Prae- tendi* accipiunt: praetuli. Sane no- ta res est τὸ δαδουχεῖν in nuptiis; sed sponsus ipse faces non fert. Malim eo sensu positum, quo v. 172 *praetexere*; ut se numquam *taedas*, (*taedae coni.* sunt taedae ingales. *W.*) iustas nuptias, *prae- tendisse*, prae se tulisse, suae cum Didone consuetudini nomen iusti matrimonii tribuisse dicat; nec *haec in foedera*, h. e. in has le- ges consensi, ut coniux essem. — 340—344 Comparant Od. π, 148 sq. *meis auspiciis*, mea voluntate, idem quod *sponte mea*, sed

Auspiciis, et sponte mea componere curas,
Urbem Troianam primum dulcisque meorum
Reliquias colerem; Priami tecta alta manerent,
Et recidiva manu posuissem Pergama victis.
Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lyciae iussere capessere sortes.
Hic amor, haec patria est. Si te Carthaginis arces,
Phoenissam, Libycaeque adspectus detinet urbis,
Quae tandem, Ausonia Teucros considere terra,
Invidia est? Et nos fas extera quaerere regna.
Me patris Anchisae, quoties humentibus umbris
Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt,

ornatius. *H.* Rarus est usus verborum *meis auspiciis*, ubi de rebus privati agitur. Translata est significatio a re publica, a ducibus, qui aut *suis* aut *alienis auspiciis* (Liv. 21, 40.) res gerunt. Vita erat Aeneae instituenda alienis quasi auspiciis, h. e. ad voluntatem deorum vel fatorum. *W. componere curas*, exquisite, pro res ordinare, negotia, quae curas movent. Si mihi vivere liceret, ubi vellem, ceteris omnibus praeferrem hoc, ut locum veteris Troiae incolerem urbemque eversam reficerem; tantum abest, ut Carthagine vitam exigere malim. — 342 *dulces reliquias meorum*, cineres et ossa, tum sepulcra, in quibus ista condita sunt. (Cogita de sacris mortuis faciendis et quotannis fere iterandis; quo spectat imperfectum *colerem*. Pius Aeneae animus ostenditur etiam hac ratione enuntiandi sententiam: Troiam instaurassem. *primum* ante omnia. *W.*) *Priami tecta manerent*; superessent, sc. restituta a me. (Dura mihi videtur loquendi ratio, *manerent* pro instaurata essent. *W.*) — *recidiva Pergama*; delectatur hac voce Virgilius et alibi, sive a surculis sive a semine repullulascente petita: *recidiva posuissem*, restituissem. Tribus autem modis eandem rem declaravit. *H.* Id vero fit, si rem ut certam pronuntiant scriptores; cf. exemplum clarum apud Iuven. VII, 53—55. *manu ponere*. Videbis saepe manu [illegible] addi, quae sunt artis et industriae; Ge. II, 156. *Tot res gestae manu praeruptis oppida saxis*. *W.* — 345. 346 Omnia Apollinis oraculum Deli (sup. II 94 sqq.) acceptum *significari*, Servius volebat, et *cum eo alii*, quos vidi. Ita tamen *vix locum haberet*, frigeret utique, repetitio illa *Gryneus Apollo* (cf. ad Ecl. VI 72) et *Lyciae sortes* (sup. 143). Itaque malim ad responsa Apollinis referri in utroque templo et illo ap. Grynium Aeolidis (τὸ Γρύνειον), et hoc ad Patara, accepta. Plura autem huiusmodi vaticinia ac sortes Aeneae in Italiam adventum praedixisse, saepe vidimus. Ex iisdem priscis historiis ducta somnia v. 350 sq. — (*capessere Italiam*, ire in Italiam. Cic. Epist. X, 9. *Melitam capessamus*. Ad eandem metaphoram pertinet *prehendere Italiae* VI, 61. *W.*) 347 *Hic amor*, hunc desidero; huius caritate ducor; sup. III, 154 *Hector amare focos*. — 350 *Quae invidia est?* quid vetat, quominus id fiat? ut passim φθονεῖν et *invidere*. cur tu non vis, non probas? (Accurate: quis improbabit? τίς φθόνος; — *W.*) — 351 Comparant Il. ψ, 105 sq. *surgunt*, oriuntur. v. Ge. I. 460—

Admonet in somnis et turbida terret imago;
Me puer Ascanius, capitisque iniuria cari,
Quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
Nunc etiam interpres divom, Iove missus ab ipso,
(Testor utrumque caput) celeris mandata per auras
Detulit. Ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
Desine meque tuis incendere teque querelis;
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum aversa tuetur,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis; et sic accensa profatur:
Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

353 *turbida imago*, turbata, tristis. (*turbidus* notat commotus affectu aliquo. Ad *iram* praecipue refertur, quam significationem nec ab hoc loco alienam puto, cum adiectum sit *terret*, cf. XI, 742. — Et composuerunt Latini *turbidus ira*. *W.*) — ad v. 354 cf. sup. 234 sq. (Repetes e prioribus: *admonet*, vel ad regnum fatale condendum instigat. *W.*) — 356 sqq. Adornata verba, ut Il. ω, 223. *utrumque caput*, meum ac tuum. Hoc in sermone cum Didone habito magis consentaneum, quam si capita Aeneae et Ascanii intelligas. Formula iurandi ipsa satis est nota, nec de ea quaeritur. Mox *manifesto in lumine*, ἐναργῆ, ut solent dii in conspectum venire, cf. II, 591. ἐξέδρακον ὄντες, Iliad. ω, 223. — 360 Ilia. ι, 612. *Μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων Ἀτρεΐδῃ ἤρωϊ φίλων χάριν*. — *incendere* quam opportune positum! commovere, luctu, dolore, et ira exasperare. Catullus: *Nostros ut luctus, nostraeque incendia mentis* (LXIV, 226). Valer. Fl. VII, 243 *perpetior duras iam dudum incendia mentis*. — *Italiam sequor*: h. e. peto, cf. 381., et V, 629 *Italiam sequimur fugientem*.

362 — 364 Egregia animi tumidi repraesentatio. — *aversa*, oblique, torve; cf. VI, 469. *Luminibus tacitis*, h. e. ipsa tacens, ut v. c. VII, 343 *tacitum limen Amatae*. *H. Oculi taciti* ad dicendum non pertinent, sed sunt qui iram abdunt. Ovid. A. A. III, 512. *Saepe tacens odii semina vultus habet*. Amor. II, 5, 17. *Non oculi tacuere tui*. *W.* — 365 sqq. Orationis huius, cum vehementissimis ac gravissimis affectibus insurgat, vim ac virtutem omnes qui legunt, animadvertunt, et unusquisque facile percipit. Primae lineae in Patrocli ad Achillem verbis sunt: *Νηλεὲς! οὐκ ἄρα σοίγε* etc. Il. π, 33 sqq.; unde quis poëtarum idem non expressit? cf. sup. Ecl. VIII, 43 sqq. *H.* De positura verborum *genitor nec* pro nec genitor vid. Not. ad Ecl. IV, 63. *W.* *Caucasus et Hyrcanae tigres* poëtarum seriorum more Didoni tribuuntur; Homerus ad talia non deflexit. Multo tamen magis naturae rerum ac veritati consentanea sunt haec, quam Andromachae verba ap. Eurip.

Nam quid dissimulo? aut quae me ad maiora reservo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem
est?
Quae quibus anteferam? Iam, iam nec maxuma Iuno,
Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis.
Nusquam tuta fides. Eiectum litore, egentem
Excepi, et regni demens in parte locavi;
Amissam classem, socios a morte reduxi.
Heu furiis incensa feror! Nunc augur Apollo,
Nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso

Troad. v. 761 sqq. De aliis Hyrcanis, quam de Caspiis, vix quisquam hic cogitaret, nisi Servius Hyrcanos Arabiae huc advocasset. Quod si auctoritate interpretum priorum fecit, tenendum est; nam habuit Arabia tigres, et Bacchum inde reducem tigribus vectum exhibet poëtarum ratio. Est tamen res grammatico acumini propior ac similior. Accedit quod *tigrim Caspiam* in eadem sententia Seneca Herc. Oet. 145. memoravit; Silius *Caucasiam* V, 148. vocat. — *II. eautib. h.* h. e. arduus saxis. Ad constructionem cf. Horat. Sat. II, 1, 13. *horrentia pilis agmina*, et Val. Fl. I, 486. *Acestum horrentem iaculis*, quod de uno dici notabile. *W.* — 368 Nam quorsum me contineo? quasi verendum sit, ne eum ira exasperem? an maiorem ullam iniuriam ac contumeliam accipere, gravius quidquam et durius ex hoc homine audire possum? hoc est: *quae me ad maiora reservo*, ad quas maiores iniurias. In sqq. etiam hoc observa, quam egregie hoc ad dolorem et animi aestum valeat, quod repente tertia persona utitur. (*victus*, precibus; cf. 314 sqq. *W.*) — 371 *Quae quibus anteferam?* scil. tamquam leniora durioribus; h. e. Annon haec extrema sunt? Non durissima et gravissima, quibus contumeliosius quidquam ne cogitari quidem possit? ut adeo illud locum habere nequeat, ferenda esse haec ut modica, ne graviora experiar. Hanc sententiam mihi quidem locus, verba et ipse affectus postulare videntur. (Haec signa sunt immisericordis et durissimi animi. *W.*) Vulgo accipiunt vel: quae prius, quae posterius, dicam! ita et Servius; vel: quae alia maiora dicam? — 373 — 376. Divina plane haec sententiarum et verborum gravitate. Et omnino magna suavitas ad amantis deceptae sensum in his querelis de perfidia et ingrato animo. — Ceterum ante oculos fuisse videtur Calypso Od. ε, 130 sq. Euripidis Medeae v. 476 sqq.: fortasse et Ariadne Catulli in Epithal. 149 sqq. — *regni in parte* sup. 214 *dominum Aeneas in regna recepit* (*eiectum litore* pro in litus notandum esse docui ad III, 292. Ovidius Met. XIII, 536. *eiectus in litore* dixit. *W.*) *amissam classem*, iam pro amissis habitam, cum viris tuto portu *recepi*, *servavi*, (sup. I, 571 sq. ex *reduxi* assumendum. cf. de re I, 525. Cum haec enumeraret in Aeneam merita ac beneficia sua, dolore et ira tantae eius perfidiae amens subiicit: *Heu furiis incensa feror!* Nunc aliquamdiu oratio eius subsistere putanda; sicut omnino per intervalla singulae sententiae pronuntiandae. In primis hoc tenendum

Admonet in somnis et turbida terret imago;
Me puer Ascanius, capitisque iniuria cari,
Quem regno Hesperiae fraudo et fatalibus arvis.
Nunc etiam interpres divom, Iove missus ab ipso,
(Testor utrumque caput) celeris mandata per auras
Detulit. Ipse deum manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, vocemque his auribus hausi.
Desine meque tuis incendere teque querelis;
Italiam non sponte sequor.
Talia dicentem iamdudum aversa tuetur,
Huc illuc volvens oculos, totumque pererrat
Luminibus tacitis; et sic adcensa profatur:
Nec tibi diva parens, generis nec Dardanus auctor,
Perfide; sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanaeque admorunt ubera tigres.

353 *turbida imago*, turbata, tristis. (*turbidus* notat commotus affectu aliquo. Ad *iram* praecipue refertur, quam significationem nec ab hoc loco alienam puto, cum adiectum sit *terret*, cf. XI, 742. — Et composuerunt Latini *turbidus ira*. *W.*) — ad v. 354 cf. sup. 234 sq. (Repetes e prioribus: *admonet*, vel ad regnum fatale condendum instigat. *W.*) — 356 sqq. Adornata verba, ut Il. ω, 223. *utrumque caput*, meum ac tuum. Hoc in sermone cum Didone habito magis consentaneum, quam si capita Aeneae et Ascanii intelligas. Formula iurandi ipsa satis est nota, nec de ea quaeritur. Mox *manifesto in lumine*, ἐναργῆ, ut solent dii in conspectum venire, cf. II, 591. ἐσίδρακον ἄντην, Iliad. ω, 223. — 360 Ilia. ι, 612. *Μή μοι σύγχει θυμὸν ὀδυρόμενος καὶ ἀχεύων Ἀτρεΐδῃ ἤρωϊ φέρων χάριν.* — *incendere* quam opportune positum! commovere, luctu, dolore, et ira exasperare. Catullus: *Nostros ut luctus, nostraeque incendia mentis* (LXIV, 226). Valer. Fl. VII, 243 *perpetior durae iam dudum incendia mentis.* — *Italiam sequor*: h. e. peto, cf. 381., et V, 629 *Italiam sequimur fugientem.*

362 — 364 Egregia animi tumidi repraesentatio. — *aversa*, oblique, torve; cf. VI, 469. *Luminibus tacitis*, h. e. ipsa tacens, ut v. c. VII, 343 *tacitum limen Amatae. H. Oculi taciti* ad dicendum non pertinent, sed sunt qui iram abdunt. Ovid. A. A. III, 512. *Saepe tacens odii semina vultus habet.* Amor. II, 5, 17. *Non oculi tacuere tui. W.* — 365 sqq. Orationis huius, cum vehementissimis ac gravissimis affectibus insurgat, vim ac virtutem omnes qui legunt, animadvertunt, et unusquisque facile percipit. Primae lineae in Patrocli ad Achillem verbis sunt: *Νηλεὲς! οὐκ ἄρα σοίγε* etc. Il. π, 33 sqq.; unde quis poëtarum idem non expressit? cf. sup. Ecl. VIII, 43 sqq. *H.* De positura verborum *genitor nec* pro nec genitor vid. Not. ad Ecl. IV, 63. *W. Caucasus et Hyrcanae tigres* poëtarum seriorum more Didoni tribuuntur; Homerus ad talia non deflexit. Multo tamen magis naturae rerum ac veritati consentanea sunt haec, quam Andromachae verba ap. Eurip.

Nam quid dissimulo? aut quae me ad maiora reservo?
Num fletu ingemuit nostro? num lumina flexit?
Num lacrimas victus dedit, aut miseratus amantem est?
Quae quibus anteferam? Iam, iam nec maxuma Iuno,
Nec Saturnius haec oculis pater adspicit aequis.
Nusquam tuta fides. Eiectum litore, egentem
Excepi, et regni demens in parte locavi;
Amissam classem, socios a morte reduxi.
Heu furiis incensa feror! Nunc augur Apollo,
Nunc Lyciae sortes, nunc et Iove missus ab ipso

Troad. v. 761 sqq. De aliis Hyrcanis, quam de Caspiis, vix quisquam hic cogitaret, nisi Servius Hyrcanos Arabiae huc advocasset. Quod si auctoritate interpretum priorum fecit, tenendum est; nam habuit Arabia tigres, et Bacchum inde reducem tigribus vectum exhibet poëtarum ratio. Est tamen res grammatico acumini propior ac similior. Accedit quod *tigrim Caspiam* in eadem sententia Seneca Herc. Oet. 146. memoravit; Silius *Caucasiam* V, 148. vocat. — *H. cautib. h.* h. e. arduus saxis. Ad constructionem cf. Horat. Sat. II, 1, 13. *horrentia pilis agmina*, et Val. Fl. I, 486. *Acastum horrentem iaculis*, quod de uno dici notabile. *W.* — 368 Nam quorsum me contineo? quasi verendum sit, ne eum ira exasperem? an maiorem ullam iniuriam ac contumeliam accipere, gravius quidquam et durius ex hoc homine audire possum? hoc est: *quae me ad maiora reservo*, ad quas maiores iniurias. In sqq. etiam hoc observa, quam egregie hoc ad dolorem et animi aestum valeat, quod repente tertia persona utitur. (*victus*, precibus; cf. 314 sqq. *W.*) — 371 *Quae quibus anteferam?* scil. tamquam leniora durioribus; h. e. Annon haec extrema sunt? Non durissima et gravissima, quibus contumeliosius quidquam ne cogitari quidem possit? ut adeo illud locum habere nequeat, ferenda esse haec ut modica, ne graviora experiar. Hanc sententiam mihi quidem locus, verba et ipse affectus postulare videntur. (Haec signa sunt immisericordis et durissimi animi. *W.*) Vulgo accipiunt vel: quae prius, quae posterius, dicam? ita et Servius; vel: quae aliis maiora dicam? — 373 — 376. Divina plane haec *sententiarum* et verborum gravitate. Et omnino magna suavitas ad amantis deceptae sensum in his querelis de perfidia et ingrato animo. — Ceterum ante oculos fuisse videntur Calypso Od. ε, 130 sq. Euripidis Medeae v. 476 sqq.; fortasse et Ariadne Catulli in Epithal. 149 sqq. — *regni in parte* sup. 214 *dominum Aenean in regna recepit* (*eiectum litore* pro in litus notandum esse docui ad III, 292. Ovidius Met. XIII, 536. *eiectus in litore* dixit. *W.*) *amissam classem*, iam pro amissa habitam, cum viris tuto portu *recepi*, *servavi*, (sup. I, 571 sq.) ex *reduxi* assumendum. cf. de re I, 525. Cum haec enumerasset in Aeneam merita ac beneficia sua, dolore et ira tantae viri perfidiae amens subiicit: *Heu furiis incensa feror!* Nunc aliquamdiu oratio eius subsistere putanda; sicut omnino per intervalla singulae sententiae pronuntiandae. In primis hoc tenendum

Interpres divom fert horrida iussa per auras.
Scilicet is superis labor est, ea cura quietos
Sollicitat. Neque te teneo, neque dicta refello.
I, sequere Italiam ventis, pete regna per undas.
Spero equidem mediis, si quid pia numina possunt,
Supplicia hausurum scopulis, et nomine Dido
Saepe vocaturum. Sequar atris ignibus absens,
Et, quum frigida mors anima seduxerit artus,
Omnibus umbra locis adero. Dabis, improbe, poenas;
Audiam, et haec Manis veniet mihi fama sub imos.
His medium dictis sermonem abrumpit, et auras

v. 380 et post 381. — 378. 379 *horrida iussa*, quibus non parere aliquis horreat, terribilia. *quietos* pro *eos*; at quanta cum vi! Consentit Epicureum dogma, nec tamen ad hoc respexisse dici debet Dido. (Apollo — *Licyae sortes*, iussere petere Italiam, hoc ex sequentibus intelligendum. *W.*) — 381 Comparant illa Agamemnonis; Φεῦγε μάλ' etc. Il. α, 173. *sequere Italiam*: ut sup. v. 361 *Italiam non sponte sequor*; exquiro adeundam, peto. — 382 *pia numina*, a miseratione. *H. pius* diis tributum notat *sanctus*, cf. III, 75. *pius Arcitenens* et Cir. 219. *pii divi*. *W. mediis scopulis* vel in medio mari vel potius, poëtica ratione, inter scopulos, naufragio facto. — te *supplicia* esse hausturum, pro: daturum poenas. (*haurire* dicimur Latine ea, quae agendo nobis paramus, sive bona sunt, sive mala. Horatius Sat. I, 2, 78. *malum laborem haurire* dixit. *hausur.* igitur h. l. est: fore ut luas. *W.*) — 384 *Sequar atris ignibus*, multa argutantur passim interpretes. cf. Serv. *atri ignes* nonnullis videbuntur ad rogum apectare, ut sensus sit: persequar te morte mihi illata. Praestat Furiarum faces huc vocare. Vocabis moribundus Didonem: tunc Furiae sceleris in me commissi tibi obversabuntur. Hoc ita reddidit: ego, etsi absens, tibi occurram tamquam ex Furiis una et faces intentabo oculis. cf. Sueton. Ner. 34 et inf. v. 472. Fortasse Apollonium ante oculos habuit IV, 386 sq. Nunc Ovidii levitatem compara Epist. VII, 65 sqq. *H.* Imagine demta sensus est: tum mala te conscientia torquebit. Quam sententiam more antiquitatis enuntiavit, quae a laesis illos, qui iniuriam attulerunt, vexari finxit. Illam vero notionem *vexari* ornavit metaphora a Furiis petita, quae, persequentes, ultrices, *facibus* armantur. *W.* — 385 — 387 *anima seduxerit artus*, exquisite, seiunxerit. Vulgare est: animam ab artubus. — *Anima* — *Umbra* — *Manes*, cf. Obss. ad Tibull. III, 2, 15. *H. Manes* de loco, quo animae continentur. Nam *venire sub animas vel sub homines* pro venire in locum, ubi illi sunt, Latinum non est. Cf. Aen. XI, 181. *nato Manis perferre* (nuntium) *sub imos*. Ad constructionem compara 243: *sub Tartara mittere*. Aesch. Pers. 623. θαλάμους ὑπὸ γῆς. — *haec fama* est huius rei fama; cf. Tacit. Hist. IV, 46. *isque finis*. Non infrequens hic relativorum usus. *W.* — *Audiam* apud inferos, te dedisse poenas; qui loquendi modus et alibi occurrit. — 388 — 392 Abrupto utique hoc sermone nihil disertius, nihil eloquentius dici potest. *H. medium sermonem abrumpit* significat: Dido

Aegra fugit, seque ex oculis avertit et aufert,
Linquens multa metu cunctantem et multa paran-
tem
Dicere. Suscipiunt famulae, conlapsaque membra
Marmoreo referunt thalamo, stratisque reponunt.
At pius Aeneas, quamquam lenire dolentem
Solando cupit, et dictis avertere curas,
Multa gemens, magnoque animum labefactus amo-
re,
Iussa tamen divom exsequitur, classemque revisit.
Tum vero Teucri incumbunt, et litore celsas
Deducunt toto navis. Natat uncta carina;
Frondentisque ferunt remos et robora silvis
Infabricata fugae studio.
Migrantis cernas, totaque ex urbe ruentis,
Ac veluti ingentem formicae farris acervum

sermonem, quem cum Aenea habebat, ad finem non perduxisse. Noli adiectum *medium* ita interpretari: Dido querelas alias reticuisse; quod non magis factum a regina, quam a Mercurio 276. *Tali Cyllenius ore locutus, Mortalis visus medio sermone reliquit.* *W.* — *auras fugit*, lucem; quod inf. 451 *taedet caeli convexa tueri*. in thalamum se recepisse putanda est. — *aegra*, praeclare: quippe mox deliquium animi passura; sed adhuc vires sumit ab irae aestu. Reliquorum vide ornatum pro: suscipiunt eam et reportant in thalamum. *H.* Iunge *multa cunctantem*, multum cunctantem. Val. Flac. I, 757. *multa leo cunctatus.* — *metu*, ne dolorem et iram Didus se purgando augeret. — *thalamo*, in thalamum. *W.*

393 — 395 ornate, quamquam eam solari cupiebat. — multum dolens (*πολλά γ' ὀδυρόμενος*) et amore ardens. — 397 *Incumbunt*; de studio. conf. inf. IV, 73. *H. incumbunt* operi reficiendarum navium. Usurpatur verbum ita, ut dativus rei, cui opera enixe datur, omittatur, itaque pro vires intendere, conniti, ut apud Ovid. Metam. X, 657 de currente. Similiter Graeci verba *ἀντιλαμβάνεσθαι*, *συνεπιλαμβάνειν*, genitivo rei non adiecto, posuerunt. cf. Thucyd. II, 8. *W.* Comparant Il. *δ*, 223 *sq.* de Agamemnone: malim illa memorare Iliad. *β*, 149 sqq., ubi Achivi de discessu cogitant. — Mox *uncta*, pice delibuta, *fugae*, celeris profectionis, ut poëtae solent. Sic *φυγή*, *φεύγειν*. — 402 — 407 Accepit ab Apollonio, IV, 1452 de Minyis ad aquam repetam convolantibus, sed egregie ornavit. Dignitate comparationem carere, censuerunt multi; fortasse quod cardinem comparationis non videbant in festinationis notione verti, non autem in ipso animantis genere. Bene Serv. *ad studium respicit comparatio h. l.*, *non ad personae*. A parvis rebus et animalibus exempla passim petuntur, non modo Homero, v. c. a muscis Il. *ϰ*, 641 sq. *β*, 469, sed etiam castigatioribus, ut ap. Apollon. I, c. a formicis et muscis, IV, 1298 a pullis, et sic porro. Noster autem etiam per dilectum verborum ab hominum vita translatorum rei dignitatem fecit: *pe-*

Quum populant, hiemis memores, tectoque reponunt:
t nigrum campis agmen, praedamque per herbas
Convectant calle angusto; pars grandia trudunt
Obnixae frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantque moras; opere omnis semita fervet.
Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus!
Quosve dabas gemitus, quum litora fervere late
Prospiceres arce ex summa, totumque videres
Miscerі ante oculos tantis clamoribus aequor!
nprobe amor, quid non mortalia pectora cogis!
re iterum in lacrimas, iterum tentare precando
Cogitur, et supplex animos submittere amori,
Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.

ulant, tecto, pro caverna, (Ge. , 379) *it campis agmen, praedam convectant, humeris obnixae* tc. — 402 *Ac* supple: ita urbe uentes videas, *veluti* etc. *H.* Omisit poëta notionem *studiose laborantes*, quam post versum 07 per formulam *haud secus* vel *haud aliter* annexam expectabis, t 441 — 447. factum est. — *Cernas* poëticum pro legitimo *cernerés*. VIII, 691. *credas innare* pro crederes innare. De erbo *populant* cf. Not. ad Ge. , 185. *W.* — *hiemis memores*. Notus Horatii locus I Sat. 1, 35. — *It nigrum campis agmen*, Hemistichium Ennii de elephantis dictum, quo ante Accius st usus de Indis." *Serv.* — *calle angusto*, proprie ex formicarum natura, *ἀεὶ μίαν ἀτραπὸν τάττες βαδίζουσι*, Aristot. H. A. IX, 38. Sic Ge. I, 380 *Angustum formica terens iter. rudunt*, quae portare non possunt, *Serv.* — (*cogere agmen*, ocutio saepe a re militari ad alia ranslata, usurpatur de iis, qui gmen claudunt eo consilio, ut morantes coerceant et a rapinis rohibeant. *W.*) *moras* exquisite ro tardos, morantes, et *opere* ro *iis*, quae opus faciunt, fornicis. Locum Plinius in animo abuit lib. XI, 31. s. 36. *H. fervere* tribuitur locis, quae opere et turba frequentantur. cf. Aen. VIII, 677. *Marte fervere Leucaten.* Martial. II, 64, 7. *fora litibus omnia fervent.* Sic, 409 *litora fervere*, ubi diversum puto *Troiani fervent*, quod affectum aliquem animi Troianorum significaret. *W.* — 408 Oratoria apostrophe quam vim h. l. habeat, facile intelligitur. — *litora fervere* (quod inf. 416. *properari*) doctius quam: Troianos in litore; sic et v. 411 *misceri aequor* pro: clamores misceri in aequore. (*miscetur mare*, ubi motus est strepitusque plurium opus facientium. *W.*) — 412 Color ex Apollon. IV, 446, ubi Medea Absyrtum iugulat. (De constructione *quid — cogis* ad III, 56. *W.*) — *ire in lacrimas*, quod vulgari ratione procedere, descendere ad lacrimas. — *animos* non male pro *iras* accipiunt nonnulli sp. Serv. possunt tamen alti, superbi, spiritus non minus bene locum habere. — 415 Servius ita accipit, ut *frustra* ex poëtae iudicio dictum sit: ut omnia experiatur, etsi frustra! Scilicet turbabat illa vox, cum quaereretur de verborum ordine. Aliis placet iungere: *frustra moritura*, sc. si quidquam intentatum reliquisset. Facere aliquis aliquid *frustra* putandus est, non modo, cum sine effectu, verum etiam,

Anna, vides toto properari litore; circum
Undique convenere; vocat iam carbasus auras,
Puppibus et laeti nautae inposuere coronas.
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre, soror, potero. Miserae hoc tamen unum
Exsequere, Anna, mihi; solam nam perfidus ille
Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus;
Sola viri mollis aditus et tempora noras.
I, soror, atque hostem supplex adfare superbum:
Non ego cum Danais Troianam exscindere gentem

si sine consilio, temere facit, non exputans, hac ratione et via id, quod velit, obtineri non posse, sed aliud consilium sequendum esse. Idem fert mala *frustra*, quae opera et studio avertere poterat. Dido frustra mortua esset, si quid opis et auxilii neglexisset, quo tentato Aeneam in urbe sua retinuisset. Saltem melior locus voci *frustra* exputari nequit. *H.* Brevitatem et poëticam dicendi rationem nota pro vulgari: ne, si quid inexpertum relinquat, *frustra* moriatur. Verba a cogitatione Didus pendent. *W.*

416 — 418 *convenere* v. sup. 289. (*circum undique* Gell. XIV, 2. *W.*) — *vocat auras* velum: v. sup. ad v. 223. — *coronas* ex more in re laeta, et h. l. in discessu optato, uti alias ex victo hoste, vel salvo reditu, vel festo die, et in re sacra. Quod non agnoscere voluisse videntur veteres Grammatici, qui versum reprehendebant, fortasse ut ex Ge. I, 304 repetitum. Apud Servium: *Probus sane sic adnotavit: si hunc versum omitteret, melius fecisset.* — 419 Ducta sententia ex loco: quod praevideri potest malum, ferri potest. Quae enim praevidere aliquis potuit, et mente augurari, rebus ita ferentibus, evenire posse, ea, si evenerint, aequo animo ferenda sunt, tamquam humana, h. e. quae, natura rerum ita constituta, in hominem cadunt. *si potui*; quod ad vulgarem modum dicere: *si debui*. Quandoquidem hic dolor mihi ab initio *sperandus* (Ecl. VIII, 26), h. e. exspectandus, metuendus erat (nam praevidere hunc Aeneae discessum poteram ac debebam, quippe qui in Italiam tenderet) pectus puto satis me esse firmaturam ad eum perferendum. Altera ex parte praestruit poëta iustam mortis caussam *Didoni*, *ut*, cum omnia experta esset, etiam indigna se, quo fortunae mederetur, nihil ad dignitatem tuendam superesset praeter mortem. Ad tragicum morem pleraque sunt adornata. (Verba ita delecta et composita, ut Anna hunc inde sensum capere posset: sororem et praevidisse discessum et perlaturam esse; hoc praecipue significare videtur connexio illa: *tamen — exsequere*. *W.*) — 423 *aditus*, cf. sup. v. 293. Mox 424 *hostem* graviter ex affectu pro: infestum, odiosum virum. Male de hoste pro hospite dicto cogitant. (*superbum* appellat, quippe qui precibus et lacrimis non cesserat; Cic. Tusc. I, 8. §. 17. *Superbum id quidem est* de eo, qui non respondit. *W.*) — 425 sqq. Color orationis frequens: Quid tantum in eum commisi, ut me fugiat? tamquam poëta, gravissima scelera, quae committi possint, memorat. cf. Tibull. I, 2. 79 sq. Ceterum te-

Aulide iuravi, classemve ad Pergama misi;
Nec patris Anchisae cinerem Manisve revelli.
Cur mea dicta negat duras demittere in auris?
Quo ruit? extremum hoc miserae det munus amanti:
Exspectet facilemque fugam, ventosque ferentis.
Non iam coniugium antiquum, quod prodidit, oro,
Nec pulcro ut Latio careat, regnumque relinquat:
Tempus inane peto, requiem spatiumque furori,
Dum mea me victam doceat fortuna dolere.
Extremam hanc oro veniam; miserere sororis;
Quam mihi quum dederis, cumulatam morte remittam.
Talibus orabat; talisque miserrima fletus

ta oratione, qua ad infimas preces delabitur, nihil magis oratorium. Pleraque argutiis infirmavit Ovid. Epist. Didus v. 165. sq., ubi haec imitatur. — 425 cf. Il. β, 303 sq. sup. III, 602. — 427 *cinerem Manesve revelli*, docte, pro laesi, violavi. Proprie revelluntur sepulcra; cum his et urnae cinerariae. Cinere violato laesi sunt Manes. (Gravissima haec iniuria; reputa illa, quae de *ceremoniis sepulcrorum* exposuit Cicero Tusc. I, 12. §. 27. *W.*) Mox *dicta* sunt preces. — 429 *munus*, χάρις, hanc gratiam. (Ecl. VIII, 60 *extremum hoc munus*. *W.*) — *ventos ferentes* passim poëtae pro secundis. ἄνεμος, κραιπνοφόρος πόμπιμος, πομπαῖος οὖρος. (Notabilis copulatio per particulas *que* — *que*. Nam fere ad *facilem fugam*, h. e. navigationem, illud in primis pertinet, ne venti adversi obstent. Neque tamen exempla similia desunt. — 431 Non iam coniugii, cuius spem et opinionem *ab initio* mihi ostendebat, fidem ut servet, oro, quandoquidem illam fefellit, *prodidit* (perfide reliquit. *W.*) — 433. 434 Petit tempus ad leniendam amoris vim primumque impetum frangendum, donec ille cum tempore in dolorem subsidat, cf. Ovid. l. c. v. 177 sqq.; quod facere graves affectus solent; et ipsa mora discimus et adsuescimus adversa perferre. *Doceo dolere* est doceo moderate dolere, patienter dolorem ferre; tum illa impatienter ferebat vel immoderate dolebat. — *H. tempus inane* est, quo nil agitur; Val. Fl. III, 657. *inania tempora*; h. l. illud, quo nullum amoris commercium regina expetet, nec consiliis Aeneae officiet. *W.* — 436 Quam gratiam, quod beneficium, si mihi praestiteris, usque ad mortem grata ero. Haec est sententia nude enuntiata; ornatius: cumulatissimo usque ad mortem gratiam referam. Hoc poëtice extulit: *cumulatam remittam* pro cumulate referam, et *morte*, in morte, antequam moriar; grata ero per totam vitam usque ad mortem, ut in morte gratia cumulate repensa esse videri possit. Ita, puto, interpunctione post *dederis* facta, res satis expedita. *H. hanc veniam* est hanc gratiam. *veniam dare alicui* proprie dicitur pro petenti aliquid annuere et perficere; vid. interpretes ad Ter. Hecyr. IV, 2, 29. — *quum dederis* sunt qui prave in *si dederis* mutent, cf. 385. 536. — *morte*, si grammaticam spectas, notat; quum mors imminebit; cf. 244. *lumina morte resignat* (Mercurius). *W.*

437 — 439 Pervicacia, aut si mavis, constantia Aeneae in con-

Fertque refertque soror. Sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces ullas tractabilis audit;
Fata obstant, placidasque viri deus obstruit auris.
Ac veluti annoso validam quum robore quercum
Alpini Boreae nunc hinc nunc flatibus illinc
Eruere inter se certant: it stridor et alte
Consternunt terram concusso stipite frondes:
Ipsa haeret scopulis, et, quantum vertice ad auras
Aetherias, tantum radice in Tartara tendit:
Haud secus adsiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur, et magno persentit pectore curas:
Mens inmota manet; lacrimae volvuntur inanes.
Tum vero infelix fatis exterrita Dido
Mortem orat; taedet coeli convexa tueri.

silio discessus exsequendo, cum verba nuda non sufficerent, comparatione declaratur. *fletus*, preces cum lacrimis fert ad Aeneam plus vice simplici. Hoc, puto, est *fertque refertque*. *Il.* cf. XII, 866. *se fertque refertque* pro iterum iterumque se fert. Vid. Not. ad Tib. II. 6, 46. *W.* — *placidas*, translato epitheto a viro. (Consuluit Virgilius laudi humanitatis Aeneae. — *deus*, iussa deorum. *W.*) — 441 — 446 Comparationem hanc ex Il. π, 765 sqq. adumbratam esse, iam Macrob. volebat, ut et locum sup. lib. II, 416 sqq.; vix tamen tenuissimas lineas ibi reperias, ut vana plane opera in comparationem et Homeri obtrectationem impendatur. Melius possis huc referre Iliad. μ, 151 sqq.; sed imago rei ipsa et in rerum natura et in libris poëtarum passim est obvia; at ornatus verborum notabilis inest; *velut cum Alpini Boreae*, aquilo ex Alpibus spirans, potentius quam si breviter dixisset: *venti*, *certant eruere — quercum validam annoso robore*, h. e. trunco. (*certant eruere*, certant ad eruendum, nituntur eruere. *W.*, — *it stridor* pro fit. *Il. alte*. „Mediceus cum aliis praestantioribus libris *altae*, quam lectionem praefero." Ita Heynius iudicat. *W.* De vv. 445. 446 vide sup. Ge. II. 291 sq. sunt Homeri ῥίζαι διηνεκεῖς. *curae* sunt animi aestuantis motus — *lacrimae* Didonis et Annae. *H. tundere* et *obtundere* aliquem fere idem est quod *tundere* vel *obtundere aures* alicuius, *sed h. l.* accommodate ad *imaginem* propositam de Anna usurpatum, quae idem repetendo et ingerendo Aeneam movere studebat. *W.*

450 — 473 Hunc locum inter felicissimos et elaboratissimos referendum esse, arbitror. Praesagia illa et ostenta, superstitio ad animos gravi moerore perculsos tam accommodata, egregie hic commemorantur, temperanter tamen ac prudenter, cum alias poëtae in iis luxuriari soleant; multo magis somnia v. 465 — 468, quae ex recondita hominum gravi aerumna afflictorum observatione sunt depromta. Nil divinius illis: *semperque relinqui Sola sibi*, *semper* etc. de quibus v. ad 466. 468. Inter adversae fortunae beneficia referre fortasse possis et hoc, quod talium rerum ac locorum sensum et dulciorem habeas et altiorem. — — 450. 451 *fatis exterrita*, consternata et mente deiecta malis suis. cf. inf. 464. *orat* exquisitius quam optat, desiderat. *coeli con-*

Quo magis inceptum peragat, lucemque relinquat,
Vidit, turicremis quum dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros,
Fusaque in obscenum se vertere vina cruorem. 455
Hoc visum nulli, non ipsi effata sorori.
Praeterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui, miro quod honore colebat,
Velleribus niveis et festa fronde revinctum.
Hinc exaudiri voces et verba vocantis 460
Visa viri, nox quum terras obscura teneret.
Solaque culminibus ferali carmine bubo
Saepe queri, et longas in fletum ducere voces.
Multaque praeterea vatum praedicta piorum
Terribili monitu horrificant. Agit ipse furentem 465
In somnis ferus Aeneas; semperque relinqui
Sola sibi, semper longam incomitata videtur
Ire viam, et Tyrios deserta quaerere terra:

vexa, τὸν κοῖλον οὐρανὸν, ἀμφίκυρτον. convexo nutantem pondere mundum dixerat sup. Ecl. IV, 50. Primus Cicero, in Arateis v. 314 hunc usum invexisse videtur; mox placuit Virgilio, Ovidio, et aliis. — 453 — 455 Inter sacrificandum vidit vinum, in ignem libatum, in sanguinem verti. At quam ornate singula, etiam propriis verbis! *obscenum* de re mali ominis et alibi notatum; Ge. I, 470. *turicremas aras* iam Lucretius dixit II, 353. — 456 Ad maiorem horrorem faciendum egregie hic versus comparatus. Nunc demum de Didonis salute desperes. Nam ita humana natura fert, ut in extrema ruens animus, et iam deliberata morte defixus, silentio pertinaciter omnia premat. — 457 — 461 Hunc locum ante oculos habuisse videtur Popius in pleniss. affectus summi epistola Eloisae v. 307 sqq. *Templum*; intellige sacellum Sychaei Manibus dicatum, fortasse cum eius signo, ut Ovidius expressit Ep. VII, 99. Simile Elissae templum memorat Silius I, 81 sqq. — *antiqui*, priscis. — *Velleribus niveis*, infulis ac vittis laneis, quae etiam in monumentis passim occurrunt. *fronde*, sertis. — 462. 3. De *bubone* cf. Plin. X, 12, s. 16. *sola* sc. avis. *H.* Virgilium, qui pluribus nominibus genus insolitum tribuit, ut Ecl. VI, 62. legitur *cortex amara*, Ecl. III, 69 *aëriae palumbes*, Ecl. VIII, 28. *damae timidi*, hoc loco *bubo* genere feminino usurpasse, docetur compositione verborum, et grammatici Latini pronuntiant. — *bubo queri*, h. e. questa est; infinitivus historicus, cf. 422. et Ge. I, 485. Noli *visa* repetere. Nam bubo questus est, non visus est queri. — 464 Heynius in eam partem propensus est, ut lectionem cod. Vatic. aliorumque *priorum* recipere velit. — 465 *horrificant*. Verba, quae terrorem facere notant, sine casu non raro ponuntur. Tac. Hist. I, 86. *Prodigia insuper terrebant.* III, 26. *terrebat ipsorum miles. W.* — 466 — 468 Nihil ad sensum verius. Solent enim, si gravi aerumna usque ad insaniam aestuat animus, eiusmodi somnia obiici, ut per horrendas solitudines, per deserta palatia, aut

Eumenidum veluti demens videt agmina Pentheus,
Et solem geminum, et duplicis se osteudere Thebas;
Aut Agamemnonius scenis agitatus Orestes,
Armatam facibus matrem et serpentibus atris
Quum fugit, ultricesque sedent in limine Dirae.
Ergo ubi concepit furias, evicta dolore,
Decrevitque mori, tempus secum ipsa modumque
Exigit, et, maestam dictis adgressa sororem,
Consilium voltu tegit, ac spem fronte serenat:

per porticus immensas sine fine errare nobis videamur. Non male compares Ennii versus de simili Iliae somnio ap. Cic. de Div. I, 20 *Excita cum tremulis* etc. — 469. 470 Ex Euripide ductum Bacch. v. 906 sqq., ex loco sublimi et terroris pleno, ubi contemtor Bacchi Pentheus in vesaniam actus καὶ μὴν ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ· Διπλᾶς δὲ Θήβας, καὶ πόλισμ' ἑπτάστομον. Servius ad h. v. *Pentheus autem, secundum tragoediam Pacuvii, etiam ipse furuit.* Pacuvii quidem fabula tali argumento ac nomine aliunde nota non est, sed *L. Attii Bacchas* memoratas videas, ex Graeco haud dubie illas conversas. Virgilium exscripsit Seneca Agam. 728 sqq. — *agmina Eumenidum* dixit, ut poëta, pro agmen Eum. (cum *visa* Penthei narrentur, *agmina* proprie accipies. *W.*) — 471 – 473 Orestes Agamemnonis f., Clytaemnestrae matris Furiis agitatus, quum matrem faces sibi et serpentes intentantem fugiens templo prosilit, in foribus in Furias incidit, itaque se terroribus undique exagitari videt. Tragoediam poëtae ante oculos fuisse, per se patet, et bene Servius: *A Pacuvio* (puto in *Duloreste*) *Orestes inducitur, Pyladis admonitu, propter vitandas Furias, ingressus* (Delphis id factum intellige) *Apollinis templum; unde cum vellet exire, invadebatur a Furiis. Hinc ergo est:* Sedent in limine Dirae. Pacuvius igitur (quod et Ennius in Eumenidibus fecit, v. Columnam ad Enn. Fragm. p. 251.) Aeschyli Eumenides, quodammodo saltem, expressere. Nam aliter rem ornavit, dum Orestem furentem exhibet, Euripides in Orest. v. 255 sqq.; Iphig. in Taur. 283 et al.; aliter post illos poëtas Racinius sub fin. Andromachae. Iam ceteri sic expedienda: Ac *veluti scenis* in scena, Orestes furit a Furiis exagitatus, cum *fugit* etc. Ii iungere malim: *aut veluti quum Orestes agitatus scenis fugit matrem.* Alienum vero a poëta epico comparationem ita instituere, ut *scenam* et *fabulam* in imagine ob oculos ponat. Praestabat mythi mentionem facere. *W.*

474 — 479 Exquisita cum arte etiam hoc ex indole ac more hominum, qui de extremis cogitantes id agunt, ut consilium suum dissimulent. — *evicta*, ut poëta, pro simplici *victa* dixit. cf. Ecl. VII, 32. — *exigit* bene pro constituit, quod fit, re exacta ac deliberata. — *spem fronte serenat*, exquisitius quam frontem serenat et explicat, spe nova ac meliore concepta vel ostensa; hoc transfertur ad ipsam spem, quae serenior et laetior affulgere potest; Dido *spem fronte serenat*, h. e. serenioren ac laetiorem ostendit vultu: ut *spem vultu simulat*, lib. I, 209. Propius ad vulgarem modum Silius: *tristia fronte serenat*, XI, 567. — *spem fronte serenan* ut

Inveni, germana, viam, gratare sorori,
Quae mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.
Oceani finem iuxta solemque cadentem
Ultimus Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet, stellis ardentibus aptum.
Hinc mihi Massylae gentis monstrata sacerdos,
Hesperidum templi custos, epulasque draconi

Virgilio sumsit Nemesian. Ecl. IV, 17. — 478 sqq. Simulat Dido parare sacrum magicum, quo aut Aeneas amori iterum illigetur, aut ipsa amore solvatur; est igitur sacrum, quale in Ecl. VIII expositum vidimus. In toto hoc commento tam operose adornando et instruendo haec respexisse videtur Dido, ut, specie sacrificium arcanum parandi, cui, arbitris remotis, sola operaretur, ad mortem sibi inferendam opportunitatem, silentium et solitudinem haberet. Sed et illud furorem misere amantis arguit, quod vestes Aeneae et torum coniugalem secum comburi vult (inf. 495 sqq.), quodque Aeneae gladio in se iugulando utitur. Quae v. 504 — 521 narrantur, ad praeparandum et auspicandum sacrum pertinere puta. Namque ipsum sacrum non nisi a v. 630 sqq. peragitur; trahebat ac differebat illud sacrum suamque mortem regina, donec Aeneas Carthagine discederet. Tenenda haec, ut de summa et libri et narrationis constet. Quod sacerdotem arcani sacri ab Hesperidum hortis advocat, mirum videri potest, nisi forte Apollonii Medea, ad cuius amorem Didonis amor in Aeneam accommodatus est a poëta, ansam dedit, ut hortus cum dracone sacrisque magicis, apud illum lib. IV, 109 sqq. accurate descriptis, hic effingeretur. Certe v. 484 — 486 a Medeae exemplo petiti sunt, Apollon. III, 530 sqq. *H. eo solvat*, h. e. amore in eum. Usitatior est compositio *solvere aliquem luctu*, *amore*, quam *solvere hominem homine*. *W.*

480 — 484 Comparant Homericum ἐς Ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας, Il. α, 423; nec tamen id nisi ad hoc unum valet, quod extremum Africae litus Aethiopiam nominat, et h. quidem l. occidentale, quae proprie Mauretania est. De Atlante v. sup. I, 741: IV, 247. *torquet* ornatius quam coelum sustinet, motu simul coeli diurno expresso; praeeunte Ennio ap. Macrob. VI, 1. *Qui coelum versat stelleis fulgentibus aptum.* conf. Columnam ad Ennii fragm. p. 45. *aptum stellis*, exquisite; vulgari loquendi modo stellae coelo aptae, h. e. affixae sunt; tum et ipsum coelum adfixum et aptum, alligatum stellis, h. e. distinctum. Quod vero ex Mauretania excitatam anum *Massylae* tamen *gentis* facit, eamque *Hesperidum hortis* praeficit custodem, ne poëta licenter in populis, quorum sedes minus notae, versatus dicendus sit, ita videtur accipiendum, ut anum *Massylam* solito more poëtam omnino pro Libyca dixisse statuas, certo nomine pro indefinito posito. *Massylam evantem* ex nostro petiit Silius I, 101. *Hesperidum* autem *hortos*, communi poëtarum opinione intra Cyrenaicae fines positos, in Mauretaniam ad Atlantis montis radices removit, quandoquidem antiquiores diverse de eorum situ tradiderant. Hesiodus quidem πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο eos collocaverat Theog. 215; alii aliter. v. apud Plin. VI, 31 s. 36. qui

Quae dabat, et sacros servabat in arbore ramos,
Spargens humida mella soporiferumque papaver.
Haec se carminibus promittit solvere mentis,
Quas velit, ast aliis duras inmittere curas;
Sistere aquam fluviis, et vertere sidera retro;
Nocturnosque ciet Manis; mugire videbis
Sub pedibus terram; et descendere montibus ornos.
Testor, cara, deos, et te, germana, tuumque
Dulce caput, magicas invitam adcingier artis.

alio loco lib. V, pr. et XIX, 4 s. 22. apud Lixum (Mauretaniae ea in Atlantici maris ora urbs est) Hesperidum hortos collocat; ad *montem Atlantem* etiam Hygin. f. XXX f., ubi v. Intpp., in primis Salmas. in Solin. pag. 264 sqq. Vid. nunc do his Obss. ad Apollod. p. 166 — 170. *Hesperidum templum* pro hortis commemorat, ut locum iis sacrum, quem illo adhuc tempore superfuisse, et cui sacerdotem feminam praefuisse tradit. Nisi potius dicendum est: fuisse templum, ἱερόν, in luco situm, in quo serpens sacer colebatur religione antiqua; cui similis religio inter Graecos et Romanos, v. c. in Aesculapio colendo, occurrit, et alia similis inter populos Africae etiamnum memoratur. — 485 *sacros in arbore ramos*, sc. cum pomis aureis ramos, quos Veneri sacros fuisse Servius narrat: alii Terrae munus poma aurea tradiderant, v. Not. ad Apollod. II, 5. 11. Certe violari eos nefas erat. — 486 Cum melle antiquitas in quotidiano victu uteretur, et papaver posterior certe Graecia in deliciis haberet, cibus serpenti lautior et dulcior inde paratus a poëta memoratur; conf. inf. VI, 420. *soporiferum* tantum ornat. Nam draco pervigil papavere alitur. *H.* Non ubique epitheta arte delegit Virgilius, cf. Ecl. X, 66. — *spargens* ad verbum *dabat* refer. *W.* — *spargens*, miscens, *Serv.*; potius: obiiciens, praebens, apponens. Nihil amplius, nisi quod, ut poëta, docte loqui maluit. — 487 — 491 Sollemnis haec in artibus magicis, ad fastidium repetita a poëtis. v. Ecl. VIII, 69. Similem locum v. in Tibullo I, 2 sqq. *curas* et hic de amore. *solvere* animos proprium hac in re; ut *defigere*. Referuntur enim in re magica ea, quae ad amorem spectant, ad notionem illigandi et solvendi; in superstitionibus astrologicis, reliquisque divinationum generibus, plerumque praestigiae allegoricae tropicique generis sunt. Omnino ortae ac ductae sunt ceremoniae et ritus religiosi a symbolis et tropis, qui inde in ipsas religiones versi sunt; id quod ipsa mentis humanae indoles ita fert, maxime in rudioribus hominibus. — 489 *vertere sidera retro*, cursum astrorum mutare, errantium in primis. Tum illa evocat Manes sacris, *noctu* ex more fictis. — 490 *videbis*, vulgo videas; ut sup. v. 401 *Migrantes cernas*. Variat poëta orationem. Sequi debebat: illa motus terrae facit, et silvas in alium locum transfert. (Ultimam sententiam ἀσυνδέτως; adiecit et alibi et Ge. III, 478 — 482. Aen. II, 442 — 444. *W.*) — 492. 493 Sui arti (nam Romae quaestio de veneficiis e lege haberi solita) rationem in hoc habet poëta, quod Dido excusationem quaerit, cum magicis artibus utitur. A Didonis tempore ac more ista cura ac cantio aliena; nec Homerus ea excusa-

:reta pyram tecto interiore sub auras
et arma viri, thalamo quae fixa reliquit
, exuviasque omnis, lectumque iugalem,
ıerii, superinponas. Abolere nefandi
ı viri monumenta iubet monstratque sacerdos.
:ffata silet, pallor simul occupat ora.
men Anna novis praetexere funera sacris
.nam credit, nec tantos mente furores
ıit, aut graviora timet, quam morte Sychaei.
ussa parat.
'egina, pyra penetrali in sede sub auras

ırus fuit. — 494 — 498 secreto. — *tecto inte-* ıomanus impluvium dice- *auras*, sub divo. (Ma- rpretari, in altum, in Haec est vis verborum ıs, cum verbo motus iun- Aen. III, 422. VIII, 24. . VII, 768. II, 158. *W.*) ia haec domus Didonis lum Elissae mutavit Si- ı sqq., ubi plura ex h. l. ta. *arma relicta* de ense, ab Aenea Didoni dato, lum. v. inf. 507. 647. not. ad I, 248. *W.*) *exu-* inf. 651. cf. Ecl. VIII, *perii:* cum dilectu posita cum pudore. — 497 Ex- ıe amore velle videri po- lo sacris magicis; in qui- ıd inprimis factu opus abolerentur priscae con- is monumenta, ut contra ando amatore sub domus ea condi vidimus Ecl. . *iubet* de diis et vatibus usurpatum. Alii libri - 499 Ex intima arte et mentis recessibus huius ıntentia depromta. *Pal-* ınscientia cogitatae mor- oo — 503 Annae omni- et benevolentiam maio- uit, quam ingenii saga- Itaque et haec recte: — *aetexere funera sacris*, or ratio quam vulgaris: *ra*, insolitam religionem ıcium, praetexere *funeribus*, funeri, h. e. morti obtendere, sacrum per simulationem instruere, eoque consilium mortis occultare, conf. sup. 172: (ubi *praetexere* esse obtegere notavi. *W.*) — *nec* illa *mente concipit*, Didonem in animo agitare insanum mortis sibi consciscendae consilium. *H.* 502 *quam morte Sychaei*, sc. acciderant; de qua ellipsi nihil monuissem, nisi virum doctum *Matthiae*, in Gramm. Gr. pr. 627. hunc locum inter illa referre legissem, in quibus particulam *quam* ante ablativum abundare statuunt. Praeclare igitur Annam tum non graviora timentem facit, quam mortem Sychaei, iam pridem defuncti! *W.*

504 — 508 Ergo *scrobem* intellige in sacris magicis fieri solitum, in quo lignorum strues cumulabatur. vide v. c. Orphei Argonaut. 948. 968 sqq. Add. Od. λ, 25 et Val. Fl. I, 738. In eandem foveam victimarum caesarum sanguis demittebatur. Erat illa pro ara, ἐσχάρᾳ. De hac accipe *pyram* h. l. cf. Statium Theb. IV, 451. 455 sqq., qui ex parte hunc locum ante oculos habuit. Eadem pyra mox Dido usura erat pro rogo, quo se concremaret, 645. 6. Nunc illi pyrae pro victimis cremandis imponuntur vestes et omnes reliquiae pristini amoris; cum imagine Aeneae caeca 508. 640. At eriguntur *arae* circa foveam et

Erecta ingenti taedis atque ilice secta,
Intenditque locum sertis, et fronte coronat
Funerea; super exuvias, ensemque relictum,
Effigiemque toro locat, haud ignara futuri.
Stant arae circum, et crinis effusa sacerdos
Ter centum tonat ore deos, Erebumque; Cha
que,
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.
Sparserat et latices simulatos fontis Averni;

pyram, ad quas illa sacrum erat factura victimis v. 635 sq. *intendit locum*, pyram, *sertis*, exquisitius et hoc quam vulgare: *intendit serta per locum*. (cf. Not. ad V, 403. *W.*) sup. II, 256 occurrebat: *vincula collo Intendunt*. Quam non inutile sit, talia monere, discas, si Burmanni notam compares. Nolim autem ex h. l. probari, rogos sertis ornari solitos fuisse. Nam h. l. pyra, tamquam ara, corollis cingitur. sup. Ecl. VIII, 64 *molli cinge haec altaria vitta*. — 506 *fronde funerea*, cupresso, inquit Servius, aut potius arborum frondes intelligo, quarum in sacris magicis usus erat. Nam de funere poëta tantum ex eventu rem interpretatur. (Ut iungeretur *pyra erecta taedis* sicut supr. II, 185. *adtollere molem roboribus*, distinctionem post *ingenti* sustuli. Add. Iuven. XIV, 95. *Dum meliore novas adtollit marmore villas*. Graeci ἀΐρειν usurpant, cf. Thucyd. I, 90. *W.*) — 507 Pyrae imponit Dido ea, quae contactum corporis Aeneae senserant; vestimenta, tum ensem, torum coniugalem, et in hoc *effigiem*, puta, cereamm, quae, ut in talibus sacris, igne liquefacta efficeret, seu ut ipse Aeneas simili modo amore liquesceret ac contabesceret, cf. Ecl. VIII, 80. seu, quod v. 640 docet, ut perfidiam morte misera lueret.

509 — 511. *sacerdos*, Massyla illa sup. v. 483 (*sacerdos* etiam illa dicitur, quae sacra peragit magica. Ita Alcimede apud Fl. I, 755 *sacerdos* appellatur, ubi male Aesonem intelligit *W.*) — *tonat*, invocat (vocat lius I, 94, ubi hunc locum tulit) deos inferos, longo ne eorum nomina recitans, in his sacris (exemplum in Medea v. in Ovid. Met. 192 sqq.) mos erat, omnia in hymnis veterum *et for* sacris. Etiam hoc ex more, eiusdem numinis plura nc recitantur ad *vires et pote* numinis *diversas declarandas* eadem *Hecate triceps* τριεσ φαλος in Orph. Argon. 974 facile apparet leg. τρεσσοχ νος) et *Diana* est τριπρόσ *triplex*, *triformis*, τρίμορ Pro *Diana virgo tria ora h* doctius posuit alterum p Quod autem Maura anus no deorum Graeca pronuntiat, communi more inter Roman poëtas et historicos receptum aut barbarorum religiones nominibus interpretantur, barbaris suas religiones trib solent, vitio Maroni verti ne — 512 — 516 Effunditur, in gum aut in aras, aqua, qua Styge hausta putabatur. *sim tos*, proprie h. l., cf. III, 549, quos fingebat *Avernales* Horat. Epod. V, 26, et ex inferis petitos esse. — Super tiones magicas diserte enar nihil attinet. Lusum aliquen similitudine rerum, pleramque legorice, petitum, inesse, ante dixi. Aeria proprius i

alcibus et messae ad lunam quaeruntur aenis
abentes herbae, nigri cum lacte veneni;
uaeritur et nascentis equi de fronte revolsus
matri praereptus amor.
sa mola manibusque piis altaria iuxta,
num exuta pedem vinclis, in veste recincta,
statur moritura deos, et conscia fati
dera: tum, si quod non aequo foedere amantis
rae numen habet iustumque memorque, precatur.
Nox erat, et placidum carpebant fessa soporem

gica usus. Aeneam falcem ab
phocle habere Virgilium, vo-
at Macrob. V, 19. quem vide.—
Bentes herbae, ut Ge. III, 126,
βάζουσαι, lanuginosae verius,
am virentes. (cf. Not. ad XII,
5. *W.*) *nigri cum lacte veneni*,
succos venenatos herbarum
seminum. — *et equi amor*:
ppomanes. Nota res. v. Ari-
t. VI. H. Anim. 22: VIII,
: Aelian. XIV. H. Anim. 18.
sup. ad Ge. III, 280. Sed
illustrandum poëtam Plinii
us sufficit VIII, 42 s. 66 *Et*
e equis amoris innasci venefi-
m, hippomanes appellatum,
fronte, caricae magnitudine,
lore nigro; quod statim, edito
rtu, devorat feta, aut partum
ubera non admittit. Si quis
ereptum habeat, olfactu in
biem id genus agitur. Vides
ëtae verba: *et matri praere-*
s amor, h. e. quod amorem
iciliat, philtrum, caruncula, quae
philtrum adhiberi potest, prae-
tum, antequam equa feta de-
averit.

517 — 521 *mola manibusque*
s. Servius: farre et sale —
manibus puris. Docent se-
entia, esse manus pio precan-
, mola salsa in ignem iniecta,
coelum sublatas. *H.* Notabis
nstructionem *mola manibusque*
s testatur deos, qualis est apud
n. Hist. Nat. 18. c. 2. *mola*
sa supplicare, et apud Val.
I, 781. *Stygiasque supremo*
ecerat igne domos. W. — *Unum*
exuta pedem vinclis, unum pe-
dem habens nudum, ad religio-
nem pertinuisse videtur. Inter
plura, quae Intpp. afferunt, unus
Artemidori locus huc facit lib. IV,
67. Occurrit eadem res in signis
veterum. — *veste recincta*, so-
luta zona; nota res in religioni-
bus. cf. Ovidii locum ex Virgi-
lio expressum Met. VII, 182 sq. —
conscia fati Sidera obtestatur,
ut *conscius aether* sup. 167, quae
se morti imminentem adspice-
rent; non autem respectu fato-
rum, per sidera, aut per sidus
natale, constitutorum. — *tum*
numen precatur, si quod habet
curae amantes non aequo foede-
re, h. e. eos respicit, qui mu-
tuo amore non amantur. — *H.*
memor, iniuriarum amantibus fa-
ctarum, h. e. ad puniendas eas
intentum. *W.*

522 — 528 Suavissima noctis
descriptio, quae ipsam rerum
quietem spirare videtur; hoc ta-
men in primis laudanda, quod,
cum saepe in ea et alii poëtae ela-
boraverint, huic in primis loco illa
convenientissima est, ut post il-
los in loco superiore prodigiorum
et sacri magici terrores nunc ani-
mum diverso modo afficiat, utque
delinitum hac suavitate legentis
animum mox a v. 529 miserae
Didonis summus amoris aestus
animique cruciatus tanto magis
percellant. Nec tamen hac in re
inventi laudem habet Virgilius,
sed iudicii tantum et elocutionis
in exprimendo Apollonio Rhodio

Corpora per terras, silvaeque et saeva quierant
Aequora, quum medio volvuntur sidera lapsu,
Quum tacet omnis ager, pecudes, pictaeque volucres,
Quaeque lacus late liquidos, quaeque aspera dumis
Rura tenent, somno positae sub nocte silenti.
Lenibant curas, et corda oblita laborum.
At non infelix animi Phoenissa, neque umquam
Solvitur in somnos, oculisve aut pectore noctem
Adcipit. Ingeminant curae, rursusque resurgens
Saevit amor, magnoque irarum fluctuat aestu.
Sic adeo insistit, secumque ita corde volutat:
En, quid ago? rursusne procos inrisa priores

III, 744 sqq. *Νύξ μὲν ἔπειτ'* etc. cf. et IV, 1058 sqq., quem iam ante Virgilium converterat Varro Atacinus; cuius versus v. ap. Senecam Controvers. XVI extr. Vix me teneo, quin loca adscribam: sed brevitati studendum est. Compara inf. VIII, 26.— Noctis silentia miram suavitatem habent; *silvae et aequora quierant*, cessante sub noctem vento. Non aliter. — *fessa corpora*, docte, homines, nisi omnino animantia malis. — *medio volvuntur sidera lapsu*, cursu per mediam coeli partem; ad rudes hominum sensus. — *positae*, compositae, sopitae. *H.* cf. Ecl. VI, 14. *somno iacentem*. Versum 528, qui a codicibus praestantioribus, ut Mediceo, absit, quoque pecudibus et volucribus *noctu a curis liberari* improprie tribuatur, a manu aliena additum esse censet Heynius. Brunckius vero acriter illum defendit, post *ager* colo distinguens, ita ut verba *pecudes p. v.* ad *lenibant* referenda sint. Cuius sententia haud scio an invetur transitu: *At non infelix animi Phoenissa*, ad quae supplendum *lenit curas*, non *dormit*, quod sequentia *neque — adcipit* prohibent; nisi forte quis putet, illam notionem *lenit curas* ex prioribus vel absque hoc versu assumi posse, usus loco Ge. IV, 530, ubi vid. H. Vossius p. 912. *W.* — 529 sqq. Eadem antithesis Iliad. β, pr.: κ, pr.: ω, 677. et saepius obvia. *At non* sc. carpit soporem, *ἀωτεῖ*. — *Solvitur in somnos*, exquisite, pro solvitur somno, quiete. *noctem* pro quiete noctis ac somno dixit. *Ingeminant curae*, utpote in noctis solitudine. cf. *sup. v. 82.* *H. fluct. aest.*, Dido; cf. Aen. VIII, 19. *magno curarum fluctuat aestu*, Aeneas. *W.* — 533 sqq. conf. Eurip. Medea 502 sqq. *insistit* mente et cogitatione, ut sit: ita apud se cogitat, dum deliberat, quid sibi agendum sit. (*sic insistit*, horum cogitatio eam subit, est rarum loquendi genus. *W.*) Oratorie pathos in his Didonis verbis tractatum, facile nostrum quisque per se intelligit. Confer, si vis, Scalig. in Poëtic. et Cerd. ad h. l. *H.* Praefero *quid agam*, quod in codicum parte exstat, et explanatum est ad IV, 285. Nam incerta est, quid agat. Alienus autem est sensus verborum *quid ago*, quae significant, dicentem se vel facta sua vituperare. Horat. Od. I, 14, 2. *O! quid agis?* Terent. Adelph. I, 2, 49. *Siccine agis?* Apud Sophoclem Ai. 288. Aiax secum: *τί χρῆμα δρᾷς, Αἴας*; *W.* — *irrisa*, ut irridear: epitheton ab effectu rei ex more poëtarum.

Experiar, Nomadumque petam connubia supplex,
Quos ego sim toties iam dedignata maritos?
Iliacas igitur classis atque ultima Teucrum
Iussa sequar? quiane auxilio iuvat ante levatos,
Aut bene apud memores veteris stat gratia facti?
Quis me autem, fac velle, sinet? ratibusve superbis
Invisam accipiet? nescis, heu perdita! necdum
Laomedonteae sentis periuria gentis?
Quid tum? sola fuga nautas comitabor ovantis?
An Tyriis omnique manu stipata meorum
Inferar, et quos Sidonia vix urbe revelli,
Rursus agam pelago, et ventis dare vela iubebo?
Quin morere, ut merita es, ferroque averte dolorem.
Tu lacrimis evicta meis, tu prima furentem
His, germana, malis oneras, atque obiicis hosti.
Non licuit thalami expertem sine crimine vitam
Degere, more ferae, talis nec tangere curas!

conf. Ernesti ad Callim. in Del. 117. *H.* Malim *irrisa* exponere: ab Aenea despecta. *W. procos* et *Nomadum* v. sup. v. 36. 37. — *ultima Teucrum iussa*, explicant: suprema, minus bene; sed infima, deterrima, accommodatissimo epitheto ad indignationem et odium, quasi exspectandum sit, ut infimo loco habeatur, utque sibi tamquam caloni alicui indignissima quaeque imperentur. — 538 *quiane auxilio iuvat ante levatos*, an, quia eos iuvat, levatos esse malis auxilio meo; vel, *quasi vero hoc iuvet*, prosit, et quidquam eo profecerim, quod ipsis ante auxilio fui, e naufragio eos excipiendo. (Lectionem *Et bene*, quam plurimi et praestantissimi libri habent, quamque meliorem esse Heynius vidit, restituendam puto. Nam posterius *Et bene — facti* ad priora explicanda adiectum esse putet. *W.*) — *sinet me*, sc. sequi classem; in sqq. — 540 — 543 verborum dilectum observa. Troianos quasi perfidia et periurio infames a Laomedonte denominat, cuius periuria in Neptunum et Apollinem, mox in Herculem nota sunt. Locus class. Iliad. φ, 441 sqq. *H.* Vid. etiam Ge. I, 501. *W.* — 543 *ovantes*, laetantes; invidiose et hoc. cf. sup. 294. 295. — 545 *Inferar*, sequar, insequar Troianos classe? (Similitudinem habent aliquam verba I, 439. *Infert se per medios. W.*) — *et quos Sidonia*, quos paullo ante a Tyro excitavi, iterum, navibus conscensis, maritimis curaibus errare faciam? (Si Virgilius sibi constat, *urbe Sidonia* est urbs a Sidonibus condita, Tyrus, cf. I, 340. 346; neque explicanda sunt verba ad illa multum obvia: *urbe Romana, urbe Foroiuliensi. W.*) — 548. 549. Errant animi sensus et motus per varia ac diversa, ut solet fieri in tanto affectu. Quod ipsam sororem amantissimam accusat, summum affectum arguit, quo etiam in carissimos iniurii esse solemus; tu, o soror, permota lacrimis meis (v. sup. v. 30), tu *prima* (in primis) me in haec mala impulisti et Aeneae obiecisti, homini in exitium meum facto. — 551 *more ferae*,

Non servata fides, cineri promissa Sychaeo!
Tantos illa suo rumpebat pectore questus.
Aeneas celsa in puppi, iam certus eundi,
Carpebat somnos, rebus iam rite paratis.
Huic se forma dei, voltu redeuntis eodem,
Obtulit in somnis, rursusque ita visa monere est;
Omnia Mercurio similis, vocemque coloremque
Et crinis flavos, et membra decora iuventae:
Nate dea, potes hoc sub casu ducere somnos?
Nec, quae te circum stent deinde pericula, cernis?
Demens! nec Zephyros audis spirare secundos?
Illa dolos dirumque nefas in pectore versat;
Certa mori, varioque irarum fluctuat aestu.
Non fugis hinc praeceps, dum praecipitare potestas?

at quam parvum, hoc: ut saltem ferino more seclusam a iucunda societatis coniunctione, solam et hominum commercia fugientem vivere licuisset! Nihil amplius in sententiam est assumendam, quam adhorrens ab humaniore cum aliis consuetudine ac consortio natura. — *nec tangere*, attingere, sentire, *tales curas*, dolores animi. — 552 *Non servata fides*, est a me; non servare licuit fidem etc. *cineri Sychaeo*, Sychaeio, h. Sychaei; ut *Dardana* arma.

554 sqq. Non Homeri imitatione, apud quem rhapsodorum fortasse studiis, bis a Iove Mercurius mandata accipit, ut Calypso Ulyssem dimittere iuberetur; nec ea de caussa, ut invitum discedere Aeneam significaret, denuo Mercurium nuntium induxisse videtur poëta, sed ut ex propiore hac et nova numinis monitione ipse discessus dignitatem aliquam ac dissimilitudinem a vulgari quoque discessu haberet. Vulgaris narratio ita instituenda: „At Aeneae classis iam satis erat instructa, ut, vento secundo sub noctem exorto, illa litore solveret.“ At quam tenue hoc! Si vero metus a Carthaginiensium incursu erat memorandus, Mercurii monitu multo magis res egebat apud poëtam. — 556 — 559 Comparant Iliad. β, 20 sqq.: 57 sq.: Od. β, 268: Iliad. ψ, 69 sq., sed primo loco erat commemoranda Odyss. $\varkappa$, 277 sq. — Ad 558 cf. *inf.* IX, 650. — *colorem oris, qualis* est pulchrae iuventae ex palaestrae sole et pulvere. Mercurium e pulcherrimis diis esse, notum, in primis ex operibus veterum. — 560 — 569 *hoc sub casu*, exquisite pro periculo ac discrimine. — *ducere somnos*, quiete frui; Burm. vult esse h. l. producere per totam noctem. Sed in tanto periculo omnino dormire Aeneam insolens et mirum erat. — *deinde* videtur otiosum esse; sed lubenter eo utitur poëta ad morem particulae *εἶτα* vel in argumentatione vel pro porro, aut pro in posterum, ab hoc inde tempore. v. c. inf. V, 14. — *te circum stent*, iam Hom. *περὶ γὰρ κακὰ πάντοθεν ἔστη*, Od. ξ, 270. — *Zephyros* simpliciter pro ventis dicit; ut solet in ventorum nominibus a vulgari ratione recedere Virgilius, ut oratio exquisitior sit, dum figurata fiat. Et species aliqua Zephyri cursum Aeneae ab Africa in Italiam secundabat. — 564 *Certa mori*, vide v. 475. —

Iam mare turbari trabibus, saevasque videbis
Conlucere faces; iam fervere litora flammis,
Si te his adtigerit terris Aurora morantem.
Eia age, rumpe moras. Varium et mutabile semper
Femina. Sic fatus nocti se inmiscuit atrae.
Tum vero Aeneas, subitis exterritus umbris,
Corripit e somno corpus, sociosque fatigat:
Praecipites vigilate, viri, et considite transtris;
Solvite vela citi. Deus, aethere missus ab alto,
Festinare fugam, tortosque incidere funis,
Ecce iterum stimulat. Sequimur te, sancte deorum,
Quisquis es, imperioque iterum paremus ovantes.
Adsis o, placidusque iuves, et sidera coelo
Dextra feras. Dixit; vaginaque eripit ensem
Fulmineum, strictoque ferit retinacula ferro.
Idem omnis simul ardor habet; rapiuntque ruuntque.
Litora deseruere; latet sub classibus aequor;
Adnixi torquent spumas, et caerula verrunt.

566. 567 ornati versus! *turbari trabibus*, impleri navibus, sc. Carthaginiensium; conf. inf. 592. 593. 594.; ubi autem multitudo est, ibi res dicuntur turbari, misceri. — 568 *Si te his.* Comparant Il. σ, 268. 269. — 569 *Varium et mutabile* h. l. tantum eo pertinet, quod in muliebri animo summus amor in summam saevitiam et immanitatem verti potest, ut adeo Aeneae de salute cogitandum sit. — 570 *nocti se inmiscuit atrae*, evanuit. cf. sup. v. 278.

571 — 575 Fit discessus classis a Carthaginis littore. *subitis umbris*, potest fortasse accipi pro imagine, viso. Melius tamen in poëta pro caligine subito exorta, abeunte deo, qui, ut mos est, in multa luce apparuerat. sup. v. 358 *manifesto in lumine* viderat deum. *Fulsit ab invita numen procul*, ait Val. Fl. VI, 480. Nunc ergo *nocti se immiscuit atrae* vs. 570. *Corripit e somno corpus*, Lucretiana oratio, lib. III, 164. h. e. levat, movet. — *sociosque fatigat*, hortatibus h. l., ut omnino de saepius tentato motu dicitur poëtis, cf. ad VIII, 94. (*fatigare* notat impellere, stimulare, cf. VI, 533, et, ut verba *instare*, *hortari*, *incitare*, similia, ita usurpatur, ut res, ad quam instigantur homines, ex contextu intelligenda sit. *W.*) *funes*, retinacula, v. 580. cf. III, 639. 640. 667. — *Sequimur te* v. 576. Servius: secundum Ennium dixit: *Respondit Iuno Saturnia, sancta dearum, δία θεάων.* — In *quisquis es* argutatur Servius, et cum ipso alii. Atqui *forma dei — Mercurio similis* erat: ipsum Mercurium esse, nihil erat, quod Aeneam certum redderet. — 578 *sidera dextra*, mitte ventos secundos, proprie sidera, quorum exortu venti secundi flant, ac prospera navigatio fit. 580 v. Od. x, 127. — 581 — 583 Ut in toto loco, ita in primis in his versibus, cum verborum dilectu, tum asyndetis, et ipsis verborum temporibus ipsoque numero festinationem exprimi, facile observes. — *latet sub classibus aequor.* Bona rei imago, qua et alii poëtae passim utuntur, ad notionem multitudinis et magnitudinis na-

Et iam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile.
Regina e speculis ut primum albescere lucem
Vidit, et aequatis classem procedere velis,
Litoraque et vacuos sensit sine remige portus,
Terque quaterque manu pectus percussa decorum;
Flaventisque abscissa comas, Pro Iuppiter! ibit
Hic, ait, et nostris inluserit advena regnis?
Non arma expedient, totaque ex urbe sequentur,
Deripientque rates alii navalibus? Ite,
Ferte citi flammas; date vela, inpellite remos. —
Quid loquor? aut ubi sum? Quae mentem insania mutat?
Infelix Dido! nunc te facta inpia tangunt?

vium in animis effingendam. Scilicet naves aequatis proris procedentes tegunt superficiem aequoris et adspectui subducunt. *spumas*, mare spumans, *verrunt*, remis.

584 Animadverso classis discessu, Dido in furorem acta iras, querelas, minas, diras miscet, quibus Aeneam cum Troianis devovet. 584, 5. Homerici versus Iliad. λ, 1: ω, 695. et alibi, verbis fere Lucretii lib. II, 143. Hunc locum de Didonis novissimis fatis variare voluit Silius VIII, 84 sqq., quae comparet, qui Virgilianum πάθος adcuratius cognoscere vult. — 586 — 588 Servius: „et bene hanc primum inducit vidisse crepusculum, quae, quasi amatrix, tota vigilaverat nocte.“ cf. Ecl. VIII, 17. Fortasse ante oculos fuit Apollon. Rh. III, 819 sqq. — *e speculis*, ex specula, seu edita aedium parte. — *albescere*. Creditur ex antiquo poëta, fortasse Ennio, adumbratum esse: *Ut primum tenebreis abiecteis inalbabat Dies*, v. Columna ad Enn. p. 65. — *aequatis velis*, aequalibus ordinibus; hoc declaravit velis aequaliter plenis, leni ac secundo vento a tergo impellente. cf. inf. V, 844 et 232. Male Homeri νῆες ἐΐσαι, quod perpetuum epitheton navium est, huc trahuntur. *H.* 588. *vacuos sine remige*. Ubertas est, qualis apud Soph. Antig. 440. Σὺ μὲν κομίζοις ἂν σεαυτὸν, ᾗ θέλεις, ἔξω βαρείας αἰτίας ἐλευθέρου. *W.* — 590 — 594 Magna est legentis exspectatio, quae, desperata iam salute, omnique meliore spe erepta, futura sit miseras reginae oratio. Et pathos verbis inest summum: furit, minatur, se accusat, imprecatur. *abscissa* pro vulgari: evulsis comis *illuserit* post *ibit*, ut I. Ge. 157 *Falce premes — vocaveris*. (De temporum ratione vid. not. ad II, 581. — *inluserit*, h. e. contemserit. *W.*) — *nostris regnis* mihi, tamquam reginae. Illuserat autem discessu tuto et impune facto post tantas in Didonem amantem iniurias. — *arma*, instrumenta navalia et h. l. alii *expedient* — alii *deripient*, rapient, rapide educent. *H.* *arma* esse h. l. instrumenta belli, monstratur divisione. *expedient* (alii) *arma*, *alii deripient rates*. Caes. B. G. I, 8. f. *Helvetii — navibus iunctis ratibusque compluribus factis*, alii *vadis Rhodani — si perrumpere possent, conati*. — De verbis *mentem insania mutat* cf. not. ad I, 237. *W.* — 596

Tum decuit, quum sceptra dabas. — En dextra fidesque,
Quem secum patrios aiunt portare Penatis,
Quem subiisse humeris confectum aetate parentem! —
Non potui abreptum divellere corpus, et undis
Spargere? non socios, non ipsum absumere ferro
Ascanium, patriisque epulandum ponere mensis? —
Verum anceps pugnae fuerat fortuna. — Fuisset,
Quem metui moritura? Faces in castra tulissem,
Implessemque foros flammis, natumque patremque
Cum genere exstinxem, memet super ipsa dedissem.

597 Variis modis haec accipi possunt et, ut plerumque fit in sententiis acutis, vario cum adfectu, prout *fata* sive *facta* legis, et quia *facta*, si hanc lectionem e libris praestantioribus praefero, et Aeneae et Didonis esse possunt, et quia in verbis *Tum decuit* suppleri potest vel: facere haec, sc. quae v. 592 — 594 memoraverat, vel: *facta impia*, factum impium Aeneae, perfidiam, *tangere te*. *Tangunt* porro, κατέχουσι τινός, cum ea, quae attingunt, adsunt, tum quae animum movent, urgent, percellunt vel concitant, motu, terrore, odio, quocunque alio vehemente animi affectu. Ex pluribus hanc rationem probem: Exhorruerat illa modo, ac damnaverat v. 595 atrocitatem consilii; silet, et mox: quasi vero nunc demum nefas ac scelus exhorrescendum mihi sit! tum debebam exhorrescere, cum, defuncti mariti memoria animo expulsa, in thalami ac regni societatem perfidum hospitem recipiebam; hoc est illud: *cum sceptra dabam*. Sic v. 214 ac *dominum Aenean in regna recepit*. Adde Ovid. Epist. VII, 12. 90. Ad sententiam comparare licet Medeae conditionem apud Apollonium IV, 1080 sqq. *H. facta impia* ad Aeneam refero propter ea, quae praecesserant 592 — 594. quibus perfidia illius se commotam et ultionis cupidam ostenderat. *Tum decuit*, te tangi eius perfidia, h. e. cogitare de perfidia eius, eamque prudenter cavere. *W.* — 597 — 599 cf. sup. 307. *En dextra fidesque*, sc. eius, *quem*, h. e. ita fidem servat is, *quem aiunt portare* (pro portasse) *secum Penates*. — 600 — 602 *abreptum*, raptum, prehensum, συμμάρψασα, *divellere corpus*, ornate, dilaniare eum. — *patriisque* respicit Thyestae vel Terei coenam. — 603 — 606 En affectum! qui altius adsurgere aut procedere nequit. Itaque v. 607. bene ad diras se convertit, at quanta cum arte illas ad religiosum ac sacrum aliquem horrorem attemperavit! — *Quem metui moritura*, praeclare, pro vulgari: quid mihi metuendum fuisset, cum mori decrevissem. Hoc est vere tragicum, et saepe a Tragicis pertractatum: qui mori potest, nihil habet, quod metuat. — *in castra*, h. l. classem, conf. III, 519. — *foros* tabulatum pro ipsis navibus. *Cum genere*, int. Troianos — *dedissem* in ignem; cf. furorem Medeae ap. Apollon. IV, 392 — 394. — 607 — 612 Solis, dei παυδερκοῦς, adeoque et iniuriae inspectoris, ut in foederibus (v. Il. γ, 277: et inf. XII, 176), ita in diris sollennis mentio; conf. Sophoclis Aiac. 856 sqq.: ibid. 835 sq.: 845 sqq. — Adde Ennii locum ex Medea Euripidea vs. 1246. conversum

Sol, qui terrarum flammis opera omnia lustras,
Tuque harum interpres curarum et conscia Iuno,
Nocturnisque Hecate triviis ululata per urbis,
Et Dirae ultrices, et di morientis Elissae,
Adcipite haec, meritumque malis advertite numen,
Et nostras audite preces. Si tangere portus
Infandum caput ac terris adnare necesse est,
Et sic fata Iovis poscunt: hic terminus haeret:
At bello audacis populi vexatus et armis,

in Fragm. p. 208. — *lustras*, de cursu, ut sup. 6. *opera terrarum*, ἔργα γῆς, γῆν εἰργασμένην, proprie de locis cultis. *Iuno* (v. sup. v. 59) γαμήλιος (*pronuba* v. 166) h. l. est *interpres et conscia curarum harum*, huius amoris aut coniugii, adeoque testis periurii et iniuriae. *Interpres* etiam alias, cuius intorventu aliquid efficitur, h. l. nuptiarum, quibus dea praeest. — 609 *Hecate*, cui noctu sacra celebrantur cum *ululatu*, h. e. carmine, precibus (notus usus vocis ἐλολύζειν in sacris, h. e. invocare animo commoto, ut de lamentis cogitandum non sit) in triviis. *ululata*; ut *bacchata Naxos* sup. III, 125. (Eiusmodi loca conferri non possunt; sed *ululare* deum est ululando invocare, vid. Forcell. Ad constructionem compara Soph. Electr. 750. ἀνωλόλυξε τὸν νεανίαν. *W.*) — *Dirae*, h. l. Furiae, ut XII, 845 sq. *Deos morientis Elissae*, Genios Didonis, mox Manes futuros, acceperam; ut XII, 646 *Vos o mihi Manes este boni.* — Melius est deos ultores Elissae intelligere. — 611 *Accipite*, *advertite*, *audite* de eadem re. *numen* vestrum, h. e. vim ac potestatem deorum inferorum ulciscendi malos, *advertite malis*, contra improbos et impios Troianos, *meritum*, quippe qui meruerunt vestrum numen, h. e. poenam a diis malorum ultoribus infligendam. Exquisitior ratio, quam illa: *advertere vultus*, *aures*, *animos*, ut Ov. VIII, Met. 482. — 612 sqq. Eximia poëtae ars elucescit in subiungendis diris his, quibus Aeneae fata post adventum in Italiam, mox temporum seriorum eventus bellaque inter Poenos et Romanos gesta ingeniose intexuit, ut tanto magis popularium suorum animos adverteret et delectaret. Dirarum vero et imprecationum usum a poëtis Graecis accepit, in quibus frequens est, utpote vehementibus affectibus bene inserviens. — 612 — 614 Ante oculos *fuere* ex *Od. t*, 532 sqq. dirae *Polyphemi in* Ulyssem: Ἀλλ' εἴ οἱ μοῖρ' ἐστὶ etc. — Gravitatem orationis nota in verbis singulis, ut: *Infantum caput* pro eum, *terris adnare* pro appellere ad Italiam, ut sup. I, 538. — *hic terminus haeret*, est: et si eo, h. e. in Italiam, pervenire tandem Aeneam, fatale est. Is scilicet fatorum et errorum Aeneae fuit terminus ac finis. *haeret*, fixus et destinatus est. Saltem hoc ab agrorum termicis petitum; verbum Lucretianum lib. VI, 64. *finita potestas denique cuique Quanam sit ratione, atque alte terminus haerens.* — 615 — 621 Revocata sunt ad has diras, quae lib. VII sqq. memorantur, bellum cum Latinis et sociis Rutulis, Aeneae profectio ad Evandrum, auxilii petendi causa, relicto in castris Ascanio, quem interea oppugnat Turnus cum magna Troianorum strage. Reliqua a v. 618 ad mortem Aeneae spectant; namque is tertio, ut plerique tradunt, a foedere

Finibus extorris, conplexu avolsus Iuli,
Auxilium inploret, videatque indigna suorum
Funera; nec, quum se sub leges pacis iniquae
Tradiderit, regno aut optata luce fruatur,
Sed cadat ante diem, mediaque inhumatus arena.
Haec precor; hanc vocem extremam cum sanguine fundo.
Tum vos, o Tyrii, stirpem et genus omne futurum
Exercete odiis; cinerique haec mittite nostro
Munera. Nullus amor populis, nec foedera sunto.
Exoriare aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face Dardanios ferroque sequare colonos,
Nunc, olim, quocumque dabunt se tempore vires.
Litora litoribus contraria, fluctibus undas
Inprecor, arma armis; pugnent ipsique nepotesque.
Haec ait, et partis animum versabat in omnis,

cum Latinis anno, pugna cum Tyrrhenis facta, in Numicio flumine periit. cf. sup. I, 264. 265. — *audacis populi*, Rutulorum. *Audax* poëtis est bellicosus, fortis. *Finibus extorris*, profectus ex castris in Latio positis. — *inligna*, miseranda, *suorum Funera*, in primis Pallantis lib. X. — *pacis iniquae*, cum paci iniquae se submiserit, v. lib. XII, 823 sqq. Sed res in maius aucta. — *ante diem*: non obstat lib. VI, 764, ubi est, *tibi longaevo*; non enim nisi paucos annos Aeneas in Latio regnavit. *inhumatus*, quoniam eius corpus nusquam inventum est, ut adeo inter deos receptus diceretur, ut ex Livii I pr. notum. — 621 *cum sanguine*, cum vita, sed multo maiore cum vi. — 622—629 Odia inter Poenos et Romanos, et bella perpetua de imperio. — *stirpem exercete odiis*, exquisitior ratio pro vulgari: exercete odia in posteros. Nihil amplius. (vid. Ge. IV, 453. *W.*) — *Munera* int. inferias, quae proprie *mitti* dicuntur. — *nec foedera sunto*, quippe tertio rupta. — 625 *ultor*, Hannibalem ostendit, qui Italiam ferro ignique vastavit. *ex ossibus* pro vulgari: ex cinere meo, h. e. post me veniat aliquis, qui persequatur etc. (Ad posituram verborum conf. Callim. in Del. 324. *Παίγνια κουρίζουτι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστόν*. Infr. V, 55. *Nunc ultro ad cineres ipsius et ossa parentis.* *W.*) *dabunt se*, exquisitius quam: erunt. Occurrit et alibi. Ge. I, 287 *multa se nocte melius dedere*. Sic res *se offerunt*. (Diversa haec loca puto; hic verba *se dabunt* explico: in promtu erunt, paratae erunt. *W.*) Bella scilicet denuntiat saepius renovata. — 628. 629 Poëtica amplificatio odii et inimicitiae, ut vulgo solemus dicere: omnia inter Poenos et Romanos fuisse infesta, contraria. — *nepotes*, posteri, sera posteritas, sc. respectu eorum, qui tum erant — *ipsi*. — *H.* Ceterum Heynio, cum clausula tenuior esset reliqua oratione, hemistichium *pugnent ipsique nepotesque* suspectum fuit; et particulam *que*, verbo *nepotes* annexam, ut importunam, deleri placuit. *W.*

630—665 Nutrice ablegata ad sororem Annam arcessendam, praetexto sacro magico parando, quo amore misero se expediret,

Invisam quaerens quam primum abrumpere lucem.
Tum breviter Barcen nutricem adfata Sychaei;
Namque suam patria antiqua cinis ater habebat:
Annam, cara mihi nutrix, huc siste sororem;
Dic corpus properet fluviali spargere lympha,
Et pecudes secum et monstrata piacula ducat;
Sic veniat; tuque ipsa pia tege tempora vitta.
Sacra Iovi Stygio, quae rite incepta paravi,
Perficere est animus, finemque imponere curis;
Dardaniique rogum capitis permittere flammae.
Sic ait. Illa gradum studio celerabat anili.
At trepida et coeptis immanibus effera Dido,
Sanguineam volvens aciem, maculisque tremen tis
Interfusa genas, et pallida morte futura,
Interiora domus irrumpit limina, et altos
Conscendit furibunda rogos, ensemque recludit
Dardanium, non hos quaesitum munus in usus.
Hic, postquam Iliacas vestis notumque cubile
Conspexit, paullum lacrimis et mente morata,

sola relicta conscendit rogum in interioribus aedium exstructum sup. 504 sqq. — 635 Suam propriam nutricem Dido iam olim apud Tyrum sepeliverat. Ut alibi *tumulo, sepulcro, urna, haberi, teneri* dicuntur defuncti: sic nunc *cinere in terra patria haberi* dicitur nutrix. (*suam* pro nutricem eius. *W.*) — 636 *monstrata*, a sacerdote, puto, *piacula*, piamina, h. l. purgamina, quibus in sacris magicis utebatur superstitio, hic ad mentem amore exsolvendam. conf. Ecl. VIII, 75 et 80 sq. Usa autem erat Annae opera in sacro parando sup. 494 sq. *Tu secreta pyram.* — 638 — 640 *incepta* sup. 504 sqq. vid. notam ad 480 sq.; conf. ad sqq. Silium VIII, 116 sqq., quia sua ex h. l. duxit: *Nigro forte Iovi* etc. sc. Plutoni. (De *Iove Stygio* cf. not. ad VI, 138 *W.*) — 640 *rogum permittere flammae* est pyram incendere; hoc expeditum, verum ambiguum esse potest, sitne iungendum *rogum Dardanii capitis*, an, *flammae capitis Dardanii*. Video nunc mollioren esse iunctu ram *rogum capitis*, h. e. rogum, *cui imposuerat* effigiem Aeneae (508), *quasi* caput ac vitam eius devotura. *studio anili*, quantum anus restinare potest. (Haec interpretatio ad verba *gradum senilem* pertineret. Verior: studio magno. *W.*) — 642 — 647 Notas extremi furoris observa. — *morte futura*, iamiam cum maxime constituta. *sanguineam aciem*, ὄμμα ὑφαιμον. *interiora domus limina*, limen interioris aedium partis, conf. sup. 494. 504.; intrat illa impluvium, conscenso rogo, nudat ensem, — *quaesitum*, paratum, acceptum, adeoque etiam datum; sup. 507. *ensemque relictum*, sc. muneris. sup. 495. — 643 — 650 cf. sup. 507. 508. Erant autem vestes inter munera e navibus allata lib. I, 647 sqq. Magnum ac novum πάθος in conspectu earum rerum, quae magnopere animum percellere debuere; magnum etiam artificium in dilectu rerum ac verborum. Expende singula — *mente*, defixa in pristini amoris ac consuetudinis cogitatione.

cubuitque toro, dixitque novissima verba:
Alces exuviae, dum fata deusque sinebant,
Accipite hanc animam, meque his exsolvite curis.
Vixi, et, quem dederat cursum fortuna, peregi;
nunc magna mei sub terras ibit imago.
Urbem praeclaram statui; mea moenia vidi;
Ulta virum, poenas inimico a fratre recepi;
Felix, heu nimium felix, si litora tantum
Numquam Dardaniae tetigissent nostra carinae!
Dixit: et, os impressa toro, Moriemur inultae!

Incubuit toro. Comparant ipp. loca Sophoclis (Trachin. 917 sqq.) et Euripidis (Alcest. 3 — 186), ubi Alcestis moriinda in torum coniugalem se oiicit; at in altero Deianira se sa super Herculis toro interfit; qui locus maiorem cum noro similitudinem habet. Salm praeiverunt illi aut alii traci poëtae in hoc ad movendum ectum egregie comparato speaculo. Videtur autem Dido exare velle morte culpam in eo so toro, in quo eam commiset. At oratione, quae sequitur, hil puto dici posse aut perso-e ac tempori accommodatius, t ad animum movendum potius; illa vero v. 653 — 656, iam sublimia sententiis! Et taen Silius sibi visus est cum ëta in certamen descendere sse, lib. VIII, 140 sqq. — 1 sq. *Exuviae dulces — uacite hunc animam*, quia iis incuns animam est exspiratura. iber Medicens et alii dant *sibat*, quod praestat. *W.*) — 653. ale argutantur in *fortuna* et te in *fata deusque*, iam inde a Servio. Est eadem notio bis, ter expressa. Magni animi hoc esse puta, quod in novissimis rebus sese erigit, et laudis suae conscientia ac rerum gestarum claritate fato ac diis invidiam facit. Ingloria morior; at non vixi ingloria. — *quem dederat cursum fortuna, peregi*: sup. lib. III, 493 *Vtvite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua.* — *imago*, εἴδωλον, umbra, *magna* rerum gestarum nomine ac fama. Splendidum et illud: *sub terras ibit*, moriar, petitum ab Ennio et Lucretio. — *ulta virum*, v. sup. I, 360 — 364. — *poenas recepi*, nove fortasse, nec tamen insolenter, pro cepi, sumsi. Bene Pompon. Sabin. *recepi* ad debitum refertur. — *Felix heu!* Comparat Servius Catull. 64, 171 sqq. add. Statii III, Silv. 3, 25. *) — 659 — 662 Et hoc animi magni et superbi est, quod inultam se mori, hoc vel maxime pungit. Tandem pro ultione et solatio habetur saltem hoc, quod conspectum mortis suae, et cum hoc spectaculo perfidiae poenitentiam obiectum iri Aeneae prospicienti cogitat. — *os impressa*

*) „ Perlato ad nos, dum haec in manibus sunt, gravissimo nuntio de morte *Munchhusii*, immortalis viri, cum perculsus ingenti luctu animus vix ulterius progredi in opere potest, dolori nostro vel alieno loco paullum indulgere liceat. *Vixit* et Is, *vixit*, et *cursum*, at quam gloriosum! quam ad omnem posteritatis memoriam memorabilem! *peregit*. Poterat et *Munckhusius* suo iure Didonis verbis uti: *Et nunc magna mei sub terras ibit imago*; — quam enim maiorem umbram inveniat inter eos — *qui*

Sed moriamur, ait. Sic, sic iuvat ire sub umbras. 660
Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, et nostrae secum ferat omina mortis.
Dixerat; atque illam media inter talia ferro
Conlapsam adspiciunt comites, ensemque cruore
Spumantem, sparsasque manus. It clamor ad alta 665
Atria; concussam bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituque, et femineo ululatu
Tecta fremunt; resonat magnis plangoribus aether:
Non aliter quam si inmissis ruat hostibus omnis

toro, sc. percita furore, salute desperata, et morti vicina. Non enim is erat iam mentis habitus, ut exosculari illas exuvias velle videri posset, neque verba, quae effatur, tale quid arguunt; sed, ore impresso, prae animi dolore, in torum, cui incubat, haec eloquitur. — 660. 661 inulto moriar, modo sic moriar, ut ille hauriat etc. Inter haec verba ensem ab illa pectori applicari puta. — 662 *Dardanus* paullo insolentius pro Dardanius, sed et Homerus: Δάρδανος ἀνήρ· et sic alia. — *nostrae secum ferat omina mortis* splendide: et meae mortis indicio ac nuntio infaustum omen navigans ille secum auferat! Sit illi ferale hoc spectaculum pro sinistro itineris omine. — 663 — 665 Vide facinus declaratum ab iis rebus, quae maxime legentis animum impellant, et verbis ornatissimis. Non vident illam se transadigentem ferro, sed *ferro collapsam*, et hoc quanto plus quam *transfixam!* et *spumantem* plus quam *tinctum cruore ensem*. Bene etiam Servius: *Non induxit occidentem se, sed ostendit occisam*: addit ille: *et hoc tragicus facit exemplo, apud quos* (tragicos) *non videtur, quemadmodum fit caedes, sed facta narratur* — *comites* sunt familiares, famulae, quae in impluvium irrumpunt

665 Morte Didonis audita, ingens per urbem oritur luctus, accurrit soror, lamentatur, Didonem animam agentem reperit, e extremum spiritum ducentem amplectitur. — 666 *bacchatur* gravissimum pro *discurrit*, differtur Mox *Tecta fremunt, ut iam alias* monitum pro vulgari: lamenta fremunt in tectis. (*tecta fremunt*. h. e. resonant lamentis conf. Cul. 151. *Argutis et cava fremunt ardore cicadis*; idque pro vulgari: homines in tectis fremunt lamentis. Ita II 487 *plangoribus aedes ululata fremere* in luctu usurpatur. Aen. VI, 175. *Ergo omnes magno circum clamore fremebant.* — *plangoribus* proprie de percussione pectoris accipio. Ib. — 669 — 671 Haec comparatio, alibi obvia, et h. l. accommodata

vitam excoluere per artes, Quique sui memores alios fecere merendo? (VI, 663. 664.) — *Urbem praeclaram statui: mea moenia vidi.* Quid enim? vidit Georgiam Augustam suam. Relinquo hunc locum, a. LXX. perscriptum, in nova hac editione intactum, ut, quantum per me fieri possit, *Munckhusii* nominis caritate etiam tenelli animi imbuantur. Si quid fructus et utilitatis ex hac poëtae interpretatione ad vos redit, o boni, etiam eius partem aliquam isti viro vos debere putate. Nunc — (ut cum Statio loquar) *Inferior volet Umbra deo!*

Carthago, aut antiqua Tyros; flammaeque furentes
Culmina perque hominum volvantur perque deorum.
Audiit exanimis, trepidoque exterrita cursu,
Unguibus ora soror foedans et pectora pugnis,
Per medios ruit, ac morientem nomine clamat:
Hoc illud, germana, fuit? me fraude petebas?
Hoc rogus iste mihi, hoc ignes araeque parabant?
Quid primum deserta querar? comitemne sororem
Sprevisti moriens? Eadem me ad fata vocasses:
Idem ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.
His etiam struxi manibus, patriosque vocavi
Voce deos, sic te ut posita crudelis abessem?
Exstinxti me teque, soror, populumque, patresque
Sidonios, urbemque tuam. Date volnera lymphis;
Abluam, et, extremus si quis super halitus errat,
Ore legam. Sic fata gradu evaserat altos,
Semianimemque sinu germanam amplexa fovebat
Cum gemitu, atque atros siccabat veste cruores.
Illa, gravis oculos conata adtollere, rursus
Deficit; infixum stridit sub pectore volnus.
Ter sese adtollens cubitoque adnixa levavit;
Ter revoluta toro est, oculisque errantibus alto
Quaesivit coelo lucem, ingemuitque reperta.

it bene ornata, primum ap. Homer. occurrit Il. χ, 410. 411, ut am Macrobio notatum IV Sat. 5. — Ad v. 671, quo incendio ivium aedes privatae ac publicae eorum correptae narrantur; Burm. confert Valer. Fl. II. 178. 179, ex h. l. expressum, apud quem ordo verborum hic est: *vel idisse, patriae per culmen ignes gi.* — 672 sqq. Egregie affetus veritas servata in Annae luctu et verbis. Praeivisse creditur Briseis Homeri in Patrocli funere l. τ, 282 sqq. Haec autem omnia, quae effatur, ne a tempore et loco aliena sint, dum illa inedit, prolata esse cogita. Unde . 686 *Sic fata gradus evaserat altos.* — 679 *Idem dolor*; vulare erat: vulnus. — 680. 681 *struxi*, rogum, iussu Didonis, mp. 494 sq. — *patriosque vocavi Voce deos*, h. e. ipsa sacrum nsu tuo paravi et rite auspicata um, sc. sollenni precum carmine decantato. cf. 500 — 503. *sic ut abessem*, *seiungerer a te*, *avellerer*, ac te carerem, *te posita*, mortua, ut II, 644 et saepe. (Malim iungi *te posita sic.* — Aen. II, 644. Anchises, *sic positus*, loquitur. *W.*) — 682 *Exstinxsti.* haec vero gravissima, quibus Dido morte sua omnia in commune exitium traxisse arguitur, quippe in urbe recens condita. — (684 Hunc in primis locum inter ea referunt, ubi propinqui morientis extremum halitum ore excepisse traduntur, cf. Albinov. Cons. ad Liv. 97. 158 *W.*) 688 *Illa graves oculos.* Est hoc mirum in modum ad affectum movendum comparatum. Non inucundum fuerit comparare, ut faciunt Intpp., Eurip. Phoeniss. 1438 sqq., in pr. 1454 sqq. de Eteocle; et de Pyramo Ovid. Met. IV, 145. 146. Adde de Alcestide Eurip. 205 — 206. — 689 *stridit vulnus*, sanguis ex vulnere erumpens. cf. Ovid. Met. IV, 120. 124. — 691. 692 Oculi iam morte natantes et caligine obscurati lucem recipere laborant, sed non

Tum Iuno omnipotens, longum miserata dolorem
Difficilisque obitus, Irim demisit Olympo,
Quae luctantem animam nexosque resolveret artus.
Nam, quia nec fato, merita nec morte peribat,
Sed misera ante diem, subitoque accensa furore,
Nondum illi flavum Proserpina vertice crinem
Abstulerat, Stygioque caput damnaverat Orco.
Ergo Iris croceis per coelum roscida pennis,
Mille trahens varios adverso sole colores,
Devolat, et supra caput adstitit: Hunc ego Diti
Sacrum iussa fero, teque isto corpore solvo.
Sic ait, et dextra crinem secat. Omnis et una
Dilapsus calor, atque in ventos vita recessit.

colligunt. — *ingemiscit*, ut moribunda, quod inf. XII extr. *vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras*. — et nunc puta oculos rursus claudi. — 693 sqq. Nova haec et insolens videri potest religio, quod Iris mittitur ad expediendam miserae Didonis animam. Sed Iridi tribuit poëta, quod Marcurio supra tributum vidimus v. 244, quandoquidem a Iunone illa mandata fert, et eius ministerio plerumque Iuno utitur, ut inf. V, 606: IX, 2: II. 6, 166. sqq. Vulgo tamen, ex poëtae religione, v. 698. 699. Proserpinae eae partes fuisse videntur. Secuti sunt Virgilium alii, Statius II Silv. I, 147: Martial. III epigr. 43, 4. Adde Horat. I Carm. 28, 19. 20. Orco (*Θάνατον* appellat) iam ante idem tribuerat Euripides in loco iam a Macrobio V, 19. notato, Alcest. 74 — 77 (ex qua fabula plura ad Mortis imaginem illustrandam peti possunt. Vid. v. 261. 438. 844. 1140. 1141). cf. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 512. Iunonem hac de re sollicitam esse, nil mirum, cum ea Didonis et Poenorum caussam suscoperit. Quod *crinis abscinditur*, e re sacra puto ductum; nam victima consecratur deo, pilis in fronte abscissis et in ignem iniectis (cf. v. c. inf. VI, 245; est id proprio *καταάρχεσθαι*); ab hoc momento victima deo dicta et sacra erat. Itaque et is, qui moritur, crine abscisso, diis inferis, tamquam victima, consecratur, loriquo infero sacer est. Ornavit igitur poëta vulgare illud: qua morti haud matura erat, aegre anima a corpore secessit. Res itaque interventu numinis egebat. Imitatione locum expressit Statius Theb. VIII, 9.

693 — 695 *dolorem, ἀγωνίαν*. — *artus nexos, corporis* cum anima nexum, a palaestra et lucta petitum. Corpus quasi implicat et circumstringit animam, ne elabi illa possit. — 696 — 699 vid. ad v. 693. *merita nec morte*, nullo immani crimine commisso: opp. *subito accensa furore*; uti ace *fato* et *ante diem*, *ὑπὲρμορα* Il. *β*, 155. *Accendi* autem dicimur, non modo ira, sed et dolore, et nunc *furore*, ex indignatione et ira orto. — *caput damnaverat Orco*, h. e. vitam eius, vel ipsam, morti devoverat. cf. ad v. 693. — 700 — 703 *Στὴ δ' ἄρ' ὑπὲρ κεφαλῆς*, Il. *β*, 20 de somno. (adde Odyss. *ξ*, 21) omnes laudant. Sed talia delectant fortasse, nihil illustrant. Iris crine resciso Didonem diis inferis consecrat, quo ipso calor vitalis corpore solvitur. — 704. 705 comparant Ge. IV, 223 — 225. ubi de anima mundi agitur, e qua vita petitur; at h. l. exspirat Dido animam, quae in aërem abit. Atque ita quiescat in pace infausto amore liberata Dido!



NEW YORK PUBLIC LIBRARY

Bancroft Coll
Purchased in